gnacōib⁹ ⁊ linguis· et gn̄ationib⁹· t̄risq̃ʒ
et gentib⁹ suis. De sem q̃ʒ nati sūt p̄re oim
filioꝝ heber: fratre iaphet maiore. Filij sem:
helam· et assur· ⁊ arphaxat· lud· ⁊ aram. Fi-
lij aram: hus· ⁊ hul· ⁊ gether· et mes. At ve-
ro arphaxat genuit sale: de quo ortus est
heber. Natiq̃ʒ sūt heber filij duo. Nomē vni
phaleg· eo q̄ i dieb⁹ eius diuisa sit terra:
et nomē fratris eius iectan. Qui iectan· ge-
nuit elmodad· ⁊ saleph· et asarmoth· iare.
et aduram· ⁊ iazal· et decla· ⁊ hebal· et abi-
mahel· saba· ⁊ iophir· ⁊ euila· ⁊ iobab. Oēs
isti filij iectan. Et facta est habitacō eoꝝ·
de messa p̄gentib⁹ vsq̃ʒ sephar montē oriē-
talem. Isti sūt filij sem: scd̄m ↄgnacōnes
et linguas ⁊ regiones i gentib⁹ suis. Hee
familie noe: iux̄ p̄plos ⁊ nacōnes suas. Ab
hijs diuise sūt gētes in terra post diluuiū.

XI

Erat aūt terra labij vnius et sermonū eorundē. Cūq̃ʒ p̄ficiscerē-
tur de oriente· inuenerūt campum in terra
sennaar: ⁊ habitauerūt in eo. Dixitq̃ʒ alter
ad p̄ximū suū. Venite faciamus lateres:
et coquam⁹ eos igni. Habuerūtq̃ʒ lateres
p̄ saxis: et bitumē p̄ cemēto: ⁊ dixerūt. Ve-
nite faciamus nobis ciuitatē· ⁊ turrē cuius
culmen p̄tingat vsq̃ʒ ad celū: ⁊ celebrem⁹
nomē nostrū anteq̄ diuidamur in vniuer-
sas terras. Descendit aūt dn̄s vt videret
ciuitatē· et turrē quā edificabant filij adā:
et dixit. Ecce vnus est populus: ⁊ vnū est
labiū oīb⁹. Ceperūtq̃ʒ hoc facere: nec de-
sistēt a cogitacōib⁹ suis donec eas opere
ↄpleāt. Venite igit̄ descendamus ⁊ ↄfun-
damus ibi linguā eoꝝ. ut nō audiat vnus-
quisq̃ʒ vocē p̄ximi sui. Atq̃ʒ ita diuisit eos
dn̄s ex illo loco in vniūsas terras: ⁊ cessa-
uerūt edificare ciuitatē. Et idcirco vocatū
est nomen loci illius babel: q̄a ibi cōfusum
est labiū vniuerse terre. Et inde disp̄sit eos
dn̄s sup̄ faciem cunctaꝝ regionū. Hee sūt
gn̄atiōēs sem. Sem erat centū annoꝝ qn̄
genuit arphaxat: biēnio post diluuiū. Vi-
xitq̃ʒ sem postq̄ genuit arphaxat quingē-
tis ānis: ⁊ genuit filios et filias. Porro ar-
phaxat vixit trigintaq̄nq̃ʒ ānis: ⁊ genuit
sale. Vixitq̃ʒ arphaxat postq̄ genuit sale
trecentistribus ānis: ⁊ genuit filios et filias.
Sale q̃ʒ vixit trigīta ānis: ⁊ genuit heber.
Vixitq̃ʒ sale postq̄ genuit heber quadrin-
gentistribus ānis: ⁊ genuit filios et filias.
Vixit aūt heber trigintaq̄tuor ānis: ⁊ genu-
it phalech. Et vixit heber postq̄ genuit
phalech quadringētistriginta ānis: ⁊ ge-
nuit filios ⁊ filias. Vixit q̃ʒ phalech trigin-
ta ānis: ⁊ genuit reu. Vixitq̃ʒ phalech po-
stq̄ genuit reu ducētisnouem ānis: ⁊ genu-
it filios ⁊ filias. Vixit aūt reu trigintaq̄nq̃ʒ
ānis: et genuit saruch. Vixit q̃ʒ reu postq̄
genuit saruch ducētisseptem ānis: ⁊ genu-
it filios et filias. Vixit aūt saruch triginta
ānis: et genuit nachor. Vixitq̃ʒ saruch po-
stq̄ genuit nachor ducētis ānis: ⁊ genuit
filios ⁊ filias. Vixit aūt nachor vigintino-
uem ānis ⁊ genuit thare. Vixitq̃ʒ nachor
postq̄ genuit thare cētumdecem ⁊ nouem
ānis: ⁊ genuit filios et filias. Vixitq̃ʒ tha-
re septuagīta ānis: ⁊ genuit abram· et na-
chor· et aram. Hee sūt aūt gn̄acōēs thare.
Thare genuit abram· nachor· ⁊ aram. Por-
ro aram genuit loth. Mortuusq̃ʒ ē aram an̄
thare p̄rem suū: in terra natiuitatis sue· in hur
caldeoꝝ. Duxerūt autem abram· ⁊ nachor
vxores. Nomē vxoris abraꝫ: sarai. Et nom̄
vxoris nachor: melcha filia aram p̄ris mel-
che ⁊ p̄ris iesche. Erat aūt sarai sterilis: nec
habebat filios. Tulit itaq̃ʒ thare abraꝫ filiū
suū· et loth filiū aram filiū filij sui: ⁊ sarai nu-
rum suā· vxorem abraꝫ filij sui: ⁊ eduxit eos
de hur caldeoꝝ vt irent in terraꝫ chanaan.
Veneruntq̃ʒ vsq̃ʒ aran: et habitauerunt ibi.
Et facti sūt dies thare ducentorum q̄nq̃ʒ
ānorum: et mortuus est in aran.

XII

Dixit autē dn̄s ad abram. Egredere de terra tua ⁊ de ↄgnacōe tua· et de do-
mo p̄ris tui: et veni in t̄rā quā mōstrauero

tibi. Faciāqꝫ te in gentē magnā: ⁊ bn̄dicā
tibi ⁊ magnificabo nomē tuū: erisqꝫ bn̄dict⁹
Bn̄dicā bn̄dicētib⁹ tibi: ⁊ maledicā male-
dicentib⁹ tibi: atqꝫ in te bn̄dicent᷑ vniūse
ↄgnacōnes t̄re. Egressus est itaqꝫ abrā sic̄
p̄ceperat ei dn̄s: ⁊ iuit cū eo loth. Septua-
gintaquinqꝫ annoꝝ erat abram: cū egre-
deret᷑ de aran. Tulitqꝫ sarai vxorē suā ⁊
loth filiū fratris sui · vniūsamqꝫ substantiā
quā possederāt: et animas quas fecerāt in
aran: ⁊ egressi sūt vt irent in terrā chanaā.
Cumqꝫ venissent in eā: ptrāsiuit abrā t̄rā
vsqꝫ ad locū sychem: ⁊ vsqꝫ ad ↄuallē illu-
strem. Chananeus autem tūc erat in terra.
Apparuit aūt dn̄s abram: ⁊ dixit ei. Semi-
ni tuo dabo terrā hanc. Qui edificauit ibi
altare domino qui apparuerat ei: ⁊ inuoca-
uit ibi nomē eius. Et inde trāsgrediens ad
mōtem qui erat ↄtra orientē bethel · tetēdit
ibi tabernaculū suū: ab occidēte habens be-
thel: ⁊ ab oriēte hay. Edificauit qꝫ ibi alta-
re dn̄o: ⁊ inuocauit nomē eius. Perrexitqꝫ
abram vadēs: ⁊ ultra pgrediēs ad meridi-
em. Facta est aūt fames in terra. Descēdit-
qꝫ abram in egiptū: ut peregrinaretur ibi.
Preualuerat enim fames in terra. Cumqꝫ
ppe esset vt ingrederet᷑ egiptū: dixit sarai
vxori sue. Noui q̄ pulcra sis mulier: et q̄
cū viderint te egiptij · dicturi sūt vxor illi⁹
est: ⁊ interficiēt me · ⁊ te reseruabunt. Dic
ergo obsecro te · q̄ soror mea sis · vt bn̄ sit
michi ppter te: ⁊ viuat anima mea ob gra-
tiā tui. Cū itaqꝫ ingressus esset abram egi-
ptū: viderūt egiptij mulierē q̄ esset pulcra
nimis. Et nūciauerūt principes pharaoni:
et laudauerūt eā apud illū. Et sublata est
mulier in domū pharaonis: abram vero bn̄
vsi sunt ppter illam. Fueruntqꝫ ei oues · et
boues · ⁊ asini · et serui · ⁊ famulie: et asine ⁊
cameli. Flagellauit aūt domin⁹ pharaonē
plagis maximis · ⁊ domū eius: ppter sarai
vxorem abram. Vocauitqꝫ pharao abrā:
et dixit ei. Quid nam est hoc qđ fecisti mi-
chi? Quare nō indicasti michi q̄ vxor tua
esset? Quā ob causam dixisti esse sororem
tuā: vt tollerē michi eā in vxorē. Nūc igit᷑
ecce ↄiunx tua: accipe eā ⁊ vade. Precepit-
qꝫ pharao sup abram viris: ⁊ deduxerunt

eū ⁊ vxorē eius: et oīa que habebat. XIII

Ascendit ergo abrā de egipto: ipse
et vxor eius · et omnia que habebat ·
et loth cū eo: ad australē plagā. Erat autē
diues valde in possessione auri ⁊ argēti. Re-
uersusqꝫ est per iter quo venerat a meridie
in bethel · vsqꝫ ad locū vbi prius fixerat tab-
naculū inter bethel ⁊ hay · in loco altaris qđ
fecerat p̄us: ⁊ inuocauit ibi nomē dn̄i. Sꝫ
et loth qui erat cū abram · fuerunt greges
ouiū ⁊ armēta · et tabernacula: nec poterat
eos cape terra vt habitarent simul. Erat
quippe substantia eoꝝ multa: et nequibāt
habitare ↄmuniter. Vnde facta est rixa int᷑
pastores gregū abram ⁊ loth. Eo aūt tpe
chananeus ⁊ pherezeus habitabant in illa
terra. Dixit ergo abram ad loth. Ne queso
sit iurgiū inter me ⁊ te: et int᷑ pastores me-
os ⁊ pastores tuos. frēs enim sumus. Ecce
vniūsa terra corā te ē: recede a me obsecro
Si ad sinistrā ieris · ego dexterā tenebo: si
tu dexterā elegeris: ego ad sinistrā pgam.
Eleuatis itaqꝫ loth oclis vidit omnē circa
regionē iordanis · que vniūsa irrigabatur ·
anteq̄ subūteret dn̄s sodomam ⁊ gomorrā.
sicut paradisus domini: ⁊ sicut egiptus ve-
nientib⁹ in segor. Elegitqꝫ sibi loth regionē
circa iordanen: ⁊ recessit ab oriēte. Diuisi-
qꝫ sunt alterutrū a frē suo. Abrā hītauit in
t̄ra chanaā. Loth uero morat⁹ ē in opidis q̄
erant circa iordanen: ⁊ habitauit in sodo-
mis. Homines aūt sodomite pessimi erant
et peccatores coram domino nimis. Dixit-
qꝫ dn̄s ad abram: postq̄ diuisus est ab eo
loth. Leua oclos tuos in directū ⁊ vide a
loco in quo nūc es: ad aquilonem et meri-
diem · ad orientē et occidentem. Omnē t̄rā
quā cōspicis: tibi dabo ⁊ semini tuo vsqꝫ in
sempiternū. Faciāqꝫ semen tuū sicut pulue-
rē terre. Si q̄s potest hoīm numerare pul-
uerē terre: semē qꝫ tuum numerare poterit
Surge ergo ⁊ pāmbula terrā in lōgitudine
⁊ in altitudīe sua: q̄a tibi datur⁹ sū eā. Mo-
uēs igit᷑ tabnaculū suū abram · uenit ⁊ habi-
tauit iuxta conuallē mambre: que ē in he-
bron. Edificauitqꝫ ibi altare domino. XIIII

Factū est autem in illo tpe vt amra-
phel rex sennaar · ⁊ arioch rex ponti ·

et chodorlaomor rex elamitaꝝ ⁊ thadal
rex gentiū. inirent bellū cōtra bara regem
sodomoꝝ: et cōtra bersa regē gomorre. et
ↄtra sennaar regem adame. ⁊ cōtra seme-
ber regē seboym. ↄtraq; regē bale: ipsa est
segor. Omnes hij ↄuenerūt in vallē silue-
strem: que nunc est mare salis. Duodecim
enim ānis fuierant chodorlaomor: ⁊ tercio-
decimo āno recesserūt ab eo. Igitᵉ quarto-
decimo āno. venit chodorlaomor et reges
qui erāt cū eo: ⁊ pcusserūt raphaym in asta-
roth. ⁊ carnaym. et zuzim cū eis: ⁊ emim. in
sabe cariathaym. ⁊ chorreos in montibus
seyr. usq; ad campestria pharan: que ē in
solitudine. Reuersiq; sunt et venerūt vsq;
ad fontē mephat. ipa est cades: et pcusse-
runt omnē regionē amalechitaꝝ. ⁊ amor-
reoꝝ qui habitabāt in asasonthamar. Et
egressi sunt rex sodomoꝝ. ⁊ rex gomorre.
rexq; adame. et rex seboym. necnon et rex
bale que est segor. ⁊ direxerūt aciem ↄtra
eos in valle siluestri: scilicet aduersus cho-
dorlaomor regē elamitaꝝ. et thadal regē
gentiū. ⁊ amraphel regē sennaar et arioch
regem pōti: q̃tuor reges aduersus quinq;.
Vallis aūt siluestris habebat puteos mlᵗ-
tos bituminis. Itaq; rex sodomoꝝ et rex
gomorre. terga verterūt cecideruntq; ibi: ⁊
qui remanserāt. fugerūt ad montē. Tule-
runt autē omnem substanciā sodomoꝝ. ⁊
gomorreoꝝ. et vniuersa que ad cibum p-
tinent: ⁊ abierūt. Necnon et loth ⁊ substā-
ciam eius. filiū fratris abram: qui hītabat
in sodomis. Et ecce vnꝰ qui euaserat. nun-
ciauit abram hebreo: qui habitabat in cō-
ualle mambre amorrei. fratris eschol. ⁊ fra-
tris aner. Hij enim pepigerant fedus cum
abram. Qđ cū audisset abram. captū vide-
licet loth fratrē suū: numerauit expeditos
vernaculos suos trecētos decē ⁊ octo: ⁊ p-
secutus ē eos usq; dan. Et diuisis socijs:
irruit sup eos nocte. Percussitq; eos ⁊ pse-
cutus est usq; soba ⁊ phenicen: que est ad
leuam damasci. Reduxitq; omnē substanti-
am: et loth fratrē suū cū substancia illius:
mulieres q̊q; ⁊ pplm. Egressus est autē rex
sodomoꝝ in occursū eius: postq̃ reūsus ē
a cede chodorlaomor. et regum qui cū eo

erant: in valle sabe que est vallis regis. At
vero melchisedech rex salem. pferens pa-
nem et vinū: erat enī sacerdos dei altissimi:
benedixit ei. ⁊ ait. Benedictus abram deo
excelso. qui creauit celū ⁊ terrā: et bñdictꝰ
deus excelsus: quo ptegente hostes in ma-
nibus tuis sūt. Et dedit ei decimas ex omi-
bus. Dixit autē rex sodomoꝝ ad abram.
Da michi animas: cetera tolle tibi. Qui re
spondit ei. Leuo manū meā ad dominum
deū excelsū. possessorem celi ⁊ terre: q̄ a filo
subtegminis usq; ad corrigiā calige nō accipiā
ex omībꝫ que tua sūt. ne dicas. ego ditaui
abram: exceptis hijs que comederūt iuue-
nes. ⁊ ptibꝫ viroꝝ qui venerūt mecū. aner.
eschol ⁊ mambre. Isti accipient ptes suas.

XV

His itaq; transactis: factus est
s̄mo dñi ad abrā p visionē dicēs. No-
li timere abrā. Ego ptector tuus: ⁊ merces
tua magna nimis. Dixitq; abram. Domine
deus q̄d dabis michi? Ego vadam absq;
liberis: et filius pcuratoris domꝰ mee: iste
damascus eliezer. Addiditq; abram. Mi
chi autē nō dedisti semē: ⁊ ecce vernaculꝰ
meus. heres meus erit. Statimq; s̄mo dñi
factus est ad eū dicens. Nō erit hic heres
tuus: ſʒ qui egredietᵉ de vtero tuo: ipm ha-
bebis heredē. Eduxitq; eū foras: et ait illi.
Suspice celū: ⁊ numera stellas si potes. Et
dixit ei. Sic erit semē tuum. Credidit abrā
deo: et reputatū est illi ad iusticiā. Dixitq;
ad eū. Ego dñs q̄ eduxi te de hur chaldeo-
rum: vt darem tibi terrā istā et possideres
eā. At ille ait. Dñe deus: vnde scire possum
q̄ possessurus sum eam? Et respondit dñs.
Sume inquit michi vaccā triennē et ca-
prā trimam: et arietē annoꝝ triū: turturem
q̊q; ⁊ columbā. Qui tollēs vniūsa hec diuisit
ea p mediū: et vtrasq; ptes cōtra se altrin-
secus posuit. Aues aūt non diuisit. Descen-
derūtq; uolucres sup cadauēa: ⁊ abigebat
eas abrā. Cūq; sol occūberet. sopor irruit
sup abrā: ⁊ horror magnus ⁊ tenebrosus in-
uasit eū. Dictūq; est ad eū. Scito pnoscēs.
q̄ peregrinū futuꝝ sit semē tuū in terra nō
sua: ⁊ subicient eos seruituti: et affligent q̄-
dringentis ānis. Verūtamen gentē cui s̄-
uituri sūt ego iudicabo: ⁊ pꝰ hec egredietᵉ

cū magnā substantia. Tu aūt ibis ad p̄res tuos in pace sepultus in senectute bonā. Generatione aūt quarta reuertētur huc. Nec dū enim ɔplete sunt iniq̄tates āmorreoꝝ: vsqꝫ ad p̄ns tēpus. Cū ergo occubuiſſꝫ sol. facta ē caligo tenebrosa: ⁊ apparuit clibanus fumans: et lāpas ignis trāsiens inter diuisiones illas. In die illo pepigit dn̄s fedus cū abram dicens. Semini tuo dabo terrā hanc: a fluuio egipti usqꝫ ad fluuiuꝫ magnū eufraten. Cineos ⁊ cenezeos. cethmoneos. ⁊ etheos. ⁊ ferezeos: raphaim q̄ꝫ ⁊ amorreos: chananeos. et gergeseos. et iebuseos.

XVI

Igitur sarai vxor abram nō genuerat sibi liberos: sed habēs ācillaꝫ egiptiam nomīe agar. dixit marito suo. Ecce ɔclusit me dn̄s ne parerem: ingredere ad ācillam meā: si forte saltē ex illa suscipiam filios. Cūqꝫ ille acq̄esceret deprecanti: tulit agar egiptiā ancillā suā. post ānos decem quaꝫ habitare ceperant in terra chanaan: et dedit eā viro suo vxoreꝫ. Qui ingressus ē ad eaꝫ. At illa ɔcepisse se vidēs: despexit dn̄am suā. Dixitqꝫ sarai ad abram. Inique agis cōtra me. Ego dedi ācillam meā in sinum tuū: que videns q̄ ɔceperit. despectui me habet. Iudicet dn̄s inter me et te. Cui respōdit abram. Ecce ait ācilla tua in manū tua est: vtere ea vt libet. Affligēte igitˀ eā sarai: fugā iniit. Cūqꝫ inueniſſꝫ eaꝫ āgelus dn̄i iuxta fontē aque in solitudine que ē in via sur in deserto: dixit ad illā. Agar ācilla sarai. vnde venis: ⁊ quo vadis? Que respōdit. A facie sarai dn̄e mee ego fugio. Dixitqꝫ ei angelus dn̄i. Reuertere ad dn̄am tuā: et humiliaē sub manu illius. Et rursū. Multiplicans inquit multiplicabo semē tuū: et nō numerabitˀ pre m̄ltitudīe. Ac deinceps: ecce ait ɔcepisti. ⁊ paries filiū: vocabisqꝫ nomen eius ysmahel: eo q̄ audierit dn̄s afflictionem tuā. Hic erit ferus homo. manus eius cōtra omēs: ⁊ manus om̄iū cōtra eū: ⁊ e regione vniūsoꝝ fratrum suoꝝ figet tabernacula. Vocauit aūt agar nomen dn̄i qui loquebatˀ ad eā: tu deus qui vidisti me. Dixit enim. Profecto hic vidi posteriora vidētis me. Propterea appellauit puteū illū: puteū viuētis ⁊ videntis me Ipe ē inter cades ⁊ barad. Peperitqꝫ agar abre filiū: qui vocauit nomē eius ysmahel. Octoginta et sex annoꝝ erat abram: quādo peperit ei agar ysmahelem.

XVII

Postq̄ꝫ vero nonaginta ⁊ nouē ānoꝝ esse ceperat: apparuit ei deus. Dixitqꝫ ad eū. Ego dn̄s omnipotēs. Ambula corā me: ⁊ esto pfectus. Ponāqꝫ fedus meū intˀ me ⁊ te: et multiplicabo te vehemēter nimis. Cecidit abram pronus in facieꝫ. Dixitqꝫ ei deus. Ego sū: ⁊ ponā pactū meuꝫ tecū: erisqꝫ pater multaꝝ gentiū. Nec ultra vocabitur nomē tuū abram. sed appellaberis abraham: quia patrē multaꝝ gentiū ɔstitui te. Faciāqꝫ te crescē vehemētissime ⁊ ponā te ī gētibꝰ. regesqꝫ ex te egredietˀ: ⁊ statuā pactū meū intˀ me ⁊ te ⁊ inter semen tuuꝫ. post te in generationibꝰ suis federe sempiterno: vt sim deus tuus. ⁊ seminis tui post te. Daboqꝫ tibi et semini tuo post te terrā peregrinationis tue. omnē terrā chanaā. in possessionem eternā: eroqꝫ deus eoꝝ. Dixit iteruꝫ deus ad abraham. Et tu ergo custodies pactū meū: ⁊ semen tuū post te in generationibus suis. Hoc est pactū meū quod obseruabitis inter me ⁊ vos et semen tuū post te. Circūcidetur ex vobis omne masculinū: et circūcidetis carnē p̄pucij vestri: vt sit in signum federis inter me ⁊ vos. Infans octo dieꝝ circūcidetur in vobis. Omē masculinū generationibꝰ vestris. tam vernaculus q̄ꝫ empticius circūcidetur: ⁊ quicūqꝫ fuerit de stirpe vestra. Eritqꝫ pactū meū in carne vestra in fedus eternū. Masculus cuius p̄pucij caro circūcisa non fuerit. delebitˀ anima illa de populo suo: quia pactū meū irrituꝫ fecit. Dixit q̄ꝫ deus ad abraham. Sarai vxorem tuā nō vocabis sarai: sed saram. Et bn̄dicā ei: ⁊ ex illa dabo tibi filiū cui benedicturus sū. Eritqꝫ in nationes: ⁊ reges p̄loꝝ orietˀ ex eo. Cecidit abrahā in faciem suā: ⁊ risit in corde suo dicēs. Putasne cētenario nascetˀ filius: ⁊ sara nonagenaria pariet? Dixitqꝫ ad dn̄m. Vtinā ysmahel viuat coraꝫ te. Et ait dn̄s ad abrahaꝫ. Sara vxor tua pariet tibi filiū: vocabisqꝫ nomē eius ysaac. Et cōstituā pactū meū illi in fedus sempiternū: ⁊ semini eius post euꝫ. Sup ysmahel quoqꝫ

exaudiui te. Ecce bñdicam ei: ⁊ augebo et multiplicabo eũ valde. Duodecim duces generabit: ⁊ faciã illum crescere in gẽtem magnã. Pactũ vero meũ statuã ad ysaac. quẽ pariet tibi sara tp̄e isto: in anno altẽo. Cumqꝫ finitus esset sermo loquentis cũ eo: ascẽdit deus ab abrahã. Tulit aũt abrahã ysmahel filiũ suũ. et oĩes vernaclos dom⁹ sue. vniũsos quos emerat: et cũctos mares ex oĩbꝫ viris domus sue: et circũcidit carnem ꝑpucij eoꝝ. statim in ip̄a die. sicut p̄ceperat ei deus. Abrahã nonaginta ⁊ nouem erat ãnoꝝ. quãdo circũcidit carnẽ ꝑpucij sui: et ysmahel filius suus tredecim annos impleuerat: tp̄e circũcisionis sue. Eadẽ die circũcisus ẽ abrahã. et ysmahel filius eius. et oĩes viri domus illius: tã vernaculi q̃ empticij ⁊ alienigene pariter circũcisi sũt.

XVIII

Apparuit aũt ei dñs in ꝯualle mãbre: sedẽti in ostio tabnacli sui in ip̄o feruore diei. Cũqꝫ eleuasset oculos: apparuerũt ei tres viri stantes ꝓpter eũ. Quos cũ vidisset. cucurrit in occursum eoꝝ de ostio tabernaculi sui: ⁊ adorauit in terra: et dixit. Dñe si inueni grãm in oculis tuis ne trãseas suũ tuũ: sed afferã paxillũ aque. et lauent pedes vestri: et requiescite sub arbore. Ponãqꝫ buccellam panis: ⁊ ꝯfortetur cor vr̃m: postea trãsibitis. Idcirco eni declinastis ad seruũ vr̃m. Qui dixerũt. Fac vt locutus es. Festinauit abraham in tabernaculũ ad saram: dixitqꝫ ei. Accelera: tria sata simile cõmisce: ⁊ fac subcinericios panes. Ipse vẽo ad armentũ cucurrit: ⁊ tulit inde vitulum tenerrimum ⁊ optimũ: deditqꝫ puero. Qui festinauit: et coxit illũ. Tulit quoqꝫ butiꝝ ⁊ lac. ⁊ vitulũ quẽ coxerat: et posuit coraꝫ eis. Ip̄e vero stabat iuxta eos sub arbore. Cũqꝫ comedissent: dixerũt ad eũ. Vbi est sara uxor tua? Ille rñdit. Ecce in tabnaclo est. Cui dixit. Reuertens veniam ad te tp̄e isto. vita comite: ⁊ habebit filiuꝫ sara vxor tua. Quo audito: sara risit post ostium tabnaculi. Erãt aũt ambo senes ꝓuecteqꝫ etatis: ⁊ desierãt sare fieri muliebria. Que risit occulte dicẽs. Postq̃ ꝯsenui et dñs meus vetulus ẽ. voluptati operã dabo? Dixit autem dñs ad abrahã. Quaẽ risit sara vxor tua dicens: num vere paritura sum anus? Nũquid deo quicq̃ est difficile? Iuxta condictum reuertar ad te hoc eodeꝫ tp̄e. vita comite: ⁊ habebit sara filiuꝫ. Negauit sara dicens non risi: timore ꝑterrita. Dñs auteꝫ non est inquit ita: sed risisti. Cũ ergo surrexissent inde viri. direxerunt oculos ꝯtra sodomam: ⁊ abrahã simul gradiebat᷑: deducens eos. Dixitqꝫ dñs. Nũ celare potero abraham que gesturus sum. cũ futurus sit in gentẽ magnã ac robustissimã: ⁊ bñdicẽde sint in eo omnes nationes terre? Scio eni q᷑ p̄cepturus sit filiis suis. ⁊ domui sue post se. ut custodiant viam dñi: ⁊ faciãt iudiciũ et iusticiã: ut adducat dñs ꝓpter abrahaꝫ omnia que locutus est ad eum. Dixit itaqꝫ dñs. Clamor sodomoꝝ ⁊ gomorreoꝝ multiplicatus est: ⁊ peccatũ eoꝝ aggrauatũ est nimis. Descendam ⁊ videbo: vtrũ clamorẽ qui venit ad me opere ꝯpleuerint. an non ẽ ita: ut sciam. Cõuerterũtqꝫ se inde: ⁊ abierũt sodomam. Abraham vero adhuc stabat coram dño: et appropinquãs ait. Nũquid ꝑdes iustũ cum impio? Si fuerint quinq̃ginta iusti in ciuitate: ꝑibunt simul. ⁊ non parces loco illi ꝓpter quinq̃ginta iustos. si fuerint in eo? Absit a te. vt rem hãc facias: ⁊ occidas iustũ cũ impio: fiatqꝫ iustus sicut impius. Non est hoc tuũ: qui iudicas omnẽ terram. Nequaq̃ facies iudiciũ hoc. Dixitqꝫ dñs ad eum. Si inuenero sodomis. quinquagĩta iustos in medio ciuitatis: dimittam oĩi loco ꝓpter eos. Rñdit abrahã: et ait. Quia semel cepi: loquar ad dñm meum cũ sim puluis ⁊ cinis. Quid si minus q̃nquaginta iustis quinqꝫ fuerint: delebis ꝓpt̃ quadragintaquinqꝫ vniũsaꝫ vrbem? Et ait. Nõ delebo si inuenẽo ibi q̃dragintaquinqꝫ. Rursũqꝫ locutus ẽ ad eum. Si aũt q̃dragita ibi inuenti fuerint quid facies? Ait. Nõ ꝑcutiam ꝓpter quadraginta. Ne queso inquit indigneris dñe si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respõdit. Nõ faciam: si inuenero ibi triginta. Quia semel ait cepi: loquar ad dñm meum. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait. Non interficiam ꝓpter viginti. Obsecro inquit ne irascaris dñe: si loquar adhuc semel. Quid si inuẽti

prope

faciant

fuerint ibi decē? Dixit. Nō delebo ꝓpter decē.
Abijt dn̄s postq̄ cessauit loqui ad abra-
bam: ⁊ ille reuersus ē in locum suū.

XIX

Veneruntꝫ duo āgeli sodomā vespe:
sedente loth in foribꝫ ciuitatis. Qui
cū vidisset eos surrexit. et iuit obuiam eis:
adorauitꝫ ꝓnus in terrā: ⁊ dixit. Obsecro
dn̄i. declinate in domū pueri vr̄i: et manete
ibi. Lauate pedes vr̄os: ⁊ mane ꝓficiscemi-
ni in viam vr̄am. Qui dixerūt. Minime: sed
in platea manebimus. Cōpulit illos oppi-
do ut diuerterēt ad euꝫ. Ingressisꝫ domū
eius fecit ꝯuiuiū: coxit azima: ⁊ comederūt.
Prius aūt q̄ irent cubitū. viri ciuitatis val-
lauerūt domū illius. a puero vsqꝫ ad senē:
oīs populus simul. Vocaueruntꝫ loth:
⁊ dixerūt ei. Vbi sūt viri q̄ introierunt ad
te nocte? Educ illos huc: ut ꝯgnoscamus
eos. Egressus ad eos loth. post tergum
accludēs ostiū. ait. Nolite queso frēs mei:
nolite maluꝫ hoc facē. Habeo duas filias:
q̄ necdū ꝯgnouerūt virum. Educā eas ad
vos. ⁊ abutimini eis sicut vobis placuerit:
dūmodo viris istis nichil mali faciatis: q̄
ingressi sūt sub vmbra culminis mei. At illi
dixerūt. Recede illuc. Et rursus. Ingressus
es inquiūt ut aduena: nūquid ut iudices?
Te ergo ipsum magis q̄ hos affligemus.
Vimqꝫ faciebāt loth vehemētissime. Iāqꝫ
ꝓpe erat ut effringerēt fores: ⁊ ecce miserūt
manū viri. ⁊ introduxerūt ad se loth. clau-
seruntꝫ ostiū: ⁊ eos q̄ foris erāt ꝑcusserunt
cecitate: a minimo vsqꝫ ad maximum: ita
ut ostiū inuenīe non possent. Dixerūt aūt
ad loth. Habes hic quēpiam tuoꝝ gene-
rū. aut filios aut filias? Oēs qui tui sunt.
educ de vrbe hac. Delebimus enim locum
istū: eo q̄ increuerit clamor eoꝝ corā dn̄o:
q̄ misit nos vt perdamus illos. Egressus
itaqꝫ loth. locutus est ad generos suos: q̄
accepturi erāt filias eius: ⁊ dixit. Surgite
et egredimini de loco isto: q̄ delebit dn̄s ci-
uitatē hanc. Et visus ē eis quasi ludens
loqui. Cumqꝫ esset mane: cogebant eū an-
geli dicētes. Surge tolle vxorem tuam. ⁊
duas filias quas habes: ne ⁊ tu pariter pe-
reas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo.
apprehenderūt manū eius ⁊ manū vxoris

ac duaꝝ filiarū eius. eo q̄ parcerēt dn̄s illi:
eduxeruntꝫ eū ⁊ posuerūt extra ciuitatē: ibi-
qꝫ locuti sūt ad eū dicētes. Salua animā tu-
am. Noli respicē post tergū. nec stes in oī
circa regione: sed in mōte saluū te fac: ne ⁊
tu simul pereas. Dixitꝫ loth ad eos. Queso
dn̄e mi: q̄ inuenit seruus tuus grām coraꝫ
te. ⁊ magnificasti glām ⁊ misericordiā tuā
quā fecisti mecū vt saluares animā meam:
nec possum in mōte saluari: ne forte appre-
hendat me malū ⁊ moriar. Est ciuitas hic
iuxta. ad quā possum fugē parua: ⁊ salua-
bor in ea. Nūquid nō modica est. et viuet
anima mea? Dixitꝫ ad eū. Ecce etiā in hoc
suscepi p̄ces tuas: ut nō subuertā vrbem ꝓ
qua locutus es. Festina ⁊ saluaē ibi: q̄ nō
poteo facē quicq̄ donec ingrediaris illuc.
Idcirco vocatū ē nomē vrbis illius segor.
Sol egressus ē sup terrā: ⁊ loth ingressus
ē segor. Igitur dn̄s pluit sup sodomā ⁊ go-
morrā sulphur ⁊ ignē a dn̄o de celo: ⁊ subū-
tit ciuitates has. ⁊ omnem circa regionē:
vniuersos habitatores vrbiū. et cūcta t̄re
virētia. Respiciensqꝫ vxor eius post se. ver-
sa est in statuā salis. Abrahā aūt ꝯsurgens
mane. vbi steterat p̄us cū dn̄o: intuitus est
sodomam ⁊ gomorrā. ⁊ vniūsam terrā r̄gi-
onis illius. Viditꝫ ascendentē fauillam
de terra: quasi fornacis fumū. Cū enim sub-
uertēt dn̄s ciuitates regionis illius. recor-
datus est abrahe: ⁊ liberauit loth de s̄buersi-
one vrbiū in quibꝫ habitauerat. Ascēditꝫ
loth de segor. et mansit in mōte: due quoqꝫ
filie eius cū eo. Timuerat enim manere in
segor. Et mansit in spelunca. ip̄e ⁊ due filie
eius cum eo. Dixitꝫ maior ad minorē. Pa-
ter noster senex ē. ⁊ nullus viroꝝ remāsit
in t̄ra: q̄ possit ingredi ad nos iuxta moreꝫ
vniuerse terre. Veni inebriemus euꝫ vino.
dormiamusqꝫ cū eo: ut seruare possimus ex
patre nostro semen. Dederūt itaqꝫ patri
suo bibē vinū nocte illa. Et ingressa ē ma-
ior. dormiuitꝫ cum patre. At ille nō sensit:
nec qn̄ accubuit filia nec quando surrexit.
Altera quoqꝫ die dixit maior ad minoreꝫ.
Ecce dormiui heri cū patre meo. Demus ei
bibē vinū etiā hac nocte ⁊ dormies cum eo:
vt saluemus semen de p̄re nr̄o. Dederūtꝫ

etiam et illa nocte patri suo bibere vinum. Ingressaq; minor filia dormiuit cum eo. Et nec quidē tūc sensit quādo ɔcubuerit: vel quādo illa surrexit. Conceperūt ergo due filie loth de patre suo. Peperitq; maior filium: et vocauit nomen eius moab. Ipse est pater moabitaꝝ usq; in p̄sentē diē. Minor q̄ȝ peperit filiū: et vocauit nomē eius ammon: id ē filius populi mei. Ipse est pater ammonitarum usq; hodie. XX

Profectus inde abrahā in terram australē: habitauit inter cades ⁊ sur: ⁊ peregrinatus ē in geraris. Dixitq; de sara vxore sua: soror mea ē. Misit ergo abimelech rex gerare: ⁊ tulit eā. Venit aūt deus ad abimelech p sompnū nocte: ⁊ ait illi. En morieris ꝓpter mulierē quā tulisti. Habet enim virū. Abimelech vero nō tetigerat eā. Et ait. Dn̄e: num gētem ignorātē ⁊ iustā interficies? Nōne ip̄e dixit m̄ soror mea est. ⁊ ipsa ait frater meus est? In simplicitate cordis mei ⁊ mūdicia manuum mearꝝ feci hoc. Dixitq; ad eū deus. Et ego scio ꝙ simplici corde feceris: ⁊ ideo custodiui te ne peccares in me. ⁊ nō dimisi vt tangeres eā. Nūc ergo redde viro suo vxorē: ⁊ orabit p te: quia ꝓpheta est: ⁊ viues. Si aūt nolueris reddē: scito ꝙ morte morieris tu et oīa q̄ tua sūt. Statimq; de nocte ɔsurgēs abimelech. vocauit omēs seruos suos: ⁊ locut⁹ est vniūsa verba hec in aurib; eoꝝ. Timuerūtq; omēs viri valde. Vocauit aūt abimelech etiā abrahā: ⁊ dixit ei. Quid fecisti nob? Quid peccauimus in te. quia induxisti sup me et sup regnū meum peccatū grāde? Que nō debuisti facē: fecisti nob. Rursusq; expostulās ait. Quid vidisti ut hoc facēs? Rn̄dit abrahā. Cogitaui mecū dicēs. Forsitā nō ē timor dei in loco isto: et interficiēt me ꝓpter vxorem meam. Alias autē et vē soror mea ē: filia p̄ris mei. ⁊ nō filia matris mee: ⁊ duxi eā in vxorē. Postq̄ȝ aūt eduxit me deus de domo p̄ris mei: dixi ad eā. Hāc misc̄diaȝ facies mecū. In omī loco ad quē ingredimur: dices ꝙ frater tuus sim. Tulit igit᷑ abimelech oues ⁊ boues et seruos et ancillas: ⁊ dedit abraham. Reddiditq; illi saram vxorē suā: ⁊ ait. Terra corā vob ē: vbicūq; tibi placuerit habita. Sare aūt dixit. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. hoc erit tibi in velamē oculoꝝ ad omēs q̄ tecū sūt: et quocūq; p̄rexeris memento te dep̄hensam. Orante aūt abraham: sanauit deus abimelech ⁊ vxorē ancillasq; eius: et pepererūt. Cōcluserat enim dn̄s oēm vuluā domus abimelech: ꝓpt᷑ sarā vxorē abrahe.

Visitauit aūt dn̄s saram XXI sicut ꝓmiserat: ⁊ impleuit q̄ locutus ē. Concepitq; ⁊ peperit filiū in senectute sua: tp̄e quo p̄dixerat ei deus. Vocauitq; abraham nomē filij sui quē genuit ei sara ysaac. et circūcidit eū octauo die. sicut p̄ceperat ei deus: cū esset centū annoꝝ. Hac quippe etate patris natus est ysaac. Dixitq; sara. Risū fecit michi deus: ⁊ q̄cunq; audierit corridebit michi. Rursūq; ait. Quis auditurus crederet abrahā. ꝙ sara lactaret filiū: quē peperit ei iam seni? Creuit igit᷑ puer: ⁊ ablactatus ē. fecitq; abrahā grāde ɔuiuium in die ablactacōis eius. Cūq; vidisset sara filiū agar egiptie ludētē cū ysaac filio suo: dixit ad abrahā. Eice ācillā hāc ⁊ filiū eius. Non enim erit heres filius ancille: cū filio meo ysaac. Dure accepit hoc abrahā pro filio suo. Cui dixit deus. Non tibi videatur asperū sup puero ⁊ sup ancilla tua. Omnia q̄ dixerit tibi sara. audi vocē eius: quia in ysaac vocabit᷑ tibi semen. Sed et filiū ācille faciam in gentē magnā: quia semen tuum est. Surrexit itaq; abrahā mane: ⁊ tollēs panem ⁊ vtrem aque. imposuit scapule eius. tradiditq; puerū: ⁊ dimisit eam. Que cum abisset: errabat in solitudine bersabee. Cūq; ɔsūpta esset aqua in vtre: abiecit puerum sbter vnā arborē q̄ ibi erat: ⁊ abijt. Seditq; e regione ꝓcul: quātū potest arcus iacē. Dixit enī. Nō videbo morientē puerū. Et sedens ɔtra: leuauit vocē suā ⁊ fleuit. Exaudiuit aūt deus vocē pueri. Vocauitq; āgelus dn̄i agar de celo dicens. Quid agis agar? Noli timē. Exaudiuit enī deus vocē pueri: de loco in quo ē. Surge ⁊ tolle puerū. ⁊ tene manū illius: quia in gentē magnā faciam eū. Aperuitq; oculos eius deus. Que vidēs puteū aque. abijt ⁊ impleuit vtrē: deditq; puero bibē. ⁊ fuit cū eo. Qui creuit ⁊ morat᷑

est in solitudine: factusq; ē iuuenis sagitta-
rius. Habitauitq; in deserto pharan. Et ac-
cepit illi mater sua vxorem de terra egipti.
Eodē tpe dixit abimelech et phicol prince-
ps exercitus eius ad abraham. Deus tecū
est in vniuersis que agis. Jura ergo p dnm
ne noceas michi. et posteris meis stirpiq;
mee: s; iuxta misericordiam quā feci tibi: facies
michi et terre in qua versatus es aduena.
Dixitq; abrahā. Ego iurabo. Et increpauit
abimelech ppter puteū aque: quē vi abstu-
lerāt serui eius. Responditq; abimelech. Nesciui
quis fecerit hāc rem. Sed et tu nō indicasti
michi: et ego non audiui pter hodie. Tulit
itaq; abraham oues et boues: et dedit abi-
melech. Percusseruntq; ambo fedus. Et sta-
tuit abraham septē agnas gregis seorsum.
Cui dixit abimelech. Quid sibi volūt septē
agne iste: quas stare fecisti seorsū? At ille.
Septem inquit agnas accipies de manu
mea. vt sint michi in testimonium: qm ego
fodi puteū istū. Idcirco vocatus est locus
ille bersabee. quia ibi vterq; iurauit: et inierūt
fedus p puteo iuramenti. Surrexit aūt abi-
melech. et phicol princeps exercitus eius:
reuersiq; sunt in terram palestinorum. Abra-
ham vero plantauit nemus in bersabee. et
inuocauit ibi nomē dei eternum: et fuit colonus
terre palestinorum diebus multis. XXII

Que postq̄ gesta sūt. temptauit deus
abrahā: et dixit ad eū. Abrahā abra-
ham. Ille respondit. Assum. Ait illi. Tolle
filiū tuū vnigenitū quē diligis ysaac: et va-
de in terrā visionis: atq; ibi offeres eū in o-
locaustū: sup vnū montiū quē monstrauero
tibi. Igitur abrahā de nocte consurgens. stra-
uit asinū suū: ducēs secū duos iuuenes. et
ysaac filium suū. Cumq; concidisset ligna in
olocaustū: abiit ad locū quē pceperat ei deus.
Die autem tercio. eleuatis oculis vidit locū
procul: dixitq; ad pueros suos. Expecta-
te hic cū asino: ego et puer illuc vsq; pperā-
tes: postq̄ adorauerimus reuertemur ad vos.
Tulitq; ligna olocausti: et imposuit super
ysaac filium suū. Ipse vero portabat in manibus
ignē et gladiū. Cumq; duo pgerent simul: di-
xit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respōdit.
Quid vis fili? Ecce inquit ignis et ligna:
vbi ē victima olocausti? Dixit autē abra-
hā. Deus puidebit sibi victimā olocausti
fili mi. Pergebāt ergo pariter: et venerūt
ad locū quē ostenderat ei deus: in quo edi-
ficauit altare. et desup ligna composuit. Cūq;
alligasset ysaac filiū suū: posuit eū in altare
sup struem lignorum. Extenditq; manū et ar-
ripuit gladiū: vt immolaret filiū suū. Et ec-
ce angelus dni de celo clamauit dicens. A-
brahā abrahā. Qui respondit. Assum. Di-
xitq; ei. Non extēdas manū tuā sup puerū:
neq; facias illi quicq̄. Nunc cognoui q̄ ti-
meas dnm: et non pepercisti vnigenito filio
tuo ppter me. Leuauit abrahā oculos suos:
viditq; post tergum arietem inter vepres
herentē cornibus. Quē assumēs: obtulit olo-
caustū pro filio. Appellauitq; nomen loci il-
lius: dns videt. Vnde vsq; hodie dicitur:
in monte dns videbit. Vocauit aūt āgelus
dni abraham secūdo de celo dicēs. Per me-
metipsū iuraui dicit dns: quia fecisti hāc rem.
et nō pepercisti filio tuo vnigenito ppter me.
bndicam tibi et multiplicabo semen tuū sic
stellas celi: et velut arenā que ē in litore maris.
Possidebit semen tuū portas inimicorum su-
orū. et bndicentur in semine tuo omnes gētes
terre: quia obedisti voci mee. Reuersus est abra-
ham ad pueros suos: abierunt bersabee
simul: et habitauit ibi. His ita gestis nun-
ciatū est abraham. q̄ melcha quoq; genuisset
filios nachor fratri suo: hus pmogenitum.
et buz frēm eius. et chamuel prem syrorum.
et caseth. et azau. pheldas quoq;. et iedlaph. et ba-
thuel: de quo nata ē rebecca. Octo istos ge-
nuit melcha: nachor fratri abrahā. Cōcubi-
na vero illius noīe roma. peperit thabee. et
gaon: et thaas. et maacha. XXIII

Dixit aūt sara cētūuigintiseptē annis:
et mortua est in ciuitate arbee. que est
hebron in terra chanaan. Venitq; abrahā
vt plangeret et fleret eam. Cūq; surrexisset
ab officio funeris: locutus ē ad filios heth
dicēs. Aduena sū et pegrinus apud vos: da-
te michi ius sepulcri vobiscū: vt sepeliā mortuū
meū. Responderunt filii heth dicētes. Audi nos
dne. Princeps dei es apud nos: in electis
sepulcris nris sepeli mortuū tuū: nullusq; te
phibere poterit: quin in monumento eius

sepelias mortuū tuū. Surrexit abrahā ⁊
adorauit ꝓplm terre: filios videlicet heth.
Dixitq; ad eos. Si placet anime vr̄e vt se=
peliā mortuū meū. audite me: ⁊ intercedite
ꝓ me apud ephron filiū seor. ut det m̄ spe=
lūcam duplicē quā habz in extrema parte
agri sui. Pecunia digna tradat eam michi
coram vobis: in possessionē sepulcri. Ha=
bitabat aūt ephron in medio filioꝝ heth.
Rn̄ditq; ephron ad abrahā: cūctis audi=
entibꝫ q̄ ingrediebātur portā ciuitatis illi⁹
dicēs. Nequaq̄ ita fiet dn̄e mi: ſ; tu magis
ausculta qd̄ loquor. Agrū trado tibi ⁊ spe=
lūcam q̄ in eo ē: p̄sentibꝫ filijs ꝓpli mei. Se=
peli mortuū tuū. Adorauit abrahā coram
dn̄o ⁊ ꝓplo terre: et locutus est ad ephron:
circūstāte plebe eius. Queso vt audias me.
Dabo pecuniā ꝓ agro: suscipe eā: ⁊ sic sepe=
liā mortuū meū in agro. Rn̄ditq; ephron.
Dn̄e mi audi me. Terra quā postulas. q̄=
dringētos siclos argenti valet. Istud ē p̄=
ciū inter me et te. Sed quantū ē hoc? Se=
peli mortuū tuū. Quod cū audissꝫ abrahā.
appendit pecuniā quā ephron postulaue=
rat. audiētibꝫ filijs heth q̄dringētos siclos
argenti: ꝓbate monete publice. Cōfirma=
tus ē ager quondā ephronis. in quo erat
spelūca duplex respiciens mambre. tā ipe
quā spelūca: et om̄es arbores eius in cūctis
t'minis eius ꝑ circuitū. abrahe in possessiōē
vidētibꝫ filijs heth: ⁊ cūctis q̄ intrabāt por=
tam ciuitatis illius. Atq; ita sepeliuit abra=
hā sarā vxorē suā. in spelūca agri duplici
que respiciebat mambre: hec est ebron in
terra chanaan. Et cōfirmatus est ager. et
antrū qd̄ erat in eo. abrahe in possessionē
monumenti. a filijs heth. XXIIII

Erat aūt abrahā senex dierūq; mul=
toꝝ: ⁊ dn̄s in cūctis bn̄dixerat ei. Di=
xitq; ad ſuū seniorē domus sue q̄ p̄erat oi=
bꝫ q̄ habebat. Pone manū tuā subter femꝰ
meū. ut adiurem te ꝑ deū celi ⁊ terre. ut nō
accipias vxorē filio meo de filiabꝫ chana=
neoꝝ. inter quos habito: sed ad terram ⁊
ꝯgnacōem meam ꝓficiscaris: et inde acci=
pias vxorem filio meo ysaac. Rn̄dit ſuus.
Si noluerit mulier venire mecū in terram
hāc. nūquid reducē debeo filiū tuū ad locū
de quo tu egressus es? Dixitq; abrahā. Ca=
ue ne quādo reducas filiū meū illuc. Dn̄s
celi ⁊ terre q̄ tulit me de domo p̄ris mei. ⁊ de
terra n̄ātatis mee. q̄ locutus ē michi. ⁊ iura=
uit michi dicēs. semini tuo dabo terrā hāc:
ip̄e mittet angelū suū coram te. et accipies
inde vxorē filio meo. Sin aūt mulier nolu=
erit sequi te. nō teneberis iuramento: filium
tm̄ meū ne reducas illuc. Posuit ergo ser=
uus manū sub femore abrahā dn̄i sui: ⁊ iu=
rauit illi sup ſmone hoc. Tulitq; decem ca=
melos de grege dn̄i sui ⁊ abijt. ex omnibꝫ
bonis eius portās secū: profectusq; p̄rexit
in mesopotamiā. ad vrbem nachor. Cumq;
camelos fecisset accūbē extra opidū. iuxta
puteū aque. vespere. eo t̄pe quo solēt muli=
eres egredi ad hauriendā aquā: orauit
dn̄m dicēs. Dn̄e deus dn̄i mei abraham. oc=
curre obsecro michi hodie: et fac misc̄diā
cum dn̄o meo abrahā. Ecce ego sto prope
fontē aque: ⁊ filie habitatoꝝ huius ciuita=
tis egredient' ad hauriendā aquā. Igit'
puella cui dixero. inclina ydriā tuā vt bibā.
et illa rn̄derit bibe. quin ⁊ camelis tuis da=
bo potū: ip̄a ē quā p̄parasti seruo tuo ysaac:
et ꝑ hoc intelligā. q feceris misc̄diam cum
dn̄o meo abrahā. Necdū intra se verba cō=
pleuerat: et ecce rebecca egrediebatur filia
bathuel filij melche vxoris nachor fratris
abrahā: hn̄s ydriam in scapula sua: puella
decora nimis. virgoq; pulcerrima. et inco=
gnita viro. Descenderat aūt ad fontē ⁊ im=
pleuerat ydriā aqua: ac reuertebatur. Oc=
curritq; ei ſuus ⁊ ait. Pauxillū aque michi
ad bibēdum prebe de ydria tua. Que rn̄dit.
Bibe dn̄e mi. Celiterq; deposuit ydriā sup
vlnā suā: et dedit ei potū. Cūq; ille bibisset.
adiecit. Quin ⁊ camelis tuis hauriā aquā:
donec cūcti bibant. Effundensq; ydriam in
canalibꝫ ṙcurrit ad puteū vt hauriret aq̄:
⁊ haustam om̄ibꝫ camelis dedit. Ipe aūt
ꝯtēplabat' eam tacitus: scire volēs vtrum
prosperū iter suū fecissꝫ deus an nō. Postq̄
aūt biberūt cameli protulit vir inaures au=
reas. appendētes siclos duos: ⁊ armillas
totidem. pōdo sicloꝝ decem. Dixitq; ad eā.
Cuius es filia? Indica michi. Est in domo
patris tui locus ad manendū? Que rn̄dit.

Filia sum bathuelis· filij nachor: quē pepe=
rit ei melcha. Et addidit dicēs. Palearū
q̄z ⁊ feni plurimū ē apud nos: et locus spa=
ciosus ē ad manendū. Inclinauit se homo
et adorauit dñm dicēs. Bn̄dictus dñs de⁹
dñi mei abrahā· q̄ nō abstulit misc̄diam ⁊
veritatē suaȝ a dño meo: et recto itinē me
ꝑduxit in domū fr̄is dñi mei· Cucurrit itaq̄z
puella: et nūtiauit in domū matris sue oīa
q̄ audierat. Habebat aūt rebecca fratrem
noīe laban. Qui festinus egressus ē ad ho=
minem vbi erat fons. Cūq̄z vidissꝫ inaures·
et armillas in manib⁹ sororis sue· ⁊ audissꝫ
cūcta verba referentis hec locutus ē michi
homo: venit ad virū q̄ stabat iuxta came=
los· et ꝓpe fontē aq̄: dixitq̄z ad euȝ. Ingre=
dere bn̄dicte dñi. Cur foris stas? ꝑparaui
domū ⁊ locū camelis tuis· Et introduxit eū
in hospicium· ac destrauit camelos: deditq̄z
paleas et fenū· et aquā ad lauandos pe=
des camelorū: ⁊ virorū q̄ venerāt cū eo. Et
appositus ē in ↄspectu eius panis. Qui ait.
Nō ↄmedam: donec loquar sermones me=
os. Rn̄dit ei. Loquere. At ille: Seruus inquit
abraham sū. Et dñs bn̄dixit dño meo val=
de ⁊ magnificatus ē: et dedit ei oues ⁊ boues·
argentū ⁊ aurū· seruos et ancillas· camelos
et asinos. Et peperit sara vxor dñi mei filiū
dño meo in senectute sua: deditq̄z illi oīa
q̄ habuerat· Et adiurauit me dñs meus di=
cēs. Nō accipies vxorē filio meo de filiab⁹
chananeorū· in quorū terra habito: sed ad
domū pr̄is mei perges: ⁊ de ↄgnacōe mea·
accipies vxorem filio meo. Ego vero rn̄di
dño meo. Quid si noluerit venire mecum
mulier? Dñs ait in cuius ↄspectu ambulo·
mittet āgelū suū tecū· et diriget viā tuam:
accipiesq̄z vxorem filio meo de ↄgnacōne
mea: et de domo patris mei. Innocens eris
a maledictōne mea: cū veneris ad ꝓximos
meos et nō dederint. Veni ergo hodie ad
fontē aque et dixi. Domine deus dñi mei
abraham· si direxisti viam meā in qua nūc
ābulo· ecce sto iuxta fonteȝ aque ⁊ virgo
q̄ egredietur ad hauriendā aquā· audierit
a me· da m̄ pauxillū aque ad bibendū de
ydria tua· et dixerit michi· ⁊ tu bibe· ⁊ came=
lis tuis hauriā: ip̄a ē mulier quā ꝑparauit
dñs filio dñi mei· Cūq̄z hec tacitus mecum
voluerē· apparuit rebecca veniens cū ydria
quam portabat in scapula: descenditq̄z ad
fontē: et hausit aquam. Et aio ad eam· Da
michi paululū bibere. Que festinans depo=
suit ydriaȝ de humero: et dixit michi. Et tu
bibe: et camelis tuis tribuam potū. Bibi: et
adaquauit camelos. Interrogauiq̄z eam
et dixi. Cuius es filia? Que respondit. Filia
bathuelis sū· filij nachor: quē pepe͛it ei mel=
cha. Suspendi itaq̄z inaures ad ornandā
faciē eius: et armillas posui in manib⁹ eius.
Pronus adoraui dñm: bn̄dicens dño deo
dñi mei abrahā· q̄ perduxit me recto itinē:
vt sumerem filiam fratris dñi mei filio eius·
Quamobrem si facitis misc̄diam ⁊ verita=
tem cū dño meo· indicate michi: sin autem
aliud placet· et hoc dicite michi: vt vadaȝ
ad dexterā siue ad sinistraȝ. Rn̄derūt laban
et bathuel. A dño egressus est sermo. Non
possumus extra placitum eius quicq̄ aliud
loqui tecū. En rebecca coram te est: tolle eā
et proficiscere: et sit vxor filij dñi tui: sicut lo=
cut⁹ ē dñs. Quod cū audissꝫ puer abrahā:
ꝓcidens adorauit in terra dñm. Prolatisq̄z
vasis argenteis et aureis· ac vestib⁹: dedit
ea rebecce pro munere. Fratrib⁹ quoq̄z eius
et matri· dona obtulit. Inito ↄuiuio: vescen=
tes pariter et bibētes mānserunt ibi. Surgēs
aūt mane· locutus ē puer. Dimittite me: vt
vadā ad dñm meū. Rn̄derūtq̄z fratres eius
⁊ mr̄. Maneat puella saltē decē dies apud
nos: et postea ꝓficiscetur· Nolite ait me reti=
nē: q2 dñs direxit viā meā. Dimittite me: ut
ꝑgam ad dominū meum· Et dixerunt. Vo=
cemus puellam: et queramus ip̄ius volū=
tatem. Cunq̄z vocata venisset: sciscitati sunt.
Vis ire cum homine isto? Que ait. Vadā.
Dimiserunt ergo eaȝ· et nutricem illi⁹: ser=
uumq̄z abrahā ⁊ comites eius: imp̄cantes
ꝓspera sorori sue· atq̄z dicētes. Soror nr̄a
es. Crescas in mille milia: et possideat se=
mē tuū portas inimicorū suorū. Igitur rebec=
ca ⁊ puelle illius· ascensis camelis secute sūt
virū: q̄ festinus reūtebatur ad dñm suū. Eo
aūt tp̄e deābulabat ysaac ꝑ viā q̄ ducit ad
puteū cui⁹ nomē est viuētis ⁊ vidētis. Habi=
tabat enī in t͛ra australi: ⁊ egressus fue͛at ad

meditādū in agro inclinata iam die. Cūqꝫ
eleuasset oculos: vidit camelos venīētes
ꝓcul. Rebecca quoqꝫ cōspecto ysaac. descē-
dit de camelo: ⁊ ait ad puerū. Quis ē ille
homo q̄ venit ꝑ agrū in occursū nob̄? Dixit
qꝫ ei. Ipe est dn̄s meus. At illa tollens cito
palliū suū. cooperuit se. Seruus aūt cūcta
q̄ gesserat. narrauit dn̄o suo ysaac. Qui in-
troduxit eā in tabnaculū sare matris sue
et accepit eam vxorē: et intantū dilexit eā:
vt dolorē q̄ ex morte m̄ris eius acciderat
ABrahā vero aliā XXV tēperaret.
duxit vxorem nomine cethurā: que
pepit ei zamrā. et iexan. ⁊ madan. ⁊ madi-
an. et iesboch. ⁊ sue. Iexan qꝫ genuit saba.
et dadan. Filij dadan fuerūt assurim et la-
thusim et laomim. At vero ex madian ort⁹
est epha. et opher. et enoch. et abida. hel-
daa. Oēs hij filij cethure. Deditqꝫ abra-
ham cūcta q̄ possederat ysaac: filijs autē
ꝯcubinarū largitus ē munera: ⁊ separauit
eos ab ysaac filio suo dū adhuc ipē viueret
ad plagam orientalem. Fuerunt aūt dies
vite abrahe cētumseptuagintaquinqꝫ anni:
⁊ deficiēs mortuus ē in senectute bona. pue-
ctēqꝫ etatis. et plenus dierū: ꝯgregatusqꝫ
ē ad ꝑplm suū. Et sepelierūt eū ysaac ⁊ ysma-
hel filij sui ī speluca duplici. q̄ sita ē in agro
ephron. filij seor ethei. e regione mambre:
quā emerat a filijs heth. Ibi sepultus ē ipē.
et sara vxor eius. Et post obitū eius bene-
dixit deus ysaac filio eius: q̄ habitabat iux̄
puteū noīe viuētis ⁊ vidētis. Hee sūt gn̄a-
tiones ysmahel filij abrahe quē peperit ei a-
gar egiptia famula sare: et hec nomina fili-
orū eius in vocabulis et gn̄acōnibꝫ suis.
Primogenitus ysmahelis nabaioth: dein-
de cedar. et abdehel. et mabsan. masmaqꝫ ⁊
duma. et massa. adad ⁊ thema ⁊ ithur. ⁊ na-
phis ⁊ cedma. Isti sunt filij ysmahel: et hec
noīa ꝑ castella ⁊ oppida eorū. duodecī prin-
cipes tribuum suarū. Et facti sunt anni vite
ysmahelis cētumtrigintaseptē: deficiensqꝫ
mortu⁹ ē: et appositus ad ꝑplm. Habitauit
aūt ab euila vsqꝫ sur: q̄ respicit egiptū intro-
eūtibꝫ assirios. Coram cūctis fratribꝫ suis
obijt. Hee qꝫ sūt gn̄acōes ysaac filij abra-
ham. Abraham genuit ysaac. Qui cum q̄-
quadraginta esset annorū: duxit vxorem re-
beccam: filiam bathuelis syri de mesopota-
mia. sororem laban. Depcatusqꝫ ē ysaac do-
minū ꝓ vxore sua: eo ꝙ esset sterilis. Qui ex-
audiuit eum ⁊ dedit ꝯceptū rebecce: sed col-
lidebantur in vtero eius paruuli. Que ait.
Si sic michi futurū erat: quid necesse fuit
ꝯcipere? Perrexitqꝫ vt ꝯsuleret dn̄m. Qui
rn̄dens ait. Due gentes sūt in vtero tuo. ⁊
duo ꝑpli ex ventre tuo diuidentur: ꝑplusqꝫ
ꝑplm superabit: et maior seruiet minori. Iā
tempus pariendi aduenerat: et ecce gemi-
ni in vtero eius reperti sūt. Qui ꝑ̄mus egres-
sus est rufus erat. et totus in morem pellis
hispidus: vocatumqꝫ est nomen eius esau.
Protinus alter egrediens. plantam fratris
tenebat manu: et idcirco appellauit eū iacob.
Sexagenarius erat ysaac qn̄ nati sūt puu-
li. Quibus adultis. factus ē esau vir gna-
rus venandi. et homo agricola: iacob aūt
vir simplex habitabat in tabnaculis. Ysa-
ac amabat esau eo ꝙ de venationibꝫ illius
vesceretur: et rebecca diligebat iacob. Co-
xit aūt iacob pulmentū. Ad quē cū venisset
esau de agro lassus ait. Da michi de coctōe
hac rufa: quia oppido lassus sū. Quāobcau-
sam vocatum est nomen eius edom. Cui di-
xit iacob. Vende michi primogenita tua.
Ille rn̄dit. En morior. Quid michi ꝓderūt
primogenita? Ait iacob. Iura ergo michi.
Iurauit ei esau. et vendidit ꝑ̄mogenita: et
sic accepto pane et lentis edulio comedit
et bibit ⁊ abijt: paruipēdēs ꝙ ꝑ̄mogenita
ORta aūt fame ꝑ vendidisset. XXVI
sup terra post eā sterilitatē q̄ accide-
rat in diebꝫ abrahā: abijt ysaac ad abime-
lech regem palestinorū in gerara. Appa-
ruitqꝫ ei dn̄s et ait. Ne descendas in egiptū:
ſꝫ quiesce in terra quā dixero tibi ⁊ pegrina-
re in ea: eroqꝫ tecū ⁊ bn̄dicā tibi. Tibi enim
⁊ semini tuo dabo vniuersas regiones has.
ꝯplens iuramētū qđ spopondi abrahā pa-
tri tuo: et multiplicabo semen tuū sic stellas
celi. Daboqꝫ posteris tuis vniuersas regio-
nes has: ⁊ bn̄dicent in semine tuo oēs gē-
tes terre: eo ꝙ obedierit abrahā voci mee.
et custodierit ꝑcepta mea: et mādata mea
et cerimonias legesqꝫ seruauerit. Mansit

itaq̧ ẏſaac in geraris. Qui cū interrogaret̃
a viris loci illius ſup vxore ſua·rn̄dit. So-
ror mea eſt. Timuerat enim ↄfiteri q̄ ſibi
eſſ̄ ſociata ↄiugio: reputās ne forte inter-
ficeret eū ꝓpter illius pulcritudinē. Cumq̧
ptrāſiſſent dies plurimi ⁊ ibidē moraret̃:
proſpiciēs abimelech rex paleſtinoꝝ per
feneſtrā. vidit eū iocantē cū rebecca vxore
ſua: et accerſito eo ait. Perſpicuū ē q̄ vxor
tua ſit. Cur mentitus es eam ſororem tuam
eſſe? Rn̄dit. Timui ne morerer ꝓpter eam.
Dixitq̧ abimeleh. Quare impoſuiſti nobis
Potuit coire quiſpiā de ꝑplo cū vxorē tua:
⁊ induxeras ſup nos grāde peccatū. Pre-
cepitq̧ omi ꝑplo dicēs. Qui tetigerit hoīs
huius vxorem·morte morietur. Seuit aūt
ẏſaac in terra illa: et inuenit in ipo anno cē-
tuplum. Bn̄dixitq̧ ei deus·et locupletatus
eſt homo: et ibat ꝓficiens atq̧ ſuccreſcēs.
donec magnus vehementer effectus eſt:
habuitq̧ poſſeſſiones ouiū ⁊ armentorū
et familie plurimum. Ob hoc inuidentes ei
paleſtini·oīnes puteos quos foderāt ſui
patris illius abrahā·illo tp̄e obſtruxerunt
implētes humo: in tantū vt ipſe abimelech
diceret ad ẏſaac. Recede a nob: qm̄ potēti-
or nob factus es valde. Et ille diſcedens
vt veniret ad torrentē gerare habitaret̃q̧
ibi: rurſum fodit alios puteos·quos fode-
rāt ſerui patris ſui abrahā: ⁊ quos illo mor-
tuo olim obſtruxerāt philiſtijm. Appella-
uitq̧ eos eiſdē nominib: quib ante pater
vocauerat. Foderūtq̧ in torrente: ⁊ repe-
rerūt aquā viuam. Sed ⁊ ibi iurgium fuit
paſtorū gerare·aduerſus paſtores ẏſaac
dicentium. Nr̄a eſt aqua. Quamobrem no-
men putei ex eo q̄d acciderat vocauit calū-
niā. Foderūt aūt ⁊ aliū: et ꝓ illo q̧ rixati ſūt:
appellauitq̧ eum inimicicias. Profectus
inde fodit aliū puteū: pro quo nō ↄtēderūt.
Itaq̧ vocauit nomen eius latitudo·dicēs.
Nūc dilatauit nos dn̄s: et fecit creſcē ſup
terram. Aſcendit aūt ex illo loco in berſa-
bee: vbi apparuit ei dn̄s in ipa nocte dicēs.
Ego ſū deus abrahā patris tui. Noli timē:
q̄ ego tecū ſum. Bn̄dicā tibi et multiplica-
bo ſemen tuum: ꝓpter ſeruū meum abrahā.
Itaq̧ edificauit ibi altarē dn̄o: et inuocato

noīe dn̄i extēdit tabnaculū: p̄cepitq̧ ſuis
ſuis vt foderent puteū. Ad quē locū cū ve-
niſſ̄ de geraris·abimelech ⁊ ochozath ami-
ci illius·et phicol dux militū: locutus ē ẏſa-
ac. Quid veniſtis ad me hoīem quem odi-
ſtis: et expuliſtis a vobis? Qui rn̄derunt.
Vidimus tecū eē dn̄m: et idcirco nos dixi-
mus. Sit iuramentū inter nos·⁊ ineamus
fedus·vt non facias nob quicq̄ mali: ſicut
et nos nichil tuoꝝ attigimus·nec fecimus
q̄d te lederet: ſed cū pace dimiſimus auctū
bn̄dictōne dn̄i. Fecit ergo eis ↄuiuium. Et
Et poſt cibū ⁊ potū ſurgētes mane·iurauē-
rūt ſibi mutuo: dimiſitq̧ eos ẏſaac pacifice
in locū ſuum. Ecce aūt venerunt in ipo die
ſerui ẏſaac: annūtiantes ei de puteo quem
foderāt·atq̧ dicētes. Inuenimus aquam.
Unde appellauit eū abūdātiam: et nomē
vrbis impoſitum ē berſabee·uſq̧ in p̄ntem
diem. Eſau vero q̄dragenarius duxit vxo-
res duas: iudith filiam beeri ethei·et baſe-
math filiā elon eiuſdem loci: q̄ ambe offen-
derant animū ẏſaac et rebecce.

XXVII

Senuit aūt ẏſaac·⁊ caligauerūt ocu-
li eius·et vidē nō poterat: vocauitq̧
eſau filiū ſuū maiorē: et dixit ei. Fili mi. Qui
rn̄dit. Aſſum. Cui pater. Vides inquit q̄
ſenuerim: et ignorē diem mortis mee. Su-
me arma tua·et pharetrā ⁊ arcū: et egredē
foras. Cumq̧ venatu aliquid apphenderis
fac michi inde pulmentū ſicut velle me no-
ſti: et affer vt ↄmedā: et bn̄dicat tibi aīa
mea anteq̄ moriar. Q̄d cū audiſſ̄ rebecca.
et ille abiſſet in agrū vt iuſſionē patris im-
pleret: dixit filio ſuo iacob. Audiui patrem
tuum loquentē cū eſau fratre tuo: et dicētē
ei. Affer michi de venacōe tua·et fac cibos
vt comedā: et bn̄dicā tibi corā dn̄o anteq̄
moriar. Nūc ergo fili mi acq̄eſce ↄſilijs me-
is: et pergens ad gregē affer michi duos
hedos optimos·ut faciā ex eis eſcas patri
tuo·quib libenter veſcit̃: quas cū intuleris
et comederit·bn̄dicat tibi p̄uſq̄ moriatur.
Cui ille rn̄dit. Noſti q̄ eſau frater meus hō
piloſus ſit: et ego lenis. Si attrectauit me
pater meus et ſenſerit·timeo ne putet ſibi
voluiſſe me illudē: ⁊ inducat ſup me male-
dictōem ꝓ bn̄dictōe. Ad quē mater: in me

sit ait ista maledictō fili mi: tantū audi vo-
cē meam. et pgens affer q̄ dixi. Abijt et at-
tulit: deditq; matri. Parauit illa cibos sicut
velle nouerat patrē illius: et vestib; esau
valde bonis. quas apud se habebat domi.
induit eum. pelliculasq; hedorū circūdedit
manib;: et colli nuda ꝓtexit. Deditq; pul-
mentum: ⁊ panes quos coxerat tradidit.
Quib; illatis. dixit. Pater mi. At ille rn̄dit.
Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq; iacob.
Ego sū p̄mogenitus tuus esau. Feci tibi sic̄
p̄cepisti michi. Surge. sede ⁊ cōme de de-
venacōne mea: vt bn̄dicat m̄ anima tua.
Rursūq; ysaac ad filiū suū. Quō inquit tam
cito inuenire potuisti fili mi? Qui rn̄dit. Vo-
lūtas dei fuit: vt cito occurreret michi qd̄
volebam. Dixitq; ysaac. Accede ad me vt
tangam te fili mi: et probem vtrū tu sis fi-
lius meus esau. an non. Accessit ille ad pa-
mauit p̄plus ad pharaonē· alimēta petens.
Quib; ille r̄ndit. Ite ad ioseph: et quicq̄d
ipse vobis dixerit facite. Crescebat aūt q̄ti=
die fames in omni terra: aperuitq; ioseph
vniūsa horrea: & vendebat egiptijs. Nam
et illos oppresserat fames. Omnesq; p̄uincie
veniebāt in egiptum· vt emerent escas: et
malum inopie temperarent. XLII

Audiens aūt iacob q̄ alimēta vēde=
rent̄ in egipto: dixit filijs suis. Qua=
re negligitis? Audiui q̄ triticū venūdetur
in egipto. Descendite· et emite nobis neces=
saria· vt possimus viuē: et nō cōsumam̄ in=
opia. Descendētes igitur fratres ioseph de=
cem· vt emerent frumēta in egipto· benia=
min domi retēto a iacob: qui dixerat fratri=
bus eius ne forte in itinere quicq̄ patiat̄
mali: ingressi sunt terrā egipti: cū alijs qui
p̄gebāt ad emēdū. Erat autē fames in t̄ra
chanaan: et ioseph ērat princeps in t̄ra egi=
pti: atq; ad eius nutū frumenta p̄plis vēde=
bant̄. Cumq; adorassent eū fratres sui· et a=
gnouiss; eos: quasi ad alienos durius loq̄=
bat̄· int̄rogās eos. Vnde venistis? Qui
r̄nderūt· de terra chanaan: vt emamus vi=
ctui necessaria. Et tamē fratres ip̄e cogno=
scens: nō est cognitus ab eis. Recōdatusq;
somnioꝝ que aliq̄ndo viderat: ait ad eos.
Exploratores estis: vt videatis infirmiora
terre venistis. Qui dixerūt. Nō est ita do=
mine: sed serui tui venerūt vt emerēt cibos.
Omes filij vnius viri sumus. Pacifici veni=
mus: nec quicq̄ famli tui machināt̄ mali.
Quibus ille r̄ndit. Aliter ē. Immūnita ter=
re huius cōsiderare venistis. At illi dixerūt.
Duodecim inquiūt fr̄es ſui tui sumus: filij
viri vnius in terra chanaan. Minimus cū
patre nostro est: alius nō est sup. Hoc est
ait· q̄d locutus sū. Exploratores estis. Iam
nunc experimentū v̄ri capiā. Per salutem
pharaonis nō egrediemini hinc: donec ve=
niat frater vester minimus. Mittite ex vo=
bis vnū & adducat eū: vos aūt eritis in vin=
culis· donec p̄bētur que dixistis: vtrū vera
an falsa sint. Alioquin p̄ salutē pharaonis·
exploratores estis. Tradidit ergo illos cu=
stodie· trib; dieb;. Die autē tercio eductis
de carcere ait. Facite que dixi: et viuetis. De=
um enim timeo. Si pacifici estis· frater ve=
ster vnus ligetur in carcere: vos aūt abite·
et ferte frumēta que emistis in domos v̄ras·
et fratrē v̄rm minimū ad me adducite: vt
possim v̄ros p̄bare s̄mones· et non moria=
mini. Fecerūt vt dixerat: et locuti sunt ad in=
uicē. Merito hec patim̄: quia peccauim⁹ in
fratrē nostrū vidētes angustias anime illi⁹
dū dep̄caretur nos· et nō audiuimus: idcir=
co venit super nos ista tribulatio. E quib;
vnus ruben ait. Nūquid nō dixi vobis· no=
lite peccare in puerum: et nō audistis me?
En sanguis eius exquirit̄. Nesciebāt enim
q̄ intelligeret ioseph: eo q̄ p̄ interp̄tem lo=
queret̄ ad eos. Auītq; se parper· et fleuit:
et reuersus locutus est ad eos. Tollensq;
simeō· et ligās illis p̄sentib; iussit ministris
vt implerēt saccos eoꝝ tritico: et repone=
rēt pecunias singuloꝝ in sacculis suis: da=
tis supra cibarijs in via. Qui fecerūt ita. At
illi portātes frumēta in asinis suis profecti
sūt. Apto q; vnus sacco· vt daret iumento
pabulū in diūsorio· contēplatus pecuniam
in ore sacculi: dixit fratrib; suis. Reddita ē
michi pecunia. En habet̄ in sacco. Et obstu=
pefacti turbatiq;· mutuo dixerūt. Quid nā
est hoc quod fecit nobis deus? Venerūtq;
ad iacob patrē suū in t̄erra chanaā: et nar=
rauerūt ei oīa que accidissent sibi dicētes.
Locutus est nobis dn̄s terre dure: et puta=
uit nos exploratores esse p̄uincie. Cui re=
spondim⁹. Pacifici sumus: nec vllas moli=
mur insidias. Duodecim fratres vno patre
geniti sumus: vnus nō est sup: minimus cū
patre nostro est in terra chanaan. Qui ait
nobis. Sic p̄babo q̄ pacifici sitis. Fratrem
vestrū vnū dimittite apud me: et cibaria

domibus vestris necessaia sumite· et abite.
Fratrēq3 vr̄m minimū adducite ad me· vt
sciam q̄ non sitis exploratores : et istū qui
tenetur in vinculis recipere possitis: ac dein=
ceps que vultis emendi habeatis licētiam.
Hijs dictis· cū frumēta effunderēt· singuli
repererūt in ore saccoꝝ ligatas pecunias:
exterritisq3 simul om̄ib9· dixit pater iacob.
Absq3 liberis me esse fecistis. Joseph non
est super: simeon tenet̄ in vinculis· et benia=
min auferetis: In me hec om̄ia mala recide=
runt. Cui r̄ndit ruben. Duos filios meos in=
terfice: si nō reduxero illū tibi. Trade illum
in manu mea: et ego euz tibi restituam. At
ille: nō descēdet inquit filius meus vobiscū.
Frater eius mortuus est: et ipse solus remā=
sit. Si quid ei aduersitatis acciderit in t̄ra
ad quam pergitis: deducetis canos meos
cum dolore ad inferos. XLIII

P

Nterim fames om̄ez t̄raz vehemēter p̄me=
bat: ꝯsūptisq3 cibis q̄s ex egipto detulerāt:
dixit iacob ad filios suos. Reūtimini: ⁊ emi=
te nobis pauxillū escaꝝ. R̄ndit iudas. De=
nūciauit nobis vir ille sub attestatiōe iuris=
iurādi· dicens. Nō videbitis faciē meā: nisi
fratrē vestrū minimū adduxeritis vobiscū.
Si ergo vis eū mittere nobiscū p̄gemus
pariter ⁊ ememus tibi necessaria: si autem
nō vis: nō ibimus. Vir enī vt sepe diximꝰ.
denūciauit nobis dicēs. Nō videbitis faciē
meā absq3 fratre vr̄o mīmo. Dixit eis israhel.
In meā hoc fecistis miseriā: ut indicaretis ei
et aliū habere vos fratrē. At illi r̄nderunt.
Interrogauit nos homo p̄ ordinē nostrā
p̄geniem: si pater viueret: si haberemꝰ fra=
trem. Et nos r̄ndimus ei ꝯsequēter: iuxta
id q̄ fuerat sciscitatus. Nūquid scire pote=
ramus q̄ dicturus esset: adducite fratrem
vr̄m vobiscū: Judas q3 dixit p̄ri suo. Mit=
te puerū mecū vt p̄ficiscam̄ et possēmus vi=
uere: ne moriam̄ nos ⁊ paruuli nr̄i. Ego su=
scipio puerū: de manu mea require illū. Ni=
si reduxero ⁊ reddidero eū tibi: ero pecca=
ti reus in te omni t̄pe. Si non intercessisset
dilacō: iam vice altera venissemus. Igitur

II

isrl̄ pater eoꝝ dixit ad eos: Si sic necesse
est: facite quod vultis. Sumite de optimis
terre frugib9 in vasis vestris ⁊ deferte viro
munera: modicū resine ⁊ mellis· et storacis
stactes· et therebinti· et amigdalaꝝ. Pecu=
niāq3 duplicē ferte vobiscū: et illaz quā in=
uenistis in sacculis repōtate: ne forte erro=
re factū sit. Sed ⁊ fratrē vr̄m tollite: et ite
ad virū. Deus autē meus om̄ipotēs faciat
vobis eū placabilē: et remittat vobiscū fra=
trem vr̄m quē tenet in vinculis: et hūc ben=
iamin. Ego aūt quasi orbatus· absq3 liberis
ero. Tulerūt ergo viri munera ⁊ pecuniam
duplicē ⁊ beniamin: descēderūtq3 in egiptū:
⁊ steterūt corā ioseph. Quos cū ille vidisset
et beniamin simul: p̄cepit dispēsatori domꝰ
sue dicēs. Introduc viros domū: et occide
victimas· ⁊ instrue ꝯuiuiū: quoniā hodie
mecū sunt comesturi meridie. Fecit ille q̄d
sibi fuerat imperatū: et introduxit viros do=
mū. Ibiq3 exterriti dixerūt mutuo. Propt̄
pecuniā quā retulimus prius in saccis nr̄is·
introducti sumus: ut deuoluat in nos calū=
niā· et violenter subiciat seruituti: et nos et
asinos nostros. Quāobrem· in ip̄s foribꝰ
accedētes ad dispēsatorē· locuti sūt. Oramꝰ

II

dn̄e vt audias nos. Jam ante descēdimus·
vt ememus escas: quibꝰ emptis· cū venis=
semus ad diuersoriū· aperuimꝰ saccos no=
stros· et inuenimus pecuniā in ore saccoꝝ:
quā nūc eodē pondere reportauimus. Sz
et aliud attulimus argentū: vt emamus q̄
nobis necessaria sūt. Nō est in nostra ꝯsciē=
tia: quis posuerit eā in marsupijs nr̄is. At
ille r̄ndit. Pax vobiscū: nolite timere. Deus
vester ⁊ deus p̄ris vestri· dedit vobis the=
sauros in saccis vestris. Nā pecuniā quam
dedistis michi: p̄batā ego habeo. Eduxit=
q3 ad eos simeon. Et introductis domū at=
tulit aquā: et lauerūt pedes suos: deditq3
pabulū asinis eoꝝ. Illi vero parabant mu=
nera: donec ingredēt̄ ioseph meridie. Au=
dierāt enim q̄ ibi comesturi essent panem.
Igitur ingressus ē ioseph domū suaz: obtu=
lerūtq3 ei munera· tenētes in manibꝰ suis: ⁊
adorauerūt p̄ni in terrā. At ille clemēter re=
salutatis eis: interrogauit eos dicēs. Sa=
nusne est pater vester senex: de quo dixe=
ratis michi: Adhuc viuit: Qui r̄nderūt. So=
spes est· seruus tuus pater noster. Adhuc
viuit. Et incuruati adorauerūt eū. Attollēs

III

S

autez ioseph oculos: vidit beniamin frēm
suū vterinū. et ait. Iste ē frater vester par=
uulus: de quo dixeratis michi? Et rursum.
Deus inquit misereat̄ tui fili mi. Festinauit=
qꝫ in domū. quia cōmota fuerāt viscera eius
sup fratre suo: et erūpebant lacͤme: et introi=
ens cubiculū fleuit. Rursumqꝫ lota facie e=
gressus. continuit se: et ait. Ponite panes.
Quibus appositis. seorsū ioseph. et seorsum
fratribꝫ. egiptijs qꝫ qui vescebantur simul
seorsū: illicitū est enī egiptijs comedere cū
hebreis. et pphanū putant huiuscemōi cōui=
uiū: sederūt coram eo. primogenitus iuxta
primogenita sua. et minimus iuxta etatē suā.
Et mirabant̄ nimis: sūptis partibus quas ab
eo acceperāt. Maiorqꝫ pars venit bēiamin:
ita vt quinqꝫ partibus excederet. Biberūt=
qꝫ: et inebriati sunt cum eo. XLIIII

Precepit aūt ioseph dispēsatori domꝰ
sue. dicēs. Imple saccos eoꝝ frumē=
to quātū possunt capē: et pone pecuniā sin=
guloꝝ in sūmitate sacci. Ciphū aūt meū ar=
genteū et pcium quod dedit tritici: pone in
ore sacci iunioris. Factūqꝫ ē ita. Et orto ma=
ne. dimissi sunt cū asinis suis. Iamqꝫ vrbem
exierāt: et pcesserāt paululū. Tunc ioseph
accersito dispensatore domus ait. Surge
inquit et psequere viros: et apphensis dicito.
Quare reddidistis malū p bono? Ciphus
quē furati estis: ipe est in quo bibit dominꝰ
meus et in quo augurari solet. Pessimam
rem fecistis. Fecit ille vt iusserat: et apphen=
sis per ordinē locutus est. Qui respōderūt.
Quare sic loquitur dn̄s noster: ūt serui tui
tantū flagicij cōmiserint? Pecuniā quā inue=
nimus in sūmitate saccoꝝ. repōtauimꝰ ad
te de terra chanaan. Et quomō cōsequēs ē.
vt furati simus de domo dn̄i tui aurū vel ar=
gentū? Apud quemcunqꝫ fuerit inuentū s=
uorū tuoꝝ. qđ queris moriat̄: et nos erimꝰ
serui dn̄i nostri. Qui dixit eis. Fiat iuxta ve=
strā sententiā. Apud quēcunqꝫ fuerit inuē=
tū. ipse sit seruus meus: vos aūt eritis inno=
xij. Itaqꝫ festinato deponētes in t̄raz saccos:
aperuerūt singuli. Quos scrutatus. incipiēs
a maiore usqꝫ ad minimū: inuenit ciphū in
sacco beniamin. At illi scissis vestibꝫ. onera=
tisqꝫ rursū asinis. reuersi sūt in opidū: primusqꝫ

iudas cū fratribꝫ. ingressus est ad ioseph.
Necdū enim de loco abierat. Omnesqꝫ ante
eū pariter in terram corruerūt. Quibꝫ ille
ait. Cur sic agere voluistis? An ignoratis
ꝙ nō sit similis mei in auguriādi scientia?
Cui iudas. Quid rn̄debimus inquit dn̄o
meo. vel quid loquemur: aut iuste poterimꝰ
obtēdere? Deus inuenit iniq̄tatē suoꝝ tu=
orū. En omnes serui sumus dn̄i mei: et nos et
apud quē inuētus ē ciphus. Rn̄dit ioseph.
Absit a me: vt sic agam. Qui furatus est ci=
phū ipe sit seruus meus: vos autē abite li=
beri ad prēm vrm. Accedens autē ppius
iudas. cōfidēter ait. Oro dn̄e audi me: vt
loq̄tur seruus tuus verbū in auribꝫ tuis: et
ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post
pharaonē dn̄s meus. Interrogasti prius
seruos tuos habetis prēm aut frēm: et nos
rn̄dimus tibi dn̄o meo. Est nobis pater se=
nex: et puer paruulus q̄ in senectute illius
natus est: cuius vterinus frater ē mortuus:
et ipsū solū habet mater sua: pr̄ vero tenē
diligit eū. Dixistiqꝫ seruis tuis. Adducite
eū ad me: et ponā oculos meos super illuz.
Suggessimus tibi dn̄o meo: nō potest pu=
er relinq̄re prēm suū. Si enim illū dimiserit
morietur. Et dixisti seruis tuis. Nisi venerit
frater vester minimꝰ vobiscū: nō videbitis
amplius faciē meā. Cū ergo ascēdissemus
ad famulū tuū patrē nostrū: narrauimꝰ ei
omnia que locutus est dn̄s meus. Et dixit
pater noster. Reuertimini: et emite nobis pa=
rum tritici. Cui diximus. Nō possumus ire.
Si frater noster minimus descēderit nobis=
cū: pficiscemur simul: alioquin illo absente nō
audemus videre faciem viri. At ille respō=
dit. Vos scitis ꝙ duos genuerit michi vx=
or mea. Egressus ē vnus et dixistis bestia
deuorauit eū: et hucusqꝫ nō cōparet. Si tu=
leritis et istū et aliquid ei in via contigerit:
deducetis canos meos cū merore ad infe=
ros. Igitur si intrauero ad seruū tuū patrē
nostruz et puer defuerit: cū anima illius ex
huius anima dependeat. videritqꝫ eū nō esse
nobiscū. morietur: et deducēt famuli tui canos
eius cū dolore ad inferos. Ego pprie seruꝰ
tuus sim: qui in meā hunc recepi fidem. et
spopondi dicens. Nisi reduxero eū: peccati

reus ero in prem omni tpe. Manebo itaqȝ
seruus tuus ꝓ puero in ministerio dñi mei:
et puer ascendat cũ fratribꝰ suis. Nõ enim
possum redire ad prem absente puero: ne
calamitatis que oppssura ẽ prẽȝ meũ testis.

XLV

Non se poterat vltra assistãȝ
cohibere ioseph. multis coraȝ astan-
tibꝰ: vnde pcepit ut egrederent cũcti foras:
et nullus interesset alienus agnicõni mutue.
Eleuauitqȝ vocẽ cum fletu: quã audierunt
egiptij omnisqȝ domus pharaonis: ⁊ dixit
fratribꝰ suis. Ego sũ ioseph. Adhuc pater
meus viuit? Nõ poterãt respondere frẽs:
nimio terrore pterriti. Ad quos ille clemẽ-
ter: accedite inquit ad me. Et cũ appropin-
quassent ꝓpe: ego sũ ait ioseph frater vr̃:
quẽ vendidistis in egiptũ. Nolite pauẽ:
neqȝ vob̃ durũ esse videat' q vendidistis
me in hijs regionibꝰ. Pro salute enim vr̃a
misit me deus ante vos in egiptũ. Bienniũ
est enim q cepit fames esse in terra: et ad-
huc quinqȝ ãni restant: quibꝰ nec arari po-
terit nec meti. Premisitqȝ me deus vt reser-
uemini sup terrã: ⁊ escas ad viuendũ habe-
re possitis. Non vr̃o ꝯsilio ȝ dei voluntate
huc missus sum: qui fecit me quasi patrem
pharaonis. ⁊ dominũ vniũse domus eius:
ac principẽ in om̃i terra egipti. Festinate ⁊
ascendite ad prem meũ: ⁊ dicetis ei. Hec
mandat filius tuus ioseph. Deus fecit me
dñm vniũse terre egipti. Descende ad me
ne moreris: ⁊ habitabis in t̃ra iessen. Erisqȝ
iuxta me. tu et filij tui. ⁊ filij filiorũ tuorũ:
oues tue. ⁊ armẽta tua. et vniũsa que possi-
des: ibiqȝ te pascam. Adhuc enim quinqȝ
ãni residui sũt famis: ne ⁊ tu pereas. et oĩs
domus tua: ⁊ om̃ia que possides. En oculi
vestri. ⁊ oculi fratris mei beniamin vident:
q os meũ loquat' ad vos. Nuntiate patri
meo vniũsam gl'iam meã: ⁊ cũcta que vidi-
stis in egipto. Festinate: ⁊ adducite eum
ad me. Cũqȝ amplexatus recedisset in collũ
beniamin fratris sui fleuit: illo qȝ silit' flen-
te sup collũ eius. Osculatusqȝ ẽ ioseph oẽs
frẽs suos: ⁊ plorauit sup singulos. Post q̃
ausi sũt loqui ad eũ. Auditũqȝ est ⁊ celebri
s'mone vulgatũ in aula regis: venerũt frẽs
ioseph. Et gauisus est pharao: atqȝ omnis
familia ei9. Dixitqȝ ad ioseph: vt imparet
fratribꝰ suis dicẽs. Onerãtes iumenta ite
in terrã chanaan. ⁊ tollite inde prem vr̃m
et ꝯgnationẽ. ⁊ venite ad me: ⁊ ego dabo
vobis om̃ia bona egipti. vt ꝯmedatis me-
dullã terre. Precipe etiã vt tollãt plaustra
de terra egipti: ad subuectõem puulorum
suorũ ac ꝯiugũ. Et dicito. Tollite prem ve-
strũ. ⁊ ꝓperate quãtocius venietes: nec di-
mittatis quicq̃ de superlectili vr̃a: q2 om̃es
opes egipti vr̃e erũt. Feceruntqȝ filij israhel:
vt eis mandatũ fuerat. Quibꝰ dedit ioseph
plaustra. s'cd'ȝ pharaonis imperiũ: ⁊ cibaria
in itinere. Singulis qȝ proferri iussit binas
stolas: beniamin vero dedit. trecẽtos argẽ-
teos. cũ quinqȝ stolis optimis. tantundem
pecunie ⁊ vestiũ mittẽs patri suo: addẽs eis
asinos decẽ. qui subueherẽt ex omnibꝰ diui-
tijs egipti: ⁊ totidẽȝ asinas triticũ in itinere.
panesqȝ portãtes. Dimisit ergo frẽs suos:
et pficientibꝰ ait. Ne irascamini in via. Qui
ascendẽtes ex egipto. venerũt in terrã cha-
naan ad prem suũ iacob: ⁊ nũtiauerũt ei di-
centes. Joseph filius tuus viuit: ⁊ ipse dña-
tur in omni terra egipti. Quo audito iacob:
quasi de graui somno euigilãs. tamen non
credebat eis: illi ecõtra referebãt omẽȝ ordi-
nem rei. Cũqȝ vidisset plaustra ⁊ vniuersa q̃
miserat: reuixit spũs eius. et ait. Sufficit m̃
si adhuc ioseph filius meus viuit: vadam
et videbo illum anteq̃ moriar

XLVI

Profectusqȝ israhel cũ om̃ibꝰ que habe-
bat. uenit ad puteũ iuramẽti: ⁊ macta-
tis ibi victimis deo p̃ris sui ysaac. audiuit
eũ p visionẽ nocte vocantẽ se: ⁊ dicente sibi.
Jacob iacob. Cui rñdit. Ecce assum. At illi
deus. Ego sũ fortissimus deus p̃ris tui. Noli
timere: ȝ descende in egiptũ: q2 in gentem
magnã faciã te ibi. Ego descendã tecum il-
luc: et ego inde adducã te reuertentẽȝ. Jo-
seph qȝ ponet manus suas sup oc'los tuos.
Surrexit iacob mane a puteo iuramenti:
tulerũtqȝ eũ filij cũ puulis ⁊ vxoribꝰ suis. in
plaustris que miserat pharao ad portand'
senem: ⁊ om̃ia que possiderat in terra cha-
naan. Venitqȝ in egiptũ cũ om̃i semĩe suo:
filij eius ⁊ nepotes: filie et cũcta simul pro-
genies. Hec sunt aũt nomina filiorũ israhel.

qui ingressi sũt in egiptũ: ipe cũ liberis suis.
Primogenitus ruben. Filij ruben: enoch et
phallu. et esrom. et charmi. Filij symeõ: iamu=
hel. et iamin et iamin. et ahod. et iachin et saber.
et saul filius chananitidis. Filij leui: gerson.
et caath. et merari. Filij iuda: her. et onan. et
sela. et phares. et zara. Mortui sunt autẽ her
et onan in terra chanaan. Natiq3 sunt filij
phares: esrom et amul. Filij ysachar: thola et
phua. et iobab. et semron. Filij zabulõ: sareth
et helon. et iahelel. Hij filij lye. quos genu=
it in mesopotamia syrie: cũ dina filia sua. O=
mnes anime filiorũ eius et filiarũ triginta=
tres. Filij gad: sephon. et aggi. et esebon. et
suni. et heri. et arodi et areli. Filij aser: iemna.
et iesua. et iesui. et beria. sara q3 soror eorum.
Filij beria. heber et melchiel. Hij filij zelphe.
quã dedit laban lye filie sue: et hos genuit
iacob: sedecim animas. Filij rachel vxoris ia=
cob: ioseph et beniamin. Natiq3 sunt ioseph
filij in terra egipti: quos genuit ei assenez
filia phutifaris sacerdotis eliopoleos. ma=
nasses. et effraim. Filij beniamin: bela. et be=
chor. et asbel. et gera. et naaman. et iechri. et
iethros mophim et ofim. et ared. Hij filij
rachel quos genuit iacob: omnes anime q̃=
tuordecim. Filij dan: vsan. Filij neptalim: ia=
siel. et guni. et ieser et salẽ. Hij filij bale. quã
dedit laban racheli filie sue: et hos genuit
iacob: omes anime septẽ. Cũcteq3 aĩe que
ingresse sũt cũ iacob in egiptum: et egresse
sũt de femore illius. absq3 vxoribus filiorum
eius: sexagintasex. Filij aũt ioseph. qui na=
ti sũt ei in terra egipti: anime due. Oẽs aĩe
domus iacob. que ingresse sũt in egiptum:
fuere septuaginta. Misit aũt iacob iudam
ante se ad ioseph in egiptũ. vt nũtiaret ei:
et ille occurrẽt in iessen. Quo cũ puenisset
iũcto ioseph curru suo. ascendit obuiã prĩ
ad eundẽ locũ: vidensq3 eũ irruit sup collũ
eius: et inter amplexus fleuit. Dixitq3 pat
ad ioseph. Iam letus moriar qz vidi faciez
tuã: et superstitẽ te relinquo. Et ille locutus
est ad fratres suos: et ad omẽz domũ patris
sui. Ascendam et nũciabo pharaoni: dicãq3
ei. Fratres mei et domus pris mei qui erant
in terra chanaan. venerũt ad me: et sũt viri
pastores ouiũ. curamq3 habẽt alendorum
gregũ. Pecora sua. et armẽta et oĩa que
habere potuerũt. adduxerunt secũ. Cumq3
vocauerit vos. et dixerit. qd ẽ opus vrm:
rñdebitis. Viri pastores sumus sui tui. ab
infantia nra vsq3 in psens: et nos et patres
nri. Hec aũt dicetis. vt habitare possitis i
terra iessen: quia detestantur egiptij omes
pastores ouiũ.

XLVII

Ingressus ergo ioseph: nũtiauit pharaoni dicẽs. Pater me=
us et frẽs. oues eorũ et armẽta. et cũcta que
possidẽt venerunt de terra chanaan: et ecce
cõsistũt in terra iessen. Extremos q3 fratrum
suorũ quinq3 viros. cõstituit corã rege. Quos
ille interrogauit. Quid habetis opis? Rñde=
rũt. Pastores ouiũ sumus sui tui: et nos et
pr̃es nostri. Ad pegrinandũ in terrã tuam
venimus: qm nõ est herba gregibus suorũ
tuorũ. ingrauescente fame in terra chanaan.
Petimusq3 vt esse nos iubeas suos tuos in
terra iessen. Dixit itaq3 rex ad ioseph. Pa=
ter tuus et fr̃es tui venerũt ad te. Terra egi=
pti in cõspectu tuo ẽ: in optimo loco fac eos
habitaẽ: et trade eis terrã iessen. Quod si no=
sti in eis esse viros industrios: cõstitue illos
magistros pecorũ meorũ. Post hec intro=
duxit ioseph prẽz suũ ad regẽ: et statuit euz
coram eo. Qui bñdicẽs illi: et interrogatus
ab eo. quot sunt dies ãnorũ vite tue: rñdit.
Dies pegrinacõnis vite mee cẽtumtrigĩta
ãnorũ sũt. parui et mali: et nõ puenerũt usq3
ad dies patrũ meorũ. quibus pegrinati sunt.
Et bñdicto rege. egressus ẽ foras. Ioseph
vero patri et fratribus suis dedit possessionẽ
in egipto in optimo terre solo ramesses. vt
pceperat pharao: et alebat eos. omemq3 domũ
patris sui. pbens cibaria singulis. In toto
enim orbe panis deerat: et oppresserat fames
terrã: maxime egipti. et chanaan. E quibus
omẽz pecuniã cõgregauit pro vendicõe frum=
ti: et intulit eam in erariũ regis. Cumq3 defecis=
set emptoribus preciũ: venit cuncta egiptus
ad ioseph dicẽs. Da nobis panes. Quare
morimur corã te. deficiẽte pecunia? Quibus ille
rñdit. Adducite pecora vra: et dabo vobis
pro eis cibos: si preciũ non habetis. Que cũ ad=
duxissent dedit eis alimẽta pro equis et ouibus
et bobus et asinis: sustẽtauitq3 eos illo anno
pro mutacõe pecorũ. Venerũt q3 ãno scdo:

et dixerunt ei. Non celamus dn̄o nr̄o ꝙ de-
ficiente pecunia· pecora simul defecerūt: nec
clam te ē: ꝙ absq3 corporibꝰ ⁊ terra michil
habemus. Cur ergo moriemᷣ te vidente?
Et nos et terra nr̄a tui erimus. Eme nos ī
s̄uitutē regiā· et ꝓbe semina: ne pereūte cul-
tore redigatᷣ terra in solitudinē. Emit igitᷣ
ioseph om̄e3 terrā egipti: vendētibꝰ singu-
lis possessiones suas ꝓ magᷣtudine famis.
Subiecitq3 eam pharaoni· ⁊ cūctos ꝓpl'os
eius· a nouissimis t̄minis egipti vsq3 ad e-
xtremos fines eius ꝓter terram sac̄dotum
q̄ a rege tradita fuerat eis: quibꝰ ⁊ statuta
cibaria ex horreis publicis ꝓbebantᷣ: ⁊ id-
circo non sūt ꝯpulsi vendere possessiones
suas. Dixit ergo ioseph ad populos. En vt
cernitis et vos ⁊ terram vr̄a3 pharao possi-
det. Accipite semina ⁊ serite agros: vt fru-
ges habere possitis. Quintā ꝑtem regi da-
bitis: q̄tuor reliquas ꝑmitto vobis in semē-
tem· et in cibū familijs ⁊ liberis vr̄is. Qui rn̄-
derūt. Salus nr̄a in manu tua ē. Respiciat
nos tantū dn̄s noster: ⁊ leti fuiemus regi.
Ex eo t̄pe vsq3 in p̄sente3 diem in vniuersa
terra egipti regibꝰ quinta ꝑs soluitᷣ: et fa-
ctum est quasi in legem· absq3 t̄ra sacerdo-
tali: q̄ libera ab hac ꝯdicōe fuit. Habitauit
ergo israhel in egipto· id est in t̄ra iessen et
possedit eā: auctusq3 est ⁊ multiplicatus ni-
mis: ⁊ vixit in ea decē ⁊ septem ānis. Facti-
q3 sunt om̄es dies vite illius cētum q̄dragi-
ta septem ān̄o℞. Cūq3 appropinq̄re cerne-
ret diem mortis eius· vocauit filium suū io-
seph: ⁊ dixit ad eū. Si inueni grā3 in ꝯspe-
ctu tuo· pone manū tuā sub femore meo. ⁊
facies michi misc̄diam ⁊ veritate3: vt non
sepelias me in egipto· ꝫ dormiā cū patribꝰ
meis: ⁊ auferas me de t̄ra hac· ꝯdasq3 me
in sepulcro maiorū. Cui rn̄dit ioseph. Ego
faciam qᷦ iussisti. Et ille: iura ergo inquit
michi. Quo iurāte: adorauit israhel dominū:
ꝯuersus ad lectuli caput. XLVIII

His ita trāsactis nūtiatū est ioseph ꝙ
egrotaret pr̄ suus. Qui assumptis du-
obus filijs manasse ⁊ effraim: ire ꝑrexit. Di-
ctūq3 est seni. Ecce filius tuus ioseph veīt
ad te. Qui ꝯfortatus sedit in lectulo. Et in-
gresso ad se ioseph ait. Deus omnipotens

apparuit michi in luza· q̄ est in terra chana-
an: bn̄dixitq3 michi· et ait. Ego te augebo ⁊
multiplicabo: ⁊ faciam te in turbas ꝓpl'o℞.
Daboq3 tibi terram hāc: et semini tuo post
te: ī possessionē sempiternā. Duo ergo filij
tui q̄ nati sunt tibi in terra egipti· anteq̄ huc
venire3 ad te· mei erūt effraim ⁊ manasses:
sicut simeon ⁊ ruben reputabuntᷣ michi. Re-
liquos autē q̄s genueris post eos tui erūt:
et nomine fratrū suo℞ vocabūtᷣ in possessi-
onibꝰ suis. Michi enim quando veniebā de
mesopotamia· mortua ē rachel in t̄ra chana-
an: in ip̄o itinere. Eratq3 vernū tempus. Et
ingrediebar effratam· et sepeliui eam iuxta
viā effrathe: q̄ alio nomīe appellatur bethle-
em. Vidēs autem filios eius· dixit ad eum
Qui sūt isti? Rn̄dit. Filij mei sunt: q̄s dona-
uit michi dn̄s in hoc loco. Adduc inq̄t eos
ad me: vt bn̄dicam illis. Oculi enim israhel
caligabant ꝓ nimia senectute: ⁊ clare vide-
re nō poterat. Applicatosq3 ad se deoscula-
tus· et circūplexus: dixit ad filiū suū. Nō sū
fraudatus aspectu tuo: insup ostēdit michi
deus semen tuū. Cunq3 tulissꝫ eos ioseph de
gremio pr̄is· adorauit ꝓnus in t̄ram: et po-
suit ephraim ad dexteram suā id est ad sini-
stra3 israhel: manassen vēo in sinistra sua ad
dexterā sc3 pr̄is: applicuitq3 ambos ad eum.
Qui extendēs manū dexterā· posuit sup ca-
put effraim minoris fr̄is: sinistram autē sup
caput manasse· q̄ maior natu erat: ꝯmutās
manus. Bn̄dixitq3 iacob filios ioseph: ⁊ ait
Deus in cuius cōspectu ambulauerūt pr̄es
mei abraham ⁊ ysaac: deus q̄ pascit me ab
adolescentia mea vsq3 in p̄sente3 diē: ange-
lus q̄ eruit me de cūctis malis· bn̄dicat pu-
eris istis: ⁊ inuocetur sup eos nomē meū·
nomina q3 pr̄m meo℞ abraha3 ⁊ ysaac: et
crescāt in multitudine sup terrā. Vidēs aūt
ioseph ꝙ posuissꝫ pr̄ suus dexterā manū sup
caput effraim: grauiter accepit. Et apphen-
sam manū patris· leuare conatus ē· de capi-
te effraim: ⁊ trāsferre super caput manasse.
Dixitq3 ad patrē. Nō ita ꝯuenit pater: quia
hic est ꝓmogenitus. Pone dexterā tuā sup
caput eius. Qui renuens ait. Scio fili mi
scio. Et iste quippe erit in ꝓpl'os· ⁊ multipli-
cabitur: ꝫ frater eius minor maior erit illo:

et semen illius crescet in gētes. Bñdixitqȝ eis in tp̄e illo dicens. In te bñdicet israhel: atqȝ dicetur. Faciat tibi deus sicut effraim ⁊ sicut manasse. Cōstituitqȝ effraim ante manassen. Et ait ad ioseph filium suū. En ego morior: ⁊ erit deus vobiscū: et reducet vos ad terrā prm̄ vestrorū. Do tibi partē vnā extra fratres tuos: quā tuli de manū amorrei in gladio ⁊ arcu meo.

Vocauit autē iacob filios suos: et ait eis. Cōgregamini: vt annūtiē q̄ ventura sūt vobis in diebꝰ nouissimis. Cōgregamini et audite filij iacob: audite isrl̄ patrē vr̄m. Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea: ⁊ principiū doloris mei. Prior in donis: maior ī imperio. Effusus es sicut aqua. Nō crescas: q꞉ ascendisti cubile pr̄is tui: ⁊ maculasti stratū eius. Symeon ⁊ leui fr̄es: vasa iniq̄tatis bellantia. In ɔsiliū eorū non veniat aīa mea. ⁊ in cetu illorū nō sit gl̄ia mea: q꞉ in furore suo occiderūt virū: ⁊ in voluntate sua suffoderūt murū. Maledictus furor eorū q꞉ ꝑtinax: ⁊ indignatio eorū q꞉ dura. Diuidam eos in iacob: ⁊ dispgā eos in isrl̄. Iuda: te laudabūt fr̄es tui. Manus tue in ceruicibꝰ inimicorū tuorū: adorabūt te filij patris tui. Catulus leonis iuda. Ad p̄dam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo: ⁊ quasi leena. Quis suscitabit eū? Nō auferet sceptrū de iuda. ⁊ dux de femore eius: donec veniat q̄ mittendus ē: ⁊ ipe erit exspectatio gentiū. Ligans ad vineā pullū suū: ⁊ ad vitem o fili mi asinā suā. Lauabit in vino stolā suam: ⁊ in sangne vue palliū suū. Pulcriores sūt oculi eius vino: et dētes eius lacte cādidiores. Zabulon in litore maris habitabit: et in stacōe nauiū: ꝑtingens vsqȝ ad sydonē. Ysachar asinus fortis: accubās inter terminos. Vidit requiē q꞉ esset bona. ⁊ terrā q꞉ optima: et supposuit humerū suū ad portandū: factusqȝ ē tributis seruiēs. Dan iudicabit ꝑplm̄ suū: sicut et alia tribꝰ in isrl̄. Fiat dan coluber in via. cerastes in semita: mordēs vngulas equi: vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuum exspectabo dn̄e. Gad accinctus p̄liabitur ante eū: ⁊ ipe accingetur retrorsū. Aser pinguis panis eius: ⁊ p̄bebit delicias regibus.

Neptalim ceruus emissus: ⁊ dans eloquia pulcritudinis. Filius accrescens ioseph: filius accrescēs ⁊ decorus aspectu. Filie discurrerūt sup murū: s꞉ exasperauerūt eū. ⁊ iurgati sūt: inuideruntqȝ illi hn̄tes iacula. Sedit ī forti arcus eius: ⁊ dissoluta sūt vincula brachiorū ⁊ manuū illius. p manus potētis iacob. Inde pastor egressus ē: lapis isrl̄. Deus pr̄is tui erit adiutor tuus: ⁊ omnipotēs bñdicet tibi bñdictōibꝰ celi desup. bñdictōibꝰ abissi iacētis deorsū: bñdictōibꝰ vberū et vulue. Bñdictōes patris tui. ɔfortate sunt bñdictōibꝰ patrū eius: donec veniret desiderū colliū eternorū. Fiāt in capite ioseph et in vertice nazarei: inter fr̄es suos. Beniamin lupus rapax: mane comedet p̄dam: et vespe diuidet spolia. Om̄es hij in tribubꝰ israhel duodecim. Hec locutus ē eis pr̄ suus: bñdixitqȝ singulis bñdictōibꝰ ꝓprijs: ⁊ p̄cepit eis dicēs. Ego ɔgregor ad ꝓplm̄ meū. Sepelite me cū patribꝰ meis in spelūca duplici. q̄ est in agro ephron ethei. ɔtra mambre in terra chanaā: quā emit abraham cū agro. ab ephron etheo in possessionē sepulcri. Ibi sepelierūt eū: ⁊ sarā vxorē eius. Ibi sepultus est ysaac: cū rebecca ɔiuge sua. Ibi et lya ɔdita iacet. Finitisqȝ mandatis quibꝰ filios instruebat. collegit pedes suos sup lectulū ⁊ obijt: appositusqȝ ē ad ꝓplm̄ suū.

L

Quod cernēs ioseph. ruit sup faciem patris. flens ⁊ deosculās eū: p̄cepitqȝ seruis suis medicis: vt aromatibꝰ condiret patrem. Quibꝰ iussa explentibꝰ: transierūt q̄dragínta dies. Iste quippe mos erat cadauerū ɔditorū. Fleuitqȝ eū egiptus septuaginta diebꝰ. Et expleto planctus tp̄e: locutus ē ioseph ad familiā pharaonis. Si inueni grām in ɔspectu vestro. loquimini in auribꝰ pharaonis. eo q꞉ pater meus adiurauerit me. dicens. En morior: in sepulcro meo quod fodi michi in terra chanaan. sepelies me. Ascendā igit᷑ et sepeliam pr̄em meū: ac reuertar. Dixitqȝ ei pharao. Ascende ⁊ sepeli pr̄ē tuū: sicut adiuratus es. Quo ascendente. ierūt cū eo om̄es senes domus pharaonis. cūctiqȝ maiores natu terre egipti: domus ioseph cum fratribꝰ suis absqȝ paruulis. ⁊ gregibꝰ atqȝ armētis: q̄ dereliq̄rūt

in terra iessen. Habuit qꝫ ī comitatu currus et equites ⁊ facta est turba nō modica: venerūtqꝫ ad aream adad. q̄ sita est trās iordanē: vbi celebrātes exequias plāctu magno atqꝫ vehemēti. impleuerūt septē dies.

VII

Quod cū vidissent habitatores terre chanaan: dixerūt. Plāctus magnus est iste egiptijs. Et idcirco vocatū est nomē loci illius. plāctus egipti. Fecerūt ergo filij iacob sicut p̄ceperat eis: ⁊ portātes eum in terraꝫ chanaan. sepelierūt eum in speluca duplici: quā emerat abraham cum agro in possessionem sepulcri: ab ephron etheo. ꝯtra faciē mambre. Reuersusqꝫ ē ioseph in egiptū cū fratribꝫ suis ⁊ om̄i comitatu: sepulto patre. Quo mortuo: timētes frēs eius. et mutuo colloquētes. ne forte memor sit iniurie quā passus ē. ⁊ reddat nobis om̄e malū quod fecimus: mandauerūt ei. Pater tuus p̄cepit nobis anteq̄ₒ moreretur: vt hec tibi verbis illi⁹ dicerem⁹. Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuoꝝ: ⁊ peccati atqꝫ malicie quā exercuerūt in te. Nos qꝫ oramus: vt seruo dei patri tuo dimittas iniquitatē hanc.

VIII

Quibꝫ auditis fleuit ioseph: venerūtqꝫ ad eum frēs sui. ⁊ p̄ni adorantes in terrā dixerūt. Serui tui sumus. Quibꝫ ille respōdit Nolite timere. Num dei possumus resistē voluntati? Vos cogitastis de me malū. ꝫ deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me sicut in p̄ntiaꝝ cernitis: ⁊ saluos facēt multos p̄plos. Nolite timere. Ego pascaꝫ vos: et paruulos vestros. Cōsolatusqꝫ ē eos. et blande. et leniter ē locutus: ⁊ habitauit in egipto cum om̄i domo patris sui. Vixitqꝫ centum decē ān̄is. ⁊ vidit effraim filios vsqꝫ ad terciam generacōeꝫ. Filij qꝫ machir filij manasse. nati sūt in genibꝫ ioseph. Quibꝫ trāsactis: locutus ē fratribꝫ suis. Post mortem meā deus visitabit vos: ⁊ ascendē vos faciet de terra ista. ad terram quā iurauit abrahaꝫ. ysaac. et iacob. Cūqꝫ adiurassꝫ eos atqꝫ dixissꝫ. deus visitabit vos. asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est. expletis centū decē vite sue annis: ⁊ ꝯditus aromatibꝫ. repositus ē in loculo in egipto.

Explicit liber genes. Incip̄ ellesmoth que nos exodi dicimus. c. i.

P

Hec sūt nomina filioꝝ israhel: q̄ ingressi sunt in egiptū cum iacob. Singuli cū domibus suis introierūt. Ruben. simeon. leui. iudas. ysachar. zabulon. ⁊ beniamin: dan ⁊ neptalim: gad et aser. Erant igitur om̄es anime eoꝝ qui egressi sūt de femore iacob. septuaginta. Joseph aūt in egipto erat. Quo mortuo ⁊ vniuersis fribꝫ eius om̄iqꝫ ꝯgnacōne sua: filij israhel creuerūt. et quasi germinātes multiplicati sūt: ac roborati nimis impleuerūt terrā.

II

Surrexit interea rex nouus sup egiptū: q̄ ignorabat ioseph. Et ait ad p̄plm suū. Ecce p̄pl's filioꝝ israhel multus. ⁊ fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eū. ne forte multiplicetur: ⁊ si ingruerit ꝯtra nos bellū. addatur inimicis nostris: expugnatisqꝫ nobis. egrediatur de terra. Preposuit itaqꝫ eis mḡros operū vt affligerēt eos oneribꝫ. Edificauerūtqꝫ vrbes tabnaculoꝝ pharaoni. phiton et ramasses. Quātoqꝫ opprimebāt eos: tāto magis multiplicabant̄. ⁊ crescebāt. Oderātqꝫ filios isrl' egiptij. ⁊ affligebāt illudētes ⁊ inuidētes eis: atqꝫ ad amaritudīeꝫ pducebāt vitā eoꝝ operibꝫ duris luti ⁊ lateris: om̄iqꝫ famulatu quo in t̄re operibꝫ p̄mebātur.

III

Dixit aūt rex egipti obstetricibꝫ hebreoꝝ: quaꝝ vna vocabat̄ sephora. altera phua: p̄cipiens eis. Quando obstetricabitis hebreas. et partus tempus aduenerit: si masculus fuerit interficite eū: si femina reseruate. Timuerūt aūt obstetrices deū: ⁊ nō fecerūt iuxta p̄ceptū regis egipti: ꝫ ꝯseruabāt mares. Quibꝫ accersitis ad se rex ait. Quid nā est hoc quod facere voluistis: vt pueros seruaretis? Que rn̄derunt. Nō sūt hebree. sicut egiptie mulieres. Ipe enī obstetricandi habēt scientiam: ⁊ priusq̄ veniamus ad eas pariūt. Bene ergo fecit dn̄s obstetricibus: ⁊ creuit p̄pl's: ꝯfortatusqꝫ est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deuꝫ: edificauit eis domos. Precepit ergo pharao om̄i populo suo dicens. Quicquid masculini sex⁹ natum fuerit in flumen proicite: quicquid femini reseruate.

IIII

Egressus e post hec vir de domo levi et accepit uxorem stirpis sue: que concepit et peperit filium: et videns eum elegantem · abscondit tribus mensibus. Cumque iam celare non posset sumpsit fiscellam scirpeam · et linivit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum · et exposuit eum in carecto ripe fluminis: stante procul sorore eius et considerante eventum rei. Ecce autem descendebat filia pharaonis ut lavaret in flumine: et puelle eius gradiebantur per crepidinem alvei. Que cum vidisset fiscellam in papirione · misit unam e famulabus suis: et allatam aperiens cernensque in ea parvulum vagientem: miserta eius ait. De infantibus hebreorum est hic. Cui soror pueri: vis inquit ut vadam et vocem tibi mulierem hebream · que nutrire possit infantulum? Respondit. Vade. Perrexit puella: et vocavit matrem suam. Ad quam locuta filia pharaonis: accipe ait puerum istum · et nutri michi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier et nutrivit puerum: adultumque tradidit filie pharaonis. Quem illa adoptavit in locum filii: vocavitque nomen eius moyses. dicens: quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquam creverat moyses egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum: et virum egiptium percutientem quendam de hebreis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc atque illuc · et nullum adesse vidisset: percussum egiptium abscondit sabulo. Et egressus die altero · conspexit duos hebreos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximum tuum? Qui respondit. Quis constituit te principem et iudicem super nos? Num occidere me tu vis · sicut heri occidisti egiptium? Timuit moyses et ait. Quomodo palam factum est verbum istud? Audivitque pharao sermonem hunc: et querebat occidere moysen. Qui fugiens de conspectu eius · moratus est in terra madian: et sedit iuxta puteum.

VI

Erant autem sacerdoti madian septem filie · que venerant ad hauriendam aquam: et impletis canalibus · adaquare cupiebant greges patris sui. Supervenere pastores: et eiecerunt eas. Surrexitque moyses: et defensis puellis adaquavit oves earum. Que cum revertissent ad ietro patrem suum: dixit ad eas. Cur velocius venistis solito? Dixerunt. Vir egiptius liberavit nos de manu pastorum. Insuper et hausit aquam nobiscum: potumque dedit ovibus. At ille: ubi est inquit? Quare dimisistis hominem? vocate eum ut comedat panem.

VII

Iuravit ergo moyses quod habitaret cum eo. Accepitque sephoram filiam eius uxorem: que peperit ei filium: quem vocavit gersan · dicens. Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit: quem vocavit eliezer · dicens. Deus enim patris mei adiutor meus: et eripuit me de manu pharaonis.

Post multum vero temporis mortuus est rex egipti. Et ingemiscentes filii israhel propter opera vociferati sunt. Ascenditque clamor eorum ad deum ab operibus: et audivit gemitum eorum: ac recordatus est federis quod pepigit cum abraham · ysaac et iacob. Et respexit dominus filios israhel: et cognovit eos.

III

Moyses autem pascebat oves ietro soceri sui · sacerdotis madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti: venit ad montem dei oreb. Apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi: et videbat quod rubus arderet: et non combureretur. Dixit ergo moyses. Vadam et videbo visionem hanc magnam: quare non comburatur rubus. Cernens autem dominus quod pergeret ad videndum: vocavit eum de medio rubi · et ait. Moyses moyses. Qui respondit. Adsum. At ille: non appropies inquit huc. Solve calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas terra sancta est. Et ait. Ego sum deus patris tui: deus abraham · et deus ysaac · et deus iacob.

VIII

Abscondit moyses faciem suam. Non enim audebat aspicere contra deum. Cui ait dominus. Vidi afflictionem populi mei in egipto: et clamorem eius audivi: propter duritiam eorum qui presunt operibus. Et sciens dolorem eius descendi ut liberem eum de manibus egiptiorum: et educam de terra illa · in terram bonam et spaciosam · in terram que fluit lacte et melle: ad loca chananei · et ethei · et ammorrei · et pherezei · et evei · et iebusei. Clamor ergo filiorum israhel venit ad me: vidique afflictionem eorum · qua ab egiptiis opprimuntur. Sed veni et mittam te ad pharaonem: ut educas populum meum filios israhel · de egipto. Dixitque moyses ad deum. Quis sum ego · ut vadam ad pharaonem: et educam filios israhel de egipto? Qui dixit ei. Ego ero tecum: et hoc habebis signum quod miserim te. Cum eduxeris populum meum de egipto:

P

immolabis deo sup montē istū. Ait moyses
ad deū. Ecce ego vadā ad filios isrl: ⁊ dicā
eis. Deus patrū vestroꝝ misit me ad vos.
Si dixerit michi quod ē nomē eius: quid
eis? Dixit dn̄s ad moysen. Ego sum qui sū.
Ait. Sic dices filijs isrl. Qui ē: misit me ad
vos. Dixitqꝫ iterū deus ad moysen. hec di-
ces filijs israhel. Dominus deus pr̄m vr̄oꝝ.
deus abraham. ⁊ deus ysaac. et deus iacob.
misit me ad vos. Hoc nom̄ michi ē in eter-
nū: ⁊ hoc memoriale meū in gn̄acōe et ge-
neracōez. Vade ⁊ ꝯgrega seniores isrl: et
dices ad eos. Dominus deus patrū vr̄oruz
apparuit michi: deus abraham. et deus ysa-
ac. ⁊ deus iacob. dicens. Visitans visitaui
vos: ⁊ vidi omnia que acciderūt vobis in
egipto: ⁊ dixi vt educam vos de afflictōe
egipti. in terrā chananei. ⁊ ethei. et ammor-
rei. ⁊ pherezei. et euei. ⁊ iebusei. ad terrā flu-
entē lacte ⁊ melle: ⁊ audiēt vocem tuā. In-
gredierisqꝫ tu. ⁊ seniores isrl. ad regez egi-
pti: ⁊ dices ad eū. Dominus deus hebreoꝝ
vocauit nos. Ibimus viam triū dierū in so-
litudinē: vt immolemus dn̄o deo nr̄o. Si-

II

ego scio ꝙ non dimittet vos rex egipti vt
eatis: nˢⁱ p manū validā. Extendāqꝫ manū
meam ⁊ pcutiā egiptū in cūctis mirabilibꝰ
meis. que facturus sū in medio eoꝝ: post
hoc dimittet vos: daboqꝫ grām pplō huic
coram egiptijs. Et cū egrediemini. nō exibi-
tis vacui: ſꝫ postulabit mulier a vicina sua.
et ab hospita sua vasa argētea ⁊ aurea. ac
vestes. ponetisqꝫ eas sup filios ⁊ filias ve-
stras: ⁊ spoliabitis egiptum.

IIII

Respondēs moyses. ait. Non credent
michi: neqꝫ audiēt vocē meā: ſꝫ dicēt.
non apparuit tibi dn̄s. Dixit ergo ad eum.
Quid est quod tenes in manu tua? Rn̄dit.
Virga. Dixitqꝫ dn̄s. Proice eam in terraz.
Proiecit: ⁊ v̄sa est in colubrū: ita vt fugēt
moyses. Dixitqꝫ dn̄s. Extende manū tuā: ⁊
appͥhende caudā eius. Extendit. ⁊ tenuit:
v̄saqꝫ est in virgā. Vt credant inquit ꝙ
apparuerit tibi deus patrū tuoꝝ: deus abra-
haz. ⁊ deus ysaac. et deus iacob. Dixitqꝫ do-
minus rursū. Mitte manū tuā in sinū tuum.
Quam cū misissꝫ in sinū: ptulit leprosam ad-
instar niuis. Retrahe ait manū tuā in sinum
tuū. Retraxit. ⁊ ptulit iterum: ⁊ erat similis
carni relique. Si nō crediderint inquit tibi.
neqꝫ audierint ſmonē signi pͦoris: credēt
verbo signi sequētis. Quod si nec duobus

III

quidē hijs signis crediderint. neqꝫ audie-
rint vocē tuā: sume aquā fluminis ⁊ effunde-
eam sup aridaz: ⁊ quicqͩd hauseris de flu-
uio. v̄tetur in sanguinem. Ait moyses. Obse-
cro dn̄e non sum eloquēs ab heri ⁊ nudius-
tercius: ⁊ ex quo locutus es ad seruuz tuū:
impeditioris ⁊ tardioris lingue sū. Dixit do-
minus ad eū. Quis fecit os hominis? Aut qͥs
fabricatus ē mutū ⁊ surdū. videntē ⁊ cecū?
Nōne ego? Perge igitur ⁊ ego ero in ore
tuo: doceboqꝫ qͩd loquaris. At ille: obsecro
dn̄e inquit: mitte quez missurus es. Iratus
dn̄s in moysen ait. Aaron frater tuus leui-
tes. scio ꝙ eloquēs sit. Ecce ipe egredietur
in occursum tuū: vidensqꝫ te letabit̄ corde
Loq̄re ad eū. ⁊ pone v̄ba mea in ore eius:
et ego ero in ore tuo ⁊ in ore illiꝰ: ⁊ ostendā
vob̄ qͩd agē debeatis. Et ipse loquet̄ p te
ad populū. ⁊ erit os tuū: tu aūt eis eris in hijs
que ad deū ptinēt. Virgam qͦꝫ hanc sume
in maū tua: in qua facturus es signa. Abijt

IIII

moyses. ⁊ reuersus ē ad ietro socerū suum.
Dixitqꝫ ei. Vadaz ⁊ reūtar ad fratres meos
in egiptū: vt videā si adhuc viuāt. Cui ait
ietro. Vade ī pace. Dixit ergo dn̄s ad moy-
sen in madian. Vade ⁊ reūtere in egiptum.
Mortui enim sūt oēs qui querebant animā
tuā. Tulit ergo moyses vxorē suā ⁊ filios su-
os. ⁊ imposuit eos sup asinū: reūsusqꝫ est in
egiptū: portans virgā dei in maū sua. Dixit-
qꝫ ei dominus reūtenti in egiptū. Vide: vt
omnia ostēta que posui in maū tua facias
coram pharaōe. Ego indurabo cor eius: et
nō dimittet pplm. Dicesqꝫ ad eū. Hec dicit
dn̄s. Filius meus pͥmogenitus israhel. Dixi
tibi. Dimitte filiū meū vt ſuiat michi: ⁊ nolui-
sti dimittere eū. Ecce ego interficiā filiū tuū
pͥmogenitū. Cūqꝫ eēt in itinere in diūsorio.
occurrit ei dn̄s: ⁊ volebat occidere eū. Tulit
illico sephora acutissimā petrā: ⁊ circūcidit
pͥpucium filij sui. Tetigitqꝫ pedes eius. ⁊ ait.
Sponsus sanguinū tu michi es. Et dimisit
euz postꝙ̄ dixerat. sponsus sanguinū tu m̄
es: ob circūcisionez. Dixitqꝫ dn̄s ad aaron.

V

Vade in occursū moysi in desertū. Qui perrexit
obuiam ei in montē dei: et osculatus ē eum.
Narrauitq; moyses aaron omnia vba dñi.
pro quibꝫ miserat eū: et signa q̄ mandaue-
rat. Veneruntq; simul: et cōgregauerūt cun-
ctos seniores filiorū israhel. Locutusq; ē aa-
ron omnia verba que dixerat dominus ad
moysen: et fecit signa corā ppl'o: et credidit
populus. Audieruntq; q̄ visitasset dominꝰ
filios israhel. et q̄ respexisset afflictōnē illo-
rum: et proni adorauerunt. V

Post hec ingressi sūt moyses et aaron:
et dixerūt pharaoni. Hec dicit dñs deus is-
rahel. Dimitte ppl'm meū: vt sacrificet michi
in deserto. At ille rn̄dit. Quis est dominus.
vt audiam vocē eius: et dimittam israhel?
Nescio dominū: et israhel nō dimittā. Dixerūt-
q;. Deus hebreorū vocauit nos. vt eamus
viam triū dierū in solitudinē: et sacrificemꝰ
dño deo nostro: ne forte accidat nobis pe-
stis aut gladius. Ait ad eos rex egipti. Qua-
re moyses et aaron sollicitatis populū ab
operibꝫ suis? Ite ad onera vestra. Dixitq;
pharao. Multus est ppl's terre. Videtis
q̄ turba succreuerit: quantomagis si dede-
ritis eis requiē ab opibꝫ? Precepit ergo
in die illo pfectis operū: et exactoribꝫ ppl'i
dicēs. Nequaq̄ vltra dabitis paleas ppl'o
ad conficiendos lateres sicut prius. sed ipsi
vadant: et colligant stipulas: et mensuram
laterū quā prius faciebāt: imponetis super
eos: nec minuetis quicq̄. Vacant enim: et
idcirco vociferāt dicētes. Eamus et sacrifi-
cemus deo nostro. Opprimant operibꝫ. et
expleāt ea: vt nō acquiescāt vbis mēdaci-
bus. Igitur egressi pfecti operū et exactores
ad populū dixerūt. Sic dicit pharao. Nō
do vobis paleas. Ite et colligite sicubi inue-
nire poteritis: nec minuetur quicq̄ de ope-
re vestro. Dispersusq; est ppl's in omnē ter-
ram egipti: ad colligēdas paleas. Prefecti
quoq; operū instabant dicētes. Cōplete opus
vestrū quotidie: vt prius facere solebatis
quando dabantur vobis palee. Flagellati-
q; sunt qui preerant operibꝫ filiorū israhel: ab
exactoribꝫ pharaonis dicētibꝫ. Quare nō
implestis mensurā laterū sicut prius: nec heri
nec hodie? Veneruntq; ppositi filiorū israhel:
et vociferati sūt ad pharaonē dicētes. Cur
ita agis cōtra seruos tuos? Palee nō dantur
nobis: et lateres similiter imperantur. En fa-
muli tui flagellis cedimur: et iniuste agitur con-
tra ppl'm tuum. Qui ait. Vacatis ocio: et id-
circo dicitis. Eamus et sacrificemꝰ dño. Ite
ergo et operamini. Palee nō dabuntur vob:
et reddetis consuetū numerū laterū. Videbāt-
q; se ppositi filiorū israhel in malū: eo q̄ dice-
retur eis nō minuetur quicq̄ operis de lateribꝫ
p singulos dies. Occurreruntq; moysi et aa-
ron qui stabāt ex aduerso. egredientes a
pharaone: et dixerūt ad eos. Videat dñs et
iudicet: qm̄ fetere fecistis odorē nostrū co-
ram pharaone et seruis eius: et prebuistis ei
gladiū vt occideret nos. Reuersusq; ē moy-
ses ad dñm. et ait. Domine: cur afflixisti po-
pulū istum? Quare misisti me? Ex eo enī quo
īgressus sū ad pharaonē vt loquerer ex noīe
tuo. afflixit ppl'm tuū: et nō liberasti eos. VI

Dixitq; dñs ad moysen. Nūc videbis
que facturus sū pharaoni. Per manū
enim fortē dimittet eos: et in manu robusta
eiciet illos de terra sua. Locutusq; ē dñs ad
moysen dicēs. Ego dñs. qui apparui abra-
ham. ysaac. et iacob. in deo omīpotēte: et no-
mē meū adonay nō indicaui eis. Pepigiq;
fedus cū eis vt darē eis terrā chanaan: ter-
ram pegrinacōnis eorū. in qua fuerūt adue-
ne. Ego audiui gemitū filiorū israhel quo e-
gipti oppresserūt eos: et recordatus sū pacti
mei. Ideo dic filijs israhel. Ego dñs. qui edu-
cam vos de ergastulo egiptiorū. et eruā de
de seruitute. ac redimā in brachio excelso et
iudicijs magnis: et assumā vos michi in ppl'm:
et ero vester deus. Et scietis q̄ ego sū dñs
deus vester. qui eduxerim vos de ergastu-
lo egiptiorū: et induxerim vos in terrā. sup
quam leuaui manū meā. vt darē eam abra-
ham. ysaac. et iacob: daboq; illā possidēdā
vobis. ego dominus. Narrauit ergo moy-
ses omnia filijs israhel: qui nō acquieuerūt ei:
propter angustiā spūs. et opus durissimū. Lo-
cutusq; est dñs ad moysen dicēs. Ingredē-
re et loquere ad pharaonē regē egipti: ut di-
mittat filios israhel de terra sua. Rn̄dit moy-
ses corā domino. Ecce filij israhel nō audiūt
me. Et quomō audiet pharao. psertim cum

VI

IIII

VII

P

incircūcisus sim labijs. Locutusq̄ ē dn̄s ad
moysen ⁊ aaron: et dedit mandatū ad filios
israhel et ad pharaonē regē egipti: vt edu-
cerent filios israhel de terra egipti. Isti sūt
principes domoꝝ ꝑ familias suas. Filij ru-
ben p̄mogeniti isrl̄is: enoch ⁊ phallu. esrom
et charmi. Hee ꝯgnacōes ruben. Filij sime-
on: iamuel. ⁊ iamin. ⁊ sami. ⁊ aod. ⁊ iachim.
et soer. ⁊ saul filius chananitidis. Hee pro-
genies simeon. Et hec nomina filioꝝ leui. ꝑ
ꝯgnacōes suas: gerson. et caath. ⁊ merari.
Anni autē vite leui fuerūt centūtriginta se-
ptem. Filij gerson: lobni ⁊ semei ꝑ ꝯgnacō-
nes suas. Filij caath: amrā ⁊ ysuar et hebrō
et oziel. Anni q̄ꝫ vite caath centumtriginta-
tres. Filij merari: mooli ⁊ musi. Hee cogna-
cōes leui. ꝑ familias suas. Accepit autem
amram vxorē iochabeth patruelē suā: que
peperit ei aaron. ⁊ moysen et mariā. Fuerūt-
q̄ꝫ āni vite amram centūtrigintaseptē. Filij
q̄ꝫ ysuar: chore et napheg. ⁊ zechri. Filij q̄ꝫ
oziel: misael et elisaphan ⁊ sechri. Accepit
aūt aaron vxorē. elizabeth filiā aminadab.
sororē naason: q̄ peperit ei nadab. ⁊ abiu. ⁊
eleazar. ⁊ ythamar. Filij q̄ꝫ chore: aser. et hel-
chana ⁊ abiasab. Hee sūt ꝯgnacōes chori-
tarū. At vero eleazar filius aaron accepit

II

vxorē de filiabꝰ phutiel: que ꝑpit ei phi-
nees. Hij sūt principes familiaꝝ leuiticaꝝ
ꝑ ꝯgnacōes suas. Iste est aaron ⁊ moyses
quibꝰ p̄cepit dn̄s vt educerēt filios israhel.
de terra egipti ꝑ turmas suas. Hij sunt qui
locunt̄ ad pharaonē regē egipti: vt edu-
cant filios israhel de egipto. Iste ē moyses
et aaron: in die q̄ locutus est dn̄s ad moy-
sen in t̄ra egipti. Et locutus ē dn̄s ad moy-
sen dicēs. Ego dn̄s. Loquere ad pharao-
nem regem egipti. oīa que loquor tibi. Et
ait moyses corā dn̄o. En incircūcisus labijs
sum. Quō audiet me pharao?

VII

Dixitq̄ꝫ dn̄s ad moysen. Ecce cōstitui
te deū pharaonis: ⁊ aaron frater tu-
us erit ꝓpheta tuus. Tu loqueris ei oīa
que mando tibi: ⁊ ille loquet̄ ad pharao-
nem: vt dimittat filios israhel de terra sua.
Sed ego indurabo cor eius: ⁊ multiplica-
bo signa ⁊ ostēta mea in terra egipti: et nō
audiet vos. Immittāq̄ꝫ manū meam super
egiptū: ⁊ educā exercitū meū. et ꝓplm meū
filios isrl̄ de terra egipti: ꝑ iudicia maxima.
Et scient egiptij. q̄ꝛ ego sū dominus. q̄ extē-
derim manū meā. sup egiptū: ⁊ ꝑduxerim
filios isrl̄ de medio eoꝝ. Fecit itaq̄ꝫ moyses
et aaron: sicut p̄cepat dn̄s. ita egerūt. Erat
autē moyses octoginta ānoꝝ. ⁊ aaron o-
ctogintatriū: quando locuti sūt ad pharao-
nē. Dixitq̄ꝫ dn̄s ad moysen ⁊ aaron. Cum
dixerit vobis pharao. ostēdite signa: dices
ad aaron. Tolle virgā tuā. et ꝓice eā corā
pharaonē: ac vertatur in colubrū. Ingressi
itaq̄ꝫ moyses ⁊ aaron ad pharaonē: fecerūt
sicut p̄cepat dn̄s. Tulitq̄ꝫ aaron virgā corā
pharaone ⁊ seruis eius: que vsa est in colu-
brū. Vocauit aūt pharao sapiētes ⁊ male-
ficos: ⁊ fecerūt etiam ipi ꝑ incantacōes egi-
ptiacas et archana quedā similiter. Proie-
cerūtq̄ꝫ singuli virgas suas: que vse sūt in
dracones. Sed deuorauit virga aaron. vir-
gas eoꝝ. Induratūq̄ꝫ est cor pharaonis:
et non audiuit eos sicut p̄cepat dn̄s. Dixit
aūt dominus ad moysen. Ingrauatū est cor
pharaōis: ⁊ nō vult dimittere ꝓplm. Vade
ad eū mane. Ecce egredietur ad aquas. Et
stabis in occursū eius sup ripam fluminis: et
virgam que ꝯuersa est in draconē. tolles
in manu tua: dicesq̄ꝫ ad eū. Dominus deus
hebreoꝝ misit me ad te dicēs. Dimitte po-
pulū meū vt sacrificet michi in deserto: ⁊ vsq̄ꝫ
ad p̄ns. audire me noluisti. Hec igit̄ dicit
dn̄s. In hoc scies q̄ꝛ sim dominus. Ecce ꝑcu-
tiā virga que in manu mea est aquā flumi-
nis: ⁊ vertetur in sanguinē. Pisces q̄ꝫ q̄ sūt
in fluuio morient̄: ⁊ ꝯputrescent aque: et af-
fligent̄ egiptij. bibētes aquā fluminis. Dixit
q̄ꝫ dn̄s ad moysen. Dic ad aaron. Tolle vir-
gā tuā. et extēde manū tuā sup aquas egi-
pti. ⁊ sup fluuios eoꝝ. et riuos ⁊ paludes.
et oēs lacus aquaꝝ. ut vertāt̄ in sangui-
nem: et sit cruor in oī terra egipti tam in li-
gneis vasis q̄ꝛ in saxeis. Fecerūtq̄ꝫ moyses
et aaron: sicut p̄ceperat dominus. Et eleuās
virgam. ꝑcussit aquā fluminis corā phara-
one ⁊ seruis eius: que vsa est in sanguinē:
et pisces qui erāt in flumine. mortui sūt. Cō-
putruitq̄ꝫ fluuius: ⁊ non poterāt egiptij bi-
bere aquā fluminis: et fuit sanguis in tota

t̄ra egipti. Fecer̄tqȝ siliter malefici egiptioꝝ incantacōnibꝫ suis. Et induratū ē cor pharaonis: nec audiuit eos sicut p̄ceperat dn̄s. Auertitqȝ se ⁊ ingressus est domū suā: nec apposuit cor etiā hac vice. Foder̄t aūt omnes egiptij p circuitū fluminis aquā vt biberēt. Non enim poterant bibere aquā fluminis. Impletiqȝ sūt septē dies. postꝙ̄ pcussit dn̄s fluuiū.

VIII

Dixit quoqȝ dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonē: ⁊ dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Dimitte populū meū: vt sacrificet michi. Si autē nolueris dimittere. ecce ego pcutiā omnes termīos tuos ranis. ⁊ ebulliet fluuius ranas: que ascendent ⁊ ingredientur domū tuam ⁊ cubiculū lectuli tui ⁊ super stratum tuū. ⁊ in domos seruoꝝ tuoꝝ. et in populū tuū. ⁊ in furnos tuos. ⁊ in reliquias ciboꝝ tuoꝝ: et ad te et ad pplm tuū ⁊ ad omēs s̄uos tuos intrabūt rane. Dixitqȝ dn̄s ad moysen. Dic ad aaron. Extende manū tuā sup fluuios et super riuos ⁊ paludes: et educ ranas sup terrā egipti. Et extēdit aaron manū super aq̄s egipti ⁊ ascenderūt rane: operuer̄tqȝ terrā egipti. Fecerūt aūt ⁊ malefici p incantacōes suas silr: eduxerūtqȝ ranas sup t̄raȝ egipti. Uocauit aūt pharao moysen et aarō: ⁊ dixit eis. Orate dn̄m vt auferat ranas a me ⁊ a pplo meo: ⁊ dimittā pplm vt sacrificet dn̄o. Dixitqȝ moyses ad pharaonē. Cōstitue m̄ qn̄ dep̄cer p te. et p s̄uis tuis. et p pplo tuo: vt abigāt̄ rane a te. ⁊ a domo tua et a s̄uis tuis. et a pplo tuo: ⁊ tantū in flumine remaneāt. Qui r̄ndit. Cras. At ille iux̄ inquit v̄bum tuū faciā. vt scias quoniam nō est sicut dn̄s deus noster: ⁊ recedēt rane a te: et a domo tua. ⁊ a seruis tuis. et a pplo tuo: et tantū in flumine remanebūt. Egressiqȝ sunt moyses ⁊ aaron a pharaone: et clamauit moyses ad dominū p sp̄ōsione ranarū: quā ɔdixerat pharaoni. Fecitqȝ dominꝰ iux̄ v̄buȝ moysi: ⁊ mortue sūt rane de domibus. et de villis ⁊ de agris. Cōgregauer̄tqȝ eas in immensos aggeres: et ɔputruit t̄ra. Uidens autē pharao ꝙ data esȝ requies. ingrauauit cor suū: et nō audiuit eos sic p̄ceperat dn̄s. Dixitqȝ dn̄s ad moysen. Loquere ad aaron. Extēde virgā tuā ⁊ pcute puluerem terre: et sint scinifes in vniuersa terra egipti. Feceruntqȝ ita. Et extēdit aaron manū. virgam tenēs. pcussitqȝ puluerē terre: et facti sunt scinifes in hominibꝫ ⁊ in iumētis. Omnis puluis terre versus ē in scinifes. per totā terrā egipti. Fecerūtqȝ siliter malefici incantationibꝫ suis. ut educerēt scinifes: ⁊ nō potuerūt. Erātqȝ scinifes tam in hominibus ꝙ̄ in iumētis. Et dixerunt malefici ad pharaonē. Digitus dei est hic. Induratū ē cor pharaonis: et nō audiuit eos: sic preceperat dn̄s. Dixit quoqȝ dn̄s ad moysen. Cōsurge diluculo: et sta coram pharaone. Egredietur enim ad aquas. Et dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Dimitte pplm meū: ut sacrificet m̄. Quod si nō dimiseris eū: ecce ego mittā in te. ⁊ in seruos tuos. et in pplm tuū. et in domos tuas. omē genus muscaꝝ: et implebūtur omēs domus egiptioꝝ. muscis diuersi generis ⁊ vniuersa terra in qua fuerit. Faciamqȝ mirabilē in die illa terraȝ iessen. in q̄ pplus meus est vt nō sint ibi musce: ⁊ scias quoniā ego dn̄s in medio terre: ponamqȝ diuisionē inter pplm meū ⁊ pplm tuū. Cras erit signum istud. Fecitqȝ dn̄s ita. Et venit musca g̃uissima in domos pharaonis ⁊ seruoꝝ eius. et in omnē terrā egipti: corruptaqȝ est terra ab huiuscemōi muscis. Uocauitqȝ pharao moysen ⁊ aarō: ⁊ ait eis. Ite: ⁊ sacrificate deo v̄ro in t̄ra hac. Et ait moyses. Nō potest ita fieri. Abomīationes enī egiptioꝝ immolabimus dn̄o deo n̄ro. Qd̄ si mactauerimus ea que colūt egiptij corā eis: lapidibꝫ nos obruēt. Uiam triū dieꝝ pgemus in solitudīeȝ: et sacrificabimus domino deo nostro sicut p̄cepit nobis. Dixitqȝ pharao. Ego dimittam vos. vt sacrificetis dn̄o deo v̄ro in deserto: verūtamē lōgius ne abeatis. Rogate pro me. Et ait moyses. Egressus a te orabo dn̄m: ⁊ recedet musca a pharaone: et a s̄uis suis. ⁊ a pplo eius cras. Uerūtamē noli vltra fallē: vt nō dimittas pplm sacrificarē domino. Egressusqȝ moyses a pharaone. orauit dn̄m. Qui fecit iux̄ v̄bū illius: et abstulit muscas a pharaone. et a s̄uis suis. et a pplo eius. Nō supfuit nec vna quidē. Et ingrauatū ē cor pharaonis: ita vt nec hac quidē vice dimitteret pplm.

IX

P

Dixit autē dn̄s ad moysen. Ingredere
ad pharaonē: et loquē ad eum. Hec
dicit dn̄s deus hebreoꝝ. Dimitte p̄plm meū:
ut sacrificet michi. Quod si adhuc renuis
et retines eos: ecce manus mea erit super a=
gros. et super equos ⁊ asinos ⁊ camelos. et
oues ⁊ boues: pestis valde grauis. Et faci=
et dn̄s mirabile inter possessioes israhel ⁊
possessioēs egiptioꝝ: ut nl̄ omino pereat
ex hijs que ptinēt ad filios israhel. Consti=
tuitqꝫ dn̄s tempus dicēs. Cras faciet dn̄s
v̄buꝫ istud in terra. Fecit ergo dn̄s verbū
hoc altera die: ⁊ mortua sūt oīa animātia
egiptioꝝ. De animalibꝫ vero filioꝝ israhel
nichil oino perijt. Et misit pharao ad vidē=
dū: nec erat quicq̄ mortuū de hijs q̄ possi=
debat isrl'. Ingrauatūqꝫ est cor pharaonis:
et non dimisit populū. Et dixit dn̄s ad mo=
ysen ⁊ aaron. Tollite plenas manus cineris
de camino: et spergat illū moyses in celum
coram pharaone: sitqꝫ puluis sup omēꝫ ter=
ram egipti. Erūt enim in hominibꝫ. et iumē=
tis vlcera et vesice turgētes: in vniūsa terra
egipti. Tuleruntqꝫ cinerē de camino. ⁊ steterūt
coram pharaōe: ⁊ sparsit illū moyses in ce=
lū. Factaqꝫ sūt vlcera vesicaꝝ turgentiū in
hominibꝫ et iumētis: nec poterant malefici
stare corā moyse ꝓpter vulnera que in illis
erāt: ⁊ in oīni terra egipti. Indurauitqꝫ dn̄s

II

cor pharaonis: ⁊ non audiuit eos sicut lo=
cutus est dn̄s ad moysen. Dixitqꝫ dn̄s ad
moysen. Mane ꝯsurge. et sta corā pharao=
ne: ⁊ dices ad eum. Hec dicit dn̄s deus he=
breoꝝ. Dimitte poplm meū. ut sacrificet m̄:
q, in hac vice mittā oēs plagas meas sup
cor tuū. ⁊ sup s̄uos tuos. et sup populū tuū:
vt scias q, nō sit similis mei in oīni t̄ra. Nūc
enim extendēs manū. pcutiā te ⁊ p̄plm tuuꝫ
peste: pibitisqꝫ de terra. Idcirco autē posui
te vt ostendā in te fortitudinē meā: ⁊ narre=
tur nomē meū in oīni terra. Adhuc retines
populū meū: ⁊ nō vis eū dimittere? En plu=
am cras hac ipa hora grandinē multam ni=
mis: qualis nō fuit in egipto a die qua fun=
data est vsqꝫ in p̄sens tēpus. Mitte ergo
iam nūc: ⁊ ꝯgrega iumēta tua. et oīa que
habes in agro. Homines enim ⁊ iumenta.
et vniūsa que inuēta fuerit foris. nec cōgre=
gata de agris: cecideritqꝫ sup ea grando:
morient'. Qui timuit verbū dn̄i de s̄uis pha=
raonis. fecit ꝯfugere seruos suos ⁊ iumenta
in domos: qui autēꝫ neglexit sermonē dn̄i:
dimisit s̄uos suos ⁊ iumēta in agris. Et dixit
dn̄s ad moysen. Extēde manū tuā in celum.
vt fiat grando in vniuersa terra egipti: sup
homines ⁊ sup iumēta. et sup omēꝫ herbam

III

agri. in terra egipti. Extēditqꝫ moyses vir=
gam in celū: et dn̄s dedit tonitrua ⁊ grandi=
nem ac discurrētia fulgura sup terrā. Pluit=
qꝫ dn̄s grandinē sup terrā egipti: ⁊ grādo
⁊ ignis. mixta pariter ferebāt'. Tanteqꝫ fuit
magnitudinis: quāta ante nunq̄ apparuit
in vniūsa terra egipti ex quo gens illa cōdi=
ta est. Et pcussit grādo in oīni terra egipti
cūcta que fuerūt in agris: ab hoīe vsqꝫ ad
iumentū. Cunctāqꝫ herbā agri pcussit grā=
do: et oīne lignū regionis ꝯfregit. Tantuꝫ
in terra iessen vbi erāt filij isrl'. grando non
cecidit. Misitqꝫ pharao. ⁊ vocauit moysen
et aaron: dicēs ad eos. Peccaui etiā nunc.
Dominus iustus: et ego ⁊ p̄pl's meus impij.
Orate dn̄m. vt desināt tonitrua dei. ⁊ grādo:
vt dimittā vos. ⁊ nequaq̄ hic vltra manea=
tis. Ait moyses. Cū egressus fuero de vrbe.
extendā palmas meas ad dn̄m: ⁊ cessabūt
tonitrua. et grādo non erit: vt scias q, dn̄i ē
terra. Noui aūt: q, et tu ⁊ s̄ui tui necdū time=
atis dn̄m deū. Linū ergo ⁊ ordeū lesum ē: eo
q, ordeū esset virēs. et linū iā folliculos ger=
minaret. Triticū autē ⁊ far non sūt lesa: q,
serotina erāt. Egressusqꝫ moyses a phrao=
ne ex vrbe. tetēdit manus ad dominū: ⁊ ces=
sauerūt tonitrua ⁊ grando: nec vltra stilla=

IIII

uit pluuia sup terrā. Vidēs aūt pharao q,
cessasset pluuia ⁊ grando et tonitrua auxit
peccatū: ⁊ ingrauatū est cor eius nimis: nec
dimisit isrl'. sicut p̄cepat dn̄s p manū moysi.

X

ET dixit dn̄s ad moysen. Ingre=
dere ad pharaonē. Ego enī induraui
cor eius. et seruoꝝ illius vt faciā signa mea
hec in eo: ⁊ narres in aurib' filij tui ⁊ nepotū
tuoꝝ. quotiēs ꝯtriuerim egiptios ⁊ signa
fecerim in eis: ⁊ sciatis q, ego dn̄s. Introie=
rūt ergo moyses ⁊ aaron ad pharaonē: et
dixerut ei. Hec dicit dn̄s deus hebreorum.
Vsquequo non vis subici michi? Dimitte

populū meū: vt sacrificet michi. Sin autez
resistis. et nō vis dimittē eū: ecce ego indu-
cā cras locustā in fines tuos. q̄ operiet sup̄fi-
ciem terre. ne quicq̄ eius appareat: ſꝫ come-
datur quod residuū fuerit grandini. Corro-
det enim oīa ligna q̄ germināt in agris: et
implebūt domos tuas. ⁊ suoꝝ tuoꝝ. ⁊ oīm
egiptioꝝ: quantā non viderūt p̄res tui et
aui. ex quo orti sūt sup̄ terrā. vsqꝫ in p̄sentē
diē. Auertitqꝫ se: ⁊ egressus est a pharao-
ne. Dixerūt autem serui pharaonis ad eum.
Vsquequo patiemꝰ hoc scādalū? Dimitte
hoīes. ut sacrificēt dn̄o deo suo. Nōne vides
q̄ perierit egiptus? Reuocaueritqꝫ moysen
et aaron ad pharaonē. Qui dixit eis. Ite:
sacrificate dn̄o deo vr̄o. Qui nam sūt q̄ ituri
sūt? Ait moyses. Cum paruulis nr̄is ⁊ senio-
ribus p̄gemus: cū filiis et filiabꝰ. cū ouibus
et armētis. Est enim solēnitas domini dei
nostri. Et rn̄dit pharao. Sic dn̄s sit vobi-
scuꝫ. Quomō ego dimittā vos ⁊ paruulos
vr̄os: cui dubiū est q̄d pessime cogitetis?
Non fiat ita: ſꝫ ite tantū viri ⁊ sacrificate do-
mino. Hoc enim et ipsi petistis. Statimqꝫ
eiecti sūt de ꝯspectu pharaonis. Dixit autez
dn̄s ad moysen. Extēde manū tuā sup̄ ter-
ram egipti ad locustā. vt descendat super
terrā: ⁊ deuoret om̄ez herbā que residua fu-
erit grandini. Et extēdit moyses virgā sup̄
terrā egipti: ⁊ dominus induxit ventū vrē-
tē tota illa die ⁊ nocte. Et mane facto: vē-
tus vrens leuauit locustas. Qui ascenderūt
sup̄ vniūsam terrā egipti: et sederūt in cun-
ctis finibꝰ egiptioꝝ innumerabiles: quales
ante illud tēpus non fuerant nec postea fu-
ture sūt. Operuerūtqꝫ vniūsam sup̄ficiē ter-
re vastantes om̄ia. Deuorata ē igitꝰ herba
terre: et quicq̄d pomoꝝ in arboribꝰ fuit q̄
grando dimiserat. Nichil q̄ꝫ oīno virēs re-
lictū ē in lignis. ⁊ in herbis terre: in cūcta
egipto. Quamobrē festinus pharao voca-
uit moysen ⁊ aaron: et dixit eis. Peccaui in
dominū deū vestrū. et in vos. Sed nunc di-
mittite peccatū michi. etiā hac vice: ⁊ roga-
te dominū deū vestrū: vt auferat a me mor-
tem istā. Egressusqꝫ ē moyses de conspectu
pharaōis: ⁊ orauit dominū. Qui flare fecit
vētū ab occidēte vehemētissimū: et arreptā
locustam p̄iecit in mare rubrū. Non remā-
sit ne vna quidē: in cūctis finibꝰ egipti. Et in-
durauit dn̄s cor pharaōis: nec dimisit filios
israhel. Dixit aūt dn̄s ad moysen. Extende
manū tuā in celū: ⁊ sint tenebre sup̄ terraꝫ e-
gipti: tam dense vt palpari queāt. Extēdit-
qꝫ moyses manū in celū: ⁊ facte sūt tenebre
horribiles in vniūsa terra egipti. Tribꝰ die-
bus nemo vidit fratrē suū: nec mouit se de
loco in quo erat. Vbicūqꝫ autē habitabāt
filii isrl̄. lux erāt. Vocauitqꝫ pharao moysē
et aaron: ⁊ dixit eis. Ite sacrificate domīo.
Oues tantū vestre et armenta remaneāt:
paruuli vestri eāt vobiscū. Ait moyses. Ho-
stias q̄ꝫ ⁊ olocausta dabis nobis: q̄ offera-
mus dn̄o deo nr̄o. Cuncti greges p̄gēt no-
biscū. Non remanebit ex eis vngula q̄ ne-
cessaria sūt in cultum dn̄i dei nostri: p̄sertim
cū ignoremus quid debeat immolari: donec
ad ip̄m locū p̄ueniamus. Indurauit autem
dn̄s cor pharaonis: ⁊ noluit dimittere eos.
Dixitqꝫ pharao ad moysen. Recede a me: ⁊
caue ne vltra videas faciē meā. Quocūꝫ die
apparueris michi morieris. Rn̄dit moyses. Ita
fiat vt locutus es. Nō videbo vltra faciē tuā.

XI

ET dixit dn̄s ad moysen. Adhuc
vna plaga tangā pharaōꝫ ⁊ egiptū:
⁊ post hec dimittet vos. et exiē ꝯpellet. Dices
ergo om̄i plebi: ut postulꝫ vir ab amico suo
et mulier a vicina sua vasa argētea ⁊ aurea ⁊
vestez. Dabit autez dn̄s gratiā p̄plō suo co-
ram egiptiis. Fuitqꝫ moyses vir magnus
valde in terra egipti. corā seruis pharaonis
et om̄i p̄plō. Et ait. Hec dicit dn̄s. Media
nocte ingrediar in egiptū: ⁊ morietur om̄e
p̄mogenitū ī terra egiptioꝝ. a p̄mogenito
pharaonis q̄ sedet in solio eius. vsqꝫ ad p̄-
mogenitū ancille q̄ est ad molā: ⁊ om̄ia pri-
mogenita iumētoꝝ. Eritqꝫ clamor magnꝰ
in vniūsa terra egipti: qualis nec ante fuit:
nec postea futurus ē. Apud om̄es autē fili-
os israhel nō mutiet canis. ab homine vsqꝫ
ad pecus: vt sciatis q̄nto miraculo diuidat
dominus egiptios. ⁊ israhel. Descendentqꝫ
om̄es serui tui isti ad me: ⁊ adorabunt me
dicētes. Egredere tu: et om̄is p̄plus qui sub-
iectus ē tibi. Post hec egrediemꝰ. Et exiuit
a pharaōe. iratus nimis. Dixit aūt dn̄s ad

moyſen. Non audiet vos pharao: vt mlta
ſigna fiant in terra egipti. Moyſes autem
et aaron fecerũt oĩa ſigna ⁊ oſtenta que
ſcripta ſũt· corã pharaone: et indurauit dñs
cor pharaonis: nec dimiſit filios iſrahel de
terra ſua.

XII

Dixit q; dñs ad moyſen et aaron· in terra egipti. Menſis i-
ſte vobis principiũ menſiũ: primus erit in
menſib; ãni. Loq̃mini ad vniũſuz cetũ filio-
rũ iſrl': et dicite eis. Decima die menſis hui⁹·
tollat vnuſquiſq; agnũ· ꝑ famlias ⁊ domos
ſuas. Sin autẽ minor eſt numerus· vt ſuffi-
cere poſſit ad veſcendũ agnũ: aſſumet vici-
nũ ſuũ qui coniunctus eſt domui eius: iux̃ nu-
merũ animarũ q̃ ſufficere poſſint ad eſum
agni. Erit autez agnus abſq; macula: ma
ſculus ãniculus. Iuxta quẽ ritũ tolletis et
hedũ: et ſeruabitis eũ vſq; ad quartãdecimã
diem menſis huius. Immolabitq; euz vni
uerſa multitudo filiorũ iſrahel ad veſperaz:
et ſument de ſanguine eius· ac ponẽt ſuper
vtrũq; poſtem: ⁊ in ſupliminarib; domorũ
in quib; comedẽt illũ. Et edent carnes no
cte illa aſſas igni: ⁊ azimos panes cũ lactu-
cis agreſtib;. Non comedetis ex eo crudũ
q̃d nec coctũ aqua: ſ; aſſum tantũ igni. Ca
put cum pedib; eius ⁊ inteſtinis vorabitis:
nec remanebit quicq̃ ex eo vſq; mane. Si
q̃d reſiduũ fuerit· igne cõburetis. Sic autez
comedetis illũ. Renes veſtros accingetis: ⁊
calciamẽta habebitis in pedib;· tenẽtes ba
culos ĩ manib;: et comedetis feſtinãtes. Eſt
enim phaſe: id eſt trãſitus dñi. Et tranſibo
ꝑ terram egipti nocte illa: ꝑcutiamq; oĩne
p̃mogenitũ in terra egipti· ab homine vſq;
ad pecus: et in cũctis dijs egipti· faciã iudi
cia ego dñs. Erit aũt ſanguis vobis in ſignũ
in edib; ĩ quib; eritis: et videbo ſanguinez
ac tranſibo vos: nec erit in vobis plaga di-
ſperdens· quando ꝑcuſſero terram egipti.
Habebitis aũt hũc diem in monimentũ:
et celebrabitis eam ſolemnẽ dño in gñati-
onib; veſtris· cultu ſempiterno. Septẽ di-
ebus azima comedetis. In die primo nõ erit
fermentũ in domib; veſtris. Quicũq; com-
ederit fermentũ· ꝑibit anima illa de iſrahel: a
p̃mo die vſq; ad diem ſeptimũ. Dies p̃ma
erit ſcã ac ſolemnis: ⁊ dies ſeptima· eadez
feſtiuitate venerabilis. Nichil opis facietis
in eis· exceptis hijs q̃ ad veſcendũ ꝑtinent:
et obſeruabitis azima. In eadẽ enim ipa die
educam exercitum veſtrũ de terra egipti: et
cuſtodietis diem iſtũ in gñationes vr̃as· ri-
tu ꝑpetuo. Primo menſe quartadecima die
menſis ad veſperũ· comedetis azima: vſq;
ad diem viceſimãprimã eiuſdem mẽſis ad
veſperã. Septẽ dieb; fermentatũ non inue-
nietur in domib; vr̃is. Qui comederit fermẽta-
tum· ꝑibit anima eius de cetu iſrahel: tam de
aduenis q̃ȝ de indigenis terre. Oĩne fermẽ-
tatũ nõ comedetis. In cunctis habitaculis
vr̃is edetis azima. Vocauit autez moyſes
oẽs ſeniores filiorũ iſrl': ⁊ dixit ad eos. Ite
tollẽtes animal ꝑ familias vr̃as: ⁊ immola-
te phaſe. Faſciculũq; yſopi tingite in ſanguĩ-
ne qui ẽ in limine: ⁊ aſꝑgite ex eo ſuplimina-
re et vtrũq; poſtem. Nullus vr̃m egrediatur
oſtiũ domus ſue· vſq; mane. Tranſibit eñi
dñs ꝑcutiẽs egiptios. Cũz viderit ſanguinez
in ſupliminari ⁊ in vtroq; poſte trãſcendet
oſtiũ domus: ⁊ non ſinet ꝑcuſſorẽ ingredi
domos vr̃as· ⁊ ledere. Cuſtodi vbũ iſtud:
legittimũ tibi ⁊ filijs tuis vſq; ĩ eternũ. Cũz
introieritis terraz quã dñs deus daturus ẽ
vob;· ut pollicitus ẽ: obſeruabitis cerimonias
iſtas. Et cũ dixerint vob; filij vr̃i· que ẽ iſta
religio: dicetis eis. Victima tranſitus dñi
ẽ: quãdo tranſiuit ſup domos filiorũ iſrahel ĩ
egipto: ꝑcutiẽs egiptios· ⁊ domos noſtras
liberãs. Incuruatuſq; ꝑplus adorauit. Et e-
greſſi filij iſrl': fecerũt ſicut p̃ceꝑat dominus
moyſi· ⁊ aaron. Factũz eſt aũt in noctis me-
dio· ꝑcuſſit dñs oĩne primogenitũ in terra
egipti: a p̃mogenito pharaonis q̃ in ſolio e-
ius ſedebat: vſq; ad p̃mogenitũ captiue· q̃
erat ĩ carcere: ⁊ oĩne p̃mogenitũ iumẽtorũ.
Surrexitq; pharao nocte ⁊ oĩes ſerui eius·
cũctaq; egiptus: ⁊ ortus eſt clamor magn⁹
in egipto. Neq; enim erat domus in qua nõ
iaceret mortuus. Vocatiſq; pharao moyſe
et aaron nocte· ait. Surgite: egredimini a
populo meo vos ⁊ filij iſrahel. Ite et immo-
late dño· ſicut dicitis. Oues vr̃as ⁊ armẽta
aſſumite vt petieratis: ⁊ abeũtes bñdicite
michi. Vrgebãtq; egiptij ꝑplm de terra ex-
ire velociter· dicẽtes. Oĩes moriemur. Tulit

P

II

III

igitur populus ꝯspersam farinā anteq̄ fer=
mentaretᷣ: et ligans in palleis posuit super
humeros suos. Feceruntq̄ filii israhel sicut
p̄ceperat dn̄s moysi: et pecierūt ab egiptiis
vasa argentea et aurea vestemq̄ plurimā.
Dn̄s aūt dedit gratiā ꝑplo coram egiptiis.
vt comodarēt eis: et spoliauerūt egiptios.
Profectiq̄ sunt filii israhel de ramasse in so=
chot sexcēta fere milia peditū viroꝝ: absq̄
paruulis et mulierib᷒. Sed et vulgus ꝑmis=
scuū innumerabile ascendit cū eis: oues et
armenta. et animātia diuersi generis mul=
ta nimis. Coxeruntq̄ farinā quā dudū de
egipto ꝯspersam tulerāt: et fecerūt subcineri=
cios panes azimos. neq̄ enim poterat fer=
mentari. cogētib᷒ exire egiptiis. et nullam
facere sinētib᷒ moraz: nec pulmenti quicq̄
occurrerat ꝑparare. Habitatio aūt filioꝝ is=
rahel qua manserūt in egipto. fuit quadri=
gentorū triginta annoꝝ. Quib᷒ expletis:
eadem die egressus est omīs exercitus do=
mini de terra egipti. Nox ista obseruabilis
dn̄i: quādo eduxit eos de terra egipti. Hāc
obseruare debēt omnes filii israhel in gene=
rationib᷒ suis. Dixitq̄ dn̄s ad moysen et aa=
ron. Hec est religio phase. Omīs alienige=
na nō comedet ex eo. Omnis aūt seruus em=
pticius circūcidetᷣ: et sic comedet. Aduena
et mercēnarius nō edent ex eo. In vna do=
mo comedetᷣ: nec efferetis de carnibus eius
foras: nec os illius ꝯfringetis. Omīs cetus
filioꝝ isrl̄. faciet illud. Qd̄ si quis peregri=
noꝝ in vestram voluerit transire colōniā et fa=
cere phase dn̄i: circūcidetur prius om̄e ma=
sculinū eius. et tunc rite celebrabit: eritq̄ sic
indigena terre. Si quis aūt circūcisus nō
fuerit: nō vescetur ex eo. Eadē lex erit indi=
gene: et colono qui pegrinatur apud vos.
Feceruntq̄ omnes filii israhel. sicut p̄ceperat
dn̄s moysi et aaron: et eadē die eduxit dn̄s
filios isrl̄ de t̄ra egipti p turmas suas.

XIII

Locutusq̄ est dn̄s ad moysen dicens.
Sanctifica m̄ om̄e p̄mogenitū qd̄ a=
perit vuluam in filiis isrl̄: tā de hominib᷒ q̄
de iumētis. Mea sūt enim om̄ia. Et ait mo=
yses ad populū. Memētote diei huius. in
qua egressi estis de egipto et de domo seruitu=
tis: quoniā in manū forti eduxit vos dn̄s de
loco isto: ut nō ꝯmedatis fermentatū panē.
Hodie egredimini mense nouaꝝ frugum.
Cūq̄ introduxerit te dn̄s in terrā chananei.
et ethei. et amorrei. et euei. et iebusei. quā iu=
rauit p̄rib᷒ tuis. vt daret tibi terrā fluentē
lacte et melle: celebrabitis hūc morē sacro=
rū mense isto. Septē dieb᷒ vesceris azimis:
et in die septimo erit solēnitas dn̄i. Azima
ꝯmedetis septē dieb᷒. Nō apparebit apud
te aliquid fermentatū. nec in cūctis finibus
tuis. Narrabisq̄ filio tuo in die illo dicens.
Hoc ē qd̄ fecit michi dn̄s quādo egressus
sū de egipto. Et erit quasi signū in manū tua.
et quasi monimentū ante oculos tuos: et ut
lex domini sp̄ sit in ore tuo. In manū eni forti
eduxit te dn̄s de egipto: vt custodias hu=
iuscemodi cultū statuto tp̄e. a dieb᷒ in dies.
Cūz introduxerit te dn̄s de terrā chananei.
sicut iurauit tibi et p̄rib᷒ tuis. et dederit tibi
eā: separabis om̄e quod apit vuluā domino:
et quod p̄mitiuū ē in pecorib᷒ tuis. Quicqd
habueris masculini sexus. cōsecrabis dn̄o.
Primogenitū asini mutabis oue: qd̄ si non
redemeris. interficies. Om̄e autē p̄mogeni=
tū hominis de filiis tuis. p̄cio redimes. Cūz
introgauerit te filius tuus cras. dicēs. qd
ē hoc: r̄n̄debis ei. In manu forti eduxit nos
dn̄s de terra egipti: de domo seruitutis. Nam
cū induratus esset pharao. et nollet nos di=
mittere occidit dn̄s om̄e p̄mogenitū in t̄ra
egipti: a primogenito hominis. vsq̄ ad p̄=
mogenitū iumētoꝝ. Idcirco immolo dn̄o
om̄e quod apit vuluā masculini sexus: et o=
mnia p̄mogenita filioꝝ meoꝝ r̄dimo. Erit
igitur quasi signū in manu tua. et quasi appē=
sū quid ob recordacōez ante oculos tuos:
eo q in manū forti eduxit vos dn̄s de egipto.
Igitur cū emisisset pharao populū. nō eos
duxit dn̄s p viā terre philistiim. q̄ vicina ē:
reputans ne forte peniteret eū. si vidisset ad=
uersū se bella cōsurgē. et reuerteretᷣ in egiptū:
sed circumduxit p viā deserti: que est iuxta
mare rubrū. Et armati ascenderūt filii isra=
hel de terra egipti. Tulitq̄ moyses ossa io=
seph secū: eo q adiurasset filios israhel. dicēs.
Visitabit vos deus: efferte ossa mea hic vo=
biscum. Profectiq̄ de sochot. castrametati
sūt in ethan: in extremis finib᷒ solitudinis.

viii

Dñs aũt p̄cedebat eos· ad ostendendam
viã· p diem in colũna nubis: ⁊ p noctem in
colũna ignis: ut dux esset itineris vtroq; tp̄e.
Nunq̃ defuit colũna nubis p diem: nec co=
lũna ignis p noctē· corã populo. XIIII

Locutus ē aũt dñs ad moysen· dicēs.
Loquē filiis isrl'. Reuersi castrametētur
e regione phiairoth: q̃ est inter magdalũ
et mare· ɔtra beelsephon. In ɔspectu eius ca=
stra ponetis sup mare. Dicturusq; est pha=
rao· sup filiis israhel. Coartati sũt in t̃ra: con=
clusit eos desertum. Et indurabo cor eius· ac
psequetur vos: ⁊ glorificabor in pharaōe·
et in omni exercitu eius: scientq; egiptii· q2
ego sũ dñs. Feceruntq; ita. Et nũciatũ est re=
gi egiptiorum: q2 fugisset pplus. Immutatũq;
est cor pharaonis· ⁊ seruorum eius sup pplm:
et dixerũt. Quid voluimus facē: ut dimit=
teremus israhel ne seruiret nobis? Iunxit er=
go currũ: ⁊ oĩem populũ suũ assumpsit se=
cũ. Tulitq; sexcētos currus electos· ⁊ quic=
quid in egipto curruũ fuit: ⁊ duces tocius
exercitus. Indurauitq; dñs cor pharaōis
regis egipti: ⁊ psecutus est filios israhel. At
illi egressi erant in manũ excelsa. Cũq; pseq=
rentur egiptii vestigia p̄cedentiũ: reperũt
eos in castris sup mare. Omis equitatus ⁊
currus pharaonis · et vniuersus exercitus·
erãt in phiairoth cõtra beelsephon. Cũ ap=
propinquasset pharao· leuãtes filii israhel
oculos· viderũt egiptios post se: ⁊ timue=
rũt valde. Clamaueruntq; ad dñm: ⁊ dixerũt
ad moysen. Forsitan nõ erant sepulcra in e=
gipto: ideo tulisti nos vt moreremur in so=
litudine. Quid hoc facere voluisti: ut edu=
ceres nos ex egipto? Nõne iste ē s̃mo quē
loquebamur ad te in egipto· dicētes: r̃cede
a nobis· vt seruiamus egiptiis? Multo eñi
melius est seruire eis: q̃ mori in solitudine.
Et ait moyses ad pplm· Nolite timē. Sta=
te et videte magnalia dñi: que facturus ē
hodie. Egiptios enim quos nũc videtis· ne=
quaq̃ vltra videbitis: usq; in sempiternum.
Dñs pugnabit p vobis: et vos tacebitis.
Dixitq; dñs ad moysen. Quid clamas ad
me? Loquere filiis israhel: ut pficiscãt'. Tu
aũt eleua virgam tuã ⁊ extende manũ tuã
sup mare· et diuide illud: ut gradiantur filii

israhel in medio mari p siccũ. Ego aũt indu=
rabo cor egiptiorum ut psequantur vos: ⁊ glo=
rificabor in pharaone· ⁊ in oĩ exercitu eius:
et in curribus et in equitibus illius. Et scient e=
giptii q2 ego sum dñs: cũ glorificatus fuero
in pharaone: et in curribus atq; in equitibus
eius. Tollensq; se angelus domini q̃ p̄cede=
bat castra israhel· abiit post eos: ⁊ cũ eo pa=
riter colũna nubis p̄ora dimittēs: post ter=
gum stetit· inter castra egiptiorum ⁊ castra is=
rahel. Et erat nubes tenebrosa· et illuminãs
noctē: ita vt ad se inuicē toto noctis tēpoē
accedere non valerẽt. Cũq; extendisset moy=
ses manũ sup mare· abstulit illud dñs· flan=
te vento vehementi et vrenti tota nocte: et
vertit in siccũ. Diuisaq; ē aqua: ⁊ ingressi sũt
filii israhel p mediũ sicci maris. Erat enim aq̃
quasi murus· a dextra eorum ⁊ leua. Persequē=
tesq; egiptii ingressi sũt post eos: ⁊ omnis
equitatus pharaōis· currus eius ⁊ equites
p mediũ maris. Iamq; aduenerat vigilia
matutina: et ecce respiciēs dominus sup ca=
stra egiptiorum p columnã ignis ⁊ nubis: intẽ=
fecit exercitũ eorum· ⁊ subuertit rotas curruũ·
ferebanturq; in pfundũ. Dixeruntq; egiptii.
Fugiamus israhelem: q2 dñs pugnat p eis
ɔtra nos. Et ait dñs ad moysen. Extende
manũ tuã sup mare: ut reuertãtur aque ad
egiptios· sup currus ⁊ equites eorum. Cũq;
extendisset moyses manũ ɔtra mare: reuersũ
est primo diluculo ad p̄orem locũ. Fugien=
tibusq; egiptiis occurrerũt aque: ⁊ inuoluit
eos dñs in mediis fluctibus. Reuerseq; sunt
aq̃: ⁊ operuerũt currus ⁊ eq̃tes cũcti exerci=
tus pharaōis· qui sequẽtes ingressi fuerãt
mare: nec vnus quidē supfuit ex eis. Filii au=
tem israhel· p̃rexerũt p mediũ sicci maris: et
aque eis erãt quasi p muro· a dextris ⁊ a si=
nistris. Liberauitq; dñs in die illo israhel de
manũ egiptiorum: et viderũt egiptios mortuos
sup litus maris: ⁊ manũ magnam quã exer=
cuerat dñs ɔtra eos. Timuitq; pplus dñm:
et crediderũt dño· ⁊ moysi seruo eius. XV

Tunc cecinit moyses ⁊ filii israhel· car=
men hoc dño: ⁊ dixerũt. Cãtemus do=
mino. Gloriose enim magnificatus ē: equũ
et ascensorē deiecit in mare. Fortitudo mea
et laus mea dñs: ⁊ factus ē michi in salutē.

Iste deus meus ⁊ glorificabo eū: deus prīs mei: et exaltabo eū. Dñs quasi vir pugnator · omnipotēs nomē eius: currus pharaonis · et exercitū eius ꝓiecit in mare. Electi principes eius submersi sūt in mari rubro: abissi operuerūt eos: descēderūt in ꝓfundū quasi lapis. Dextera tua dñe magnificata est in fortitudine: dextera tua dñe ꝑcussit inimicū: et in multitudinē glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuā · q̄ deuorauit eos sicut stipulā: et in spiritu furoris tui ꝯgregate sūt aque. Stetit vnda fluens: ꝯgregati sunt abissi in medio mari. Dixit inimicus. Persequar ⁊ ꝯphendā: diuidam spolia: implebit̃ anima mea. Euaginabo gladiū meū: interficiet eos manus mea. Flauit spiritus tuus · ⁊ operuit eos mare: submersi sunt quasi plūbū in aquis vehementib;. Quis similis tui in fortib; dñe? Quis similis tui magnificus in sanctitate: terribilis atq; laudabilis · et faciēs mirabilia? Extēdisti manū tuā: ⁊ deuorauit eos t̃ra. Dux fuisti i misericordia tua: ꝑplo quē redemisti. Et portasti eū in fortitudine tua: ad habitaculū sanctū tuū. Ascenderūt ꝑpli ⁊ irati sūt: dolores obtinuerunt h̃itatores philistijm. Tunc cōturbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores chanaan. Irruat sup eos formido ⁊ pauor: in magtudine brachij tui. Fiant immobiles quasi lapis · donec ꝑtranseat populus tuus domīe: donec pertranseat populus tuus iste quē possedisti. Introduces eos · et plātabis in mōte hēditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es dñe. Sanctuariū tuū dñe: qd̾ firmauer̃t manus tue. Dñs regnabit ineternum ⁊ vltra. Ingressus est eni eques pharao cū currib; ⁊ equitibus eius in mare: ⁊ reduxit sup eos dñs aquas maris. Filij autem israhel ambulauerunt ꝑ siccū: in medio eius. Sumpsit ergo maria ꝓphetissa · soror aaron · timpanū in manu sua: egresseq; sūt omnes mulieres post eā cū timpanis ⁊ choris: quib; ꝑcinebat dicēs. Cātemus domino. Gloriose enim magn̄ficatus est: equū ⁊ ascensorē eius deiecit in mare. Tulit autē moyses israhel de mare rubro: et egressi sūt in desertū sur. Ambulaueruntq; trib; dieb; ꝑ solitudinē: et nō inueniebāt aquā. Et venerunt in marath: nec poterāt bibere aquas de marath · eo ꝙ essent amare. Vnde ⁊ congruū loco nomē imposuit: vocans illū marath id est amaritudinē. Et murmurauit populus ꝯtra moysen dicēs. Quid bibemus? At ille clamauit ad dñm. Qui ostendit ei lignū: quod cū misisset in aquas · in dulcedinē verse sūt. Ibi ꝯstituit ei p̄cepta atq; iudicia et ibi temptauit eū dicēs. Si audieris vocem dñi dei tui · et quod rectū est corā eo feceris · et obedieris mandatis eius · custodierisq; oīa p̄cepta illius: cunctū languorē quē posui in egipto nō inducā sup te. Ego enim dominus sanator tuus. Venerūt autē in helim filij israhel: ubi erant duodecim fontes aquaꝝ et septuaginta palme: ⁊ castrametati sunt iuxta aquas.

XVI

Profectiq; de helim venit oīs multitudo filioꝝ israhel i desertū syn · qd̾ est inter helim ⁊ sinai: quintadecima die mensis sc̄di postꝙ̃ egressi sunt de terra egipti. Et murmurauit oīs ꝯgregacō filioꝝ israhel · ꝯtra moysen ⁊ aaron · in solitudine. Dixeruntq; filij israhel ad eos. Vtinā mortui essemus ꝑ manū domini in terra egipti: quādo sedebamus sup ollas carniū · et ꝯmedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in desertū istud: ut occideretis omēz multitudinē fame? Dixit aūt dñs ad moysen. Ecce ego pluam vobis panes de celo. Egrediat̃ populus ⁊ colligat q̄ sufficiūt ꝑ singulos dies: vt temptē eū · vtrum ambulet in lege mea · an nō. Die aūt sexto parent qd̾ inferāt: ⁊ sic duplū ꝙ̃ colligere solebant per singulos dies. Dixeruntq; moyses ⁊ aaron ad omnes filios israhel. Vespe scietis ꝙ dñs eduxeit vos de terra egipti: ⁊ mane videbitis gl̄iā domini. Audiui enim murmur vr̃m ꝯtra dominū. Nos vero q̄d sumus: ꝙ mussitastis ꝯtra nos? Et ait moyses. Dabit vobis dñs vespe carnes edere · ⁊ mane panes in saturitate: eo ꝙ audierit murmuracōes vestras quib; murmurati estis ꝯtra eū. Nos enim q̄d sumus? Nec ꝯtra nos ē murmur vr̃m: sed contra dñm. Dixit q; moyses ad aaron. Dic vniūse ꝯgregacōi filioꝝ isrl̄. Accedite

VIII

coram dño. Audiuit enim murmur vestrū. Cūq; loqueretur aaron ad om̄em cetū filiorū israhel: respexerūt ad solitudinē. Et ecce gloria domini apparuit in nube. Locutus ē autē dñs ad moysen dicēs. Audiui murmuracōnes filiorum israhel. Loquere ad eos. Vespere comedetis carnes: et mane saturabimini panibus: scietisq; q᷑ ego sim dñs deus vester. Factum est ergo vespe et ascendēs coturnix cooperuit castra: mane quoq; ros iacuit per circuitū castrorum. Cūq; operuisset superficiem terre: apparuit in solitudine minutum et quasi pilo tusū in similitudinē pruine sup terrā. Quod cū vidissent filij israhel: dixerūt ad inuicē. Manhu? Quod significat. Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait moyses. Iste ē panis quē dñs dedit vobis ad vescendū. Hic ē sermo quē p̄cepit vobis dñs. Colligat vnusquisq; ex eo quātum sufficit ad vescendū: gomor per singula capita. Iuxta numerū animarum vrarum que habitant in tabernaculo: sic tolletis. Feceruntq; ita filij israhel: et collegerūt alius plus alius minus: et mensi sūt ad mensurā gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterāt congregauerūt. Dixitq; moyses ad eos. Nullus relinquat ex eo in mane. Qui nō audierūt eum: sed dimiserūt quidam ex eis usq; mane: et scatere cepit vermibus atq; computruit. Et iratus est contra eos moyses. Colligebāt aūt mane singuli: quantū sufficere poterat ad vescēdū. Cūq; incaluisset sol: liquefiebat. In die aūt sexta collegerūt cibos duplices: id est duo gomor per singulos homies. Venerūt aūt om̄es principes multitudinis et narrauerūt moysi. Qui ait eis. Hoc est qd locutus ē dñs. Requies sabbati sanctificata est domino. Cras quodcūq; operandū est facite: et que coquenda sūt coquite. Quicquid aūt reliquū fuerit reponite usq; in mane. Feceruntq; ita ut p̄ceperat moyses et nō computruit: neq; vermis inuentus ē in eo. Dixitq; moyses. Comedite illud hodie: quia sabbatum ē domino: nō inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autē septimo sabbatū est domino: idcirco nō inuenietur.

P

Venitq; septima dies: et egressi de populo vt colligerent nō inuenerūt. Dixit aūt dñs ad moysen. Vsquequo non vultis custodire mandata mea: et legē meā? Videte q᷑ dominus dederit vobis sabbatum: et propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisq; apud semetipm: et nullus egrediatur de loco suo die septimo: et sabbatizabit populus die septimo. Appellauitq; domus isrl̄ nomē eius man. Quod erat quasi semē coriandri albū: gustusq; eius quasi simile cū melle. Dixit autē moyses. Iste est sermo quem p̄cepit dñs. Imple gomor ex eo et custodiatur in futuras retro generationes: ut nouerint panē quo alui vos in solitudine: quando educti estis de terra egipti. Dixitq; moyses ad aaron. Sume vas vnū: et mitte ibi man quantū potest capere gomor et repone coram dño ad seruandū in generationes vrās: sicut p̄ceperat dominus moysi. Posuitq; illud aaron in tabernaculo reseruandū. Filij aūt israhel comederūt man quadraginta ānis: donec venirēt in terrā habitabilem. Hoc cibo aliti sūt vsq;quo tāgerēt fines terre chanaan. Gomor aūt decima pars est ephi.

II

XVII

Igitur profecta om̄is multitudo filiorum israhel de deserto syn per mansiones suas iuxta sermonē domini: castrametati sunt in raphidim: vbi nō erat aqua ad bibendū populo. Qui iurgatus contra moysen ait. Da nobis aquā ut bibamus. Quibus rn̄dit moyses. Quid iurgamini contra me? Cur temptatis dn̄m? Sitiuit ergo ibi populus pro aque penuria: et murmurauit contra moysen dicēs. Cur fecisti nos exire de egipto: ut occideres nos et liberos nostros ac iumenta siti? Clamauit aūt moyses ad dn̄m dicēs. Quid faciā populo huic? Adhuc paululū: et lapidabit me. Et ait dñs ad moysen. Antecede populum: et sume tecū de senioribus isrl̄: et virgam qua percussisti fluuiū tolle in manu tua et vade. En ego stabo ibi corā te supra petrā oreb: percutiesq; petrā: et exibit ex ea aqua vt bibat populus. Fecit ita moyses coram senioribus israhel. Et vocauit nomen loci illius temptacō propter iurgiū filiorum israhel: et quia temptauerūt dn̄m dicentes. Est ne deus in nobis an nō? Venit aūt amalech: et pugnabat contra filios israhel

III

in raphidim. Dixitq; moyses ad iosue. Elige viros: et egressus pugna ꝯtra amelech cras. Ego stabo in v̄tice collis: h̄ns virgā dei in manū mea. Fecit iosue ut locutus erat moyses: et pugnauit cōtra amalech. Moyses aūt ⁊ aaron et hur. ascenderūt sup verticem collis. Cūq; leuaret moyses manus. vincebat israhel. Sin aūt paululū r̄misissꝫ: supabat amalech. Manus aūt moysi erant graues. Sumentes igitur lapidē posuer̄t subter eū. in quo sedit: aaron aūt ⁊ hur. sustentabāt manus eius ex vtraq; parte. Et factū ē ut manus illius nō lassarent̄: usq; ad occasū solis. Fugauitq; iosue amalech et p̄plm eius. in ore gladij. Dixit aūt domin⁹ ad moysen. Scribe hoc ob monimentū in libro: ⁊ trade aurib⁹ iosue. Delebo enim memoriā amalech sub celo. Edificauitq; moyses altare: et vocauit nomē eius. d̄ns exaltacō mea. dicēs. Quia manus solius d̄ni. et bellum dei erit ꝯtra amalech: a gn̄atione in

XVIII

Cumq; audissꝫ ie- gn̄acōz. thro sacd̄os madian. ꝯgnatus moysi. om̄ia que fecerat d̄ns moysi. et israhel populo suo. et ꝙ eduxisset d̄ns israhel de egipto: tulit sephoram vxorē moysi quā remiserat. et duos filios eius: quoꝝ vnus vocabatur gersan. dicente patre. aduena fui in terra aliena: alter vero eliezer. deus enī ait p̄ris mei. adiutor meus: ⁊ eruit me de gladio pharaonis. Venit ergo iethro ꝯgnatus moysi. et filij eius. et vxor eius. ad moysen in desertū. vbi erat castrametatus iuxta montē dei: ⁊ mandauit moysi dicēs. Ego iethro ꝯgnatus tuus. venio ad te: ⁊ vxor tua. et duo filij tui cū ea. Qui egressus in occursū ꝯgnati sui adorauit: ⁊ osculatus ē eū. Salutauerūtq; se mutuo v̄bis pacificis. Cūq; intrassꝫ tabernaclm: narrauit moyses ꝯgnato suo cūcta que fecerat d̄ns pharaoni et egiptijs ꝓpter israhel: vniuersūq; laborem qui accidisset eis in itinere: et ꝙ liberauerat eos d̄ns. Letatusq; ē iethro sup om̄ib⁹ bonis. que fecerat d̄ns israheli: eo ꝙ eruissꝫ eum de manū egiptioꝝ. Et ait. Benedict⁹ d̄ns qui liberauit vos de manū egiptioꝝ. et de manū pharaōis: q̄ eruit p̄plm suū de manū egipti. Nūc ꝯgnoui ꝙ magnus dominus sup om̄es deos: eo ꝙ superbe egerint cōtra eos. Obtulit ergo iethro cognatus moysi. olocausta ⁊ hostias d̄no: venerūtq; aaron. et om̄es seniores filioꝝ israhel: ut ꝯmederēt panem cū eo coram d̄no. Altera aūt die sedit moyses ut iudicaret p̄plm: q̄ assistebat moysi a mane usq; ad vesperā. Quod cū vidisset ꝯgnatus eius. om̄ia scꝫ que agebat ī p̄plo. ait. Quid est quod facis ī plebe? Cur solus sedes: ⁊ om̄is p̄plus p̄stolatur de manē usq; ad vesperā? Cui r̄ndit moyses. Venit ad me p̄plus: q̄rens sententiā dei. Cūq; acciderit eis aliq̄ disceptatio veniūt ad me ut iudicē inter eos: ⁊ ostendā p̄cepta dei ⁊ leges eius. At ille: nō bonā inquit rem facis. Stulto labore ꝯsumeris: et tu ⁊ p̄plus iste q̄ tecū est. Vltra vires tuas est negotiū. Solus illud nō poteris sustinē: sꝫ audi verba mea atq; ꝯsilia: ⁊ erit d̄ns tecū. Esto tu p̄plo in hijs q̄ ad deū ꝑtinēt ut referas que dicūtur ad eū: ostendasq; p̄plo cerimonias. et ritum cōlēdi. viamq; ꝑ quā ingredi debeāt: et opus q̄d facere. Prouide aūt de om̄i plebe viros sapiētes ⁊ timentes deū in quibus sit veritas. ⁊ qui oderint auariciā: et ꝯstitue ex eis tribunos ⁊ centuriones. et quīq̄ge- narios. et decanos: qui iudicēt p̄plm omni tp̄e. Quicq̄d aūt maius fuerit referāt ad te: et ipi minora tantūmō iudicent: leuiusq; sit tibi. partito in alios onere. Si hoc feceris. implebis imperiū d̄ni: et p̄cepta eius poteris sustentare: ⁊ omnis hic p̄plus reuertet̄ ad loca sua cū pace. Quib⁹ auditis. moyses: fecit omnia q̄ ille suggesserat. Et electis viris strennuis de cūcto israhel cōstituit eos principes populi. tribunos. et centuriones. et quinquagenarios ⁊ decanos: qui iudicarent plebē d̄ni omni tēpore. Quicq̄d autē grauius erat referebant ad eū: faciliora tātūmō iudicātes. Dimisitq; cognatū suum: qui reuersus abijt in terram suam.

XIX

Mense tercio egressionis israhel de t̄ra egipti: in die hac venerūt in solitudinem synai. Nā profecti de raphidim ⁊ puenientes usq; in desertū synai. castrametati sūt in eodē loco: ibiq; israhel fixit tētoria e regione mōtis. Moyses aūt ascendit in montē ad deū. Vocauitq; eū d̄ns de monte et ait.

+ peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra : et vos eritis mihi in regnum

viii

Hec dices domui iacob: et annūciabis filijs israhel. Vos ipi vidistis q̄ fecerim egiptijs: quō portauerim vos sup alas aquilaꝝ: et assumpserī michi. Si ergo audieritis vocem meā: et custodieritis pactum meū: eritis michi in regnuz sacdotale: ⁊ gens scā. Hec sūt verba q̄ loqueris ad filios israhel. Venit moyses: ⁊ vocatis maiorib᷒ natu populi. exposuit omēs smones quos mādauerat dn̄s. Respōditq; omīs pplus simul. Cūcta que locutus est dn̄s. faciemus. Cūz retulisset moyses verba ppli ad dominū: ait ei dn̄s. Jam nūc veniā ad te in caligine nubis: ut audiat me pplus loquentē ad te: ⁊ credat tibi in ppetuū. Nūciauit ergo moyses verba ppli ad dominū. Qui dixit ei. Vade ad pplm. et sanctifica illos hodie ⁊ cras. lauentq; vestimēta sua: et sint parati in diē terciū. In die enim tercio descendet domin᷒ corā omni plebe. sup montez synai. Constituesq; terminos pplo p circuitū: ⁊ dices ad eos. Cauete ne ascendatis in montez: nec tangatis fines illius. Omīs q̄ tetigerit mōtem morte morietᷣ. Manus non tangent eum: ꝫ lapidib᷒ opprimetᷣ: aut ꝯfodietur iaculis. Siue iumentū fueit siue homo. non viuet. Cum ceperit clangere bucina: tunc ascendāt in montē. Descenditq; moyses de monte ad pplm: ⁊ sanctificauit eū. Cūq; lauissent vestimenta sua: ait ad eos. Estote parati in diem terciū: ⁊ ne appropinquetis vxorib᷒ vr̄is. Iamq; aduenerat tercius dies. et mane inclaruerat: ⁊ ecce ceperūt audiri tonitrua. ac micare vulgura: ⁊ nubes densissima opire mōtez. Clangorq; bucine vehemētius pstrepebat: ⁊ timuit populus q̄ erat in castris. Cūz eduxissꝫ eos moyses in occursū dei de loco castrorū: steterūt ad radices montis. Totus aūt mons synai fumigabat: eo q͏ descendisset dn̄s sup eum in igne: ⁊ ascēderet fumus ex eo q̄i de fornace. Eratq; omīs mons terribilis: ⁊ sonitus bucine paulatim crescebat in maius: ⁊ prolixius tendebatᷣ. Moyses loquebatᷣ: ⁊ dn̄s respondebat ei. Descenditq; dominus sup montē synai in ipo mōtis vtice: et vocauit moysen in cacumē eius. Quo cū ascendissꝫ: dixit ad eū. Descēde ⁊ ꝯtestare populū: ne forte velit transcendere tminos ad videndū dn̄m: ⁊ pereat ex eis plima multitudo. Sacerdotes q̄q; qui accedūt ad dn̄m sanctificētur: ne pcutiat eos. Dixitq; moyses ad dn̄m. Nō poterit vulgus ascendere in montē synai. Tu enim testificatus es: ⁊ iussisti dicēs. Pone terminos circa montē: ⁊ sanctifica illū. Cui ait dn̄s. Vade descēde: ascendesq; tu et aaron tecū. Sacdotes aūt ⁊ pplus nō transeant terminos: nec ascendāt ad dominū: ne forte interficiat illos. Descēditq; moyses ad pplm: ⁊ oīa narrauit eis.

XX

Locutusq; ē dn̄s cūctos smones hos. Ego sum dn̄s deus tuus. q̄ eduxi te de terra egipti: de domo suitutis. Nō habebis deos alienos corā me. Non facies tibi sculptile: neq; omēz similitudinē q̄ est in celo desuper. et que in terra deorsū: nec eorū que sunt in aquis sub tra. Nō adorabis ea neq; coles. Ego sum dn̄s deus tuus fortis zelotes: visitās iniquitatē patrū in filijs: in terciā ⁊ q̄rtam gnationē eoꝝ q̄ oderūt me: ⁊ faciens miscdiam in milia hijs qui diligūt me. et custodiunt pcepta mea. Nō assumes nomen domini dei tui in vanū. Nō enim habebit insontē dn̄s eū: q̄ assumpseit nomē domini dei sui frustra. Memēto ut diē sabbati sanctifices. Sex dieb᷒ operaberis: ⁊ facies omnia opera tua. Septimo aūt die sabbatū domini dei tui ē. Nō facies omē opus in eo: tu ⁊ filius tuus ⁊ filia tua. suus tuus ⁊ ācilla tua: iumentū tuū ⁊ aduena: q̄ est intra pōtas tuas. Sex enī dieb᷒ fecit deus celū ⁊ terrā et maē et omīa q̄ in eis sunt: ⁊ requieuit in die septimo. Idcirco bn̄dixit dn̄s diei sabbati: ⁊ sci‑ficauit eum. Honora prēm tuū ⁊ mrēm tuā: vt sis lōgeuus sup terrā quā dominus de᷒ tuus dabit tibi. Nō occides. Nō mechaberis. Nō furtū facies. Nō loqueris ꝯtra pximuz tuū falsū testimoniū. Nō ꝯcupisces domum pximi tui. Nec desiderabis vxorez eius: nō seruū nō ancillā nō bouem nō asinū: nec oīa que illius sūt. Cunctus aūt pplus videbat voces ⁊ lampades. et sonitū bucine. montēq; fumantē: ⁊ pterriti ac pauore cōcussi steterūt pcul: dicētes moysi. Loquere tu nob: et audiemus. Nō loquatur nobis dn̄s: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū.

Nolite timere. Ut enim ꝓbaret vos venit deus: et ut terror illius esset in vobis: ⁊ nō peccaretis. Stetitq; ꝑplus de lōge: moyses autem accessit ad caliginē in qua erat deus. Dixitq; ꝑterea dn̄s ad moysen. Hec dices filijs israhel. Vos vidistis q de celo locut⁹ sim vobis. Nō facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de t̄ra facietis michi: ⁊ offeretis sup eo olocausta et pacifica vr̄a. oues vr̄as ⁊ boues: in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniā ad te: et benedicā tibi. Q𝔡 si altare lapideum feceris michi: nō edificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum sup eo. polluet᷑. Nō ascendes p gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudo tua.

Hec sūt iudicia q̄ ꝓpones eis. **XXI** Si emeris seruū hebreū. sex ānis seruiet tibi: in septimo egrediet᷑ liber gratis. Cū quali veste intrauerit: cū tali exeat. Si habēs vxorē: et vxor egredietur simul. Si min autē dn̄s dederit illi vxorē. ⁊ peperit filios et filias: mulier ⁊ liberi eius erūt domini sui: ipse vero exibit cū vestitu suo. Q𝔡 si dixerit seruus. diligo dn̄m meū et vxorem ac liberos. nō egrediar liber: offeret eum dn̄s dijs. et applicabit᷑ ad ostium ⁊ postes: pforabitq; aurē eius subula. et erit ei seruus in seculū. Si quis vendiderit filiam suā in famulā: nō egrediet᷑ sicut ācille exire cōsueuerunt. Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit: dimittet eā: ꝑplo autem alieno vendendi nō habebit ptātem. si spreuerit eam. Si aūt filio suo desponderit eā: iuxta morē filiarum faciet illi. Q𝔡 si alterā ei acceperit. ꝓuidebit puelle nuptias et vestimēta: ⁊ precium pudicicie nō negabit. Si tria ista nō fecerit: egredietur gratis absq; pecunia. Qui pcusserit hoīem volens occidere: morte moriat᷑. Qui aūt nō est insidiatus. sed deus illū tradidit in manus eius: cōstituā tibi locū in quo fugere debeat. Si quis p industriā occiderit ꝓximū suū. et p insidias: ab altari meo euelles eum ut moriat᷑. Qui pcusserit prem suū aut matrē: morte moriat᷑. Qui maledixerit patri suo vel matri: morte moriat᷑. Qui furatus fuerit hominē. et vendiderit eū: cōuictus noxe morte moriat᷑. Si rixati fuerint viri et pcusserit alter ꝓximū suū lapide vel pugno. et ille mortuus nō fuit sed iacuerit in lectulo: si surrexerit ⁊ ambulauerit foris sup baculū suū. innocēs erit q̄ pcusserit: ita tn̄ ut operas eius. et impensas in medicos restituat. Qui pcusserit seruū suū vel ācillā virga ⁊ mortui fuerint in manibus eius: criminis reus erit. Si aūt vno die vel duobus supuixerit. nō subiacebit pene: q2 pecunia illius est. Si rixati fuerint viri. ⁊ pcusserit quis mulierē pregnantē ⁊ abortiuū quidē fecerit. sz ipsa vixerit: subiacebit dāno q̄ntum maritus mulieris expetierit: ⁊ arbitri iudicauerint. Si aūt mors eius fuit subsecuta: reddet animā ꝓ anima. Oculum ꝓ oculo. dentē ꝓ dente: manū ꝓ manu. pedem ꝓ pede. adustionem ꝓ adustione: vulnus ꝓ vulnere. liuorē ꝓ liuore. Si pcusserit quispiā oculum serui sui aut ācille. ⁊ luscos eos fecerit: dimittet eos liberos ꝓ oculo quē eruit. Dentem q̄q; si excusserit seruo vel ancille sue: similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu pcusserit virum. aut mulierē. et mortui fuerint. lapidibus obruet᷑: et nō comedent᷑ carnes eius: dn̄s q̄q; bouis innocēs erit. Q𝔡 si bos cornipeta fuit ab heri. et nudiustercius. et cōtestati sūt dominū eius. nec recluserit dn̄s eū. occideritq; virū aut mulierē. ⁊ bos lapidibus obruetur: ⁊ dominū eius occidet. Q𝔡 si preciū fuerit ei impositū. dabit ꝓ anima sua: quicquid fuerit postulatus. Filiū q̄q; ⁊ filiā. si cornu pcusserit: simili sentētie subiacebit. Si seruū ancillāq; inuaserit: triginta siclos argenti domino dabit: bos vero lapidibus opprimet᷑. Si quis apuerit cisternā ⁊ foderit. et nō operuerit eam. cecideritq; bos. aut asinus in eā: reddet dn̄s cisterne p̄ciū iumētorum: q𝔡 autē mortuū est. ipsius erit. Si bos alienus bouē alterius vulnerauerit. et ille mortuus fuerit: vendet bouē viuū ⁊ diuidet precium: cadauer aūt mortui. inter se dispertiet. Si autē sciebat q bos cornipeta esset ab heri et nudiustercius ⁊ nō custodiuit eū dn̄s suus: reddet bouem ꝓ boue: ⁊ cadauer integrum accipiet.

Si q̄s furatus fuerit **XXII** bouē aut ouē. et occiderit vel vēdiderit: quinq; boues ꝓ vno boue restituet: et q̄tuor oues pro vna oue. Si effringens fur

VIII

domũ siue suffodiẽs fuerit inuentus: et acce-
pto vulnere mortuus fuit: ꝑcussor non erit
reus sanguinis. Q̃d si orto sole hoc fecerit.
homicidiũ ꝑpetrauit: ⁊ ipse morietᷣ. Si non
habuerit qd̃ ꝓ furto reddat: ipse venũda-
bitur. Si inuentũ fuerit apud eum quod
furatus ẽ viuens. siue bos. siue asinus. siue
ouis: duplũ restituet. Si leserit quispiam a-
grum vel vineã et dimiserit iumentũ suũ ut
depascatᷣ aliena: quicq̃d optimũ habuerit
in agro suo vel in vinea ꝓ damni estimacõ-
ne restituet. Si egressus ignis inuenerit
spicas. et ꝯprehenderit aceruos frugũ siue
stantes segetes in agris: reddet damnũ q̃
ignẽ succenderit. Si quis ꝯmẽdauerit ami-
co pecuniã aut vas in custodiã: ⁊ ab eo qui
susceperat furto ablata fuerint: si inuenitᷣ fur
duplum reddet. Si latet fur: dñs domus
applicabitur ad deos: ⁊ iurabit ꝙ nõ exten-
derit manũ in rem ꝓximi sui ad ꝑpetrandaꝫ
fraudẽ tã in boue. q̃ꝫ in asino. ⁊ oue. ac vesti-
mẽto: ⁊ quicq̃d damnũ inferre potest. Ad
deos vtriusqꝫ causa ꝑueniet: ⁊ si illi iudica-
uerint: duplũ restituet ꝓximo suo. Si quis
ꝯmendauerit ꝓximo suo bouẽ. asinũ. ouẽ.
et om̃e iumentũ ad custodiã. et mortuũ fuit
ac debilitatũ. vel captũ ab hostibꝫ nullusqꝫ
hoc viderit: iusiurandũ erit in medio ꝙ nõ
extenderit manũ ad rem ꝓximi sui: suscipietqꝫ
dñs iuramentũ. ⁊ ille reddẽ nõ cogetur.
Quod si furto ablatũ fuit: restituet damnũ
dño. Si ꝯmestũ a bestia: deferat ad euꝫ qd̃
occisũ est: et nõ restituet. Qui a ꝓximo suo
quicq̃ꝫ horꝝ mutuo postulauerit. ⁊ debilita-
tuꝫ ã mortuũ fuerit dño non p̃nte: reddere
ꝯpelletᷣ. Q̃d si in presentiaꝝ dñs fuerit. non
restituet: maxime si ꝯductũ veneãt ꝓ mer-
cede operis sui. Si seduxerit q̃s virginẽ.
necdũ desponsatã. dormieritqꝫ cum ea: do-
tabit eã. et habebit eã vxorẽ. Si pater vir-
ginis dare noluerit: reddet pecuniã iuxta
modũ dotis. quam v̾gines accipe ꝯsueue-
rũt. Maleficos non patieris viuẽ. Qui coi-
erit cum iumẽto: morte moriatᷣ. Qui immo-
lat diis occidetur: p̃ter dño soli. Aduenam
nõ ꝯtristabis: neqꝫ affliges eum. Aduene
enĩ ⁊ ipi fuistis in t̃ra egipti. Vidue ⁊ pupillo
nõ nocebitis. Si leseritis eos. vociferabũtᷣ

ad me. et ego audiã clamorẽ eoꝝ: ⁊ indi-
gnabitᷣ furor meus. ꝑcutiãqꝫ vos gladio:
et erũt vxores vr̃e vidue. et filii vestri pupil-
li. Si pecuniã mutuã dederis ꝑp̃lo meo pau-
peri qui habitat tecũ: nõ vrgebis eũ quasi
exactor: nec vsuris opprimes. Si pignus
a ꝓximo tuo acceperis vestimentũ: ante solis
occasũ reddes ei. Ip̃m enim ẽ solum quo o-
pitur indumentũ carnis eius: nec habet ali-
ud in quo dormiat. Si clamauerit ad me ex-
audiã eũ: q̃z misericors sũ. Diis nõ detrahes:
et principi populi tui non maledices. Deci-
mas ⁊ p̃mitias tuas non tardabis offerre.
Primogenitum filioꝝ tuoꝝ dabis michi.
De bobꝫ qꝫ et ouibꝫ. similiter facies. Septẽ
diebꝫ sit cuꝫ matre sua: die octaua reddes
eum michi. Viri sancti eritis michi. Carnẽ
que a bestiis fuerit pregustata non come-
detis: sed proicietis canibꝫ.

XXIII

Non suscipies vocem mendacii: nec iũ-
ges manũ tuã ut ꝓ impio dicas fal-
sum testimoniũ. Nõ sequeris turbã ad faci-
endũ malũ: nec in iudicio. ꝑlimoꝝ acquie-
sces sentẽtie: ut a vero deuies. Paupis q̃ꝫ nõ
misereberis in iudicio. Si occurreris boui
inimici tui. ã asino errãti: reduc ad eũ. Si vi-
deris asinũ odientis te iacere sub onere. nõ
ꝑtransibis: ſ; subleuabis cum eo. Nõ declia-
bis in iudiciũ pauperis. Mendaciũ fugies.
Insontem ⁊ iustũ nõ occides: q̃z auͤsor impiũ.
Nec accipies munera. q̃ etiã excecãt prudẽ-
tes: et subuertũt verba iustoꝝ. Peregrino
molestus nõ eris. Scitis enim aduenaruꝫ
animas: q̃z et ipsi peregrini fuistis in terra
egipti. Sex ãnis seminabis terram tuam:
et ꝯgregabis fruges eius. Anno aũt septi-
mo dimittes eã ⁊ requiescere facies: ut cõ-
edãt paupes popli tui: ⁊ quicq̃d reliquum
fuit edant bestie agri. Ita facies in vinea. ⁊
in olueto tuo. Sex diebꝫ operaberis: septĩa
die cessabis. ut requiescat bos ⁊ asinus tuus:
et refrigeretᷣ filius ãcille tue. et aduena. Oĩa
q̃ dixi vobis custodite: ⁊ ꝑ nomẽ externoꝝ
deoꝝ nõ iurabitis: neqꝫ audietᷣ ex ore vr̃o.
Tribꝫ vicibꝫ ꝑ singulos ãnos. michi festa
celebrabitis. Solẽnitateꝫ q̃ꝫ azimoꝝ custo-
dies. Septem diebꝫ ꝯmedetis azima sicut
p̃cepi tibi tp̃e mensis nouoꝝ: qñ egressus

es de egipto. Nõ apparebis in ꝯspectu meo vacuus. Et solemnitatez mensis ꝑmitiuoꝝ operis tui· quecũqꝫ seminaueris in agro: solemnitatez qꝫ in exitu anni: quãdo cõgregaueris omes fruges tuas de agro. Ter in ãno apparebit ome masculinũ tuũ corã dño deo tuo. Nõ immolabis sup fermẽto sanguinẽ victime tue: nec remanebit adeps solẽnitatis mee usqꝫ mañe. Primicias frugũ terre tue deferes in domũ domini dei tui. Nõ coques edũ in lacte mrĩs sue. Ecce ego mittam angelũ meũ· qui ꝓcedat te et custodiat in via: ⁊ introducat in locũ quẽ ꝑparaui. Obserua euz ⁊ audi vocẽ eius· nec ꝯtemnẽdũ putes: qꝛ nõ dimittet cũ peccaueris: ⁊ ẽ nomẽ meũ in illo. Qꝺ si audieris vocẽ eius. et feceris oĩa que loquor: inimicus ero inimicis tuis: ⁊ affligã affligẽtes te. Precedetqꝫ te angelus meus: ⁊ introducet te· ad amorreũ et etheũ ⁊ pherezeũ· chananeũqꝫ et eueum et iebuseũ: quos ego ꝯteram. Non adorabis deos eoꝝ: nec coles eos. Nõ facies opera eoꝝ· ſꝫ destrues eos: ⁊ ꝯfringes statuas eorũ. Seruietisqꝫ dño deo vr̃o: ut benedicam panibꝰ tuis· et aquis: ⁊ auferaz infirmitatẽ de medio tui. Nõ erit infecũda nec sterilis in terra tua. Numerũ dieꝝ tuorum implebo. Terrorẽ meũ mittã in ꝓcursũ tuũ: ⁊ occidam omez ꝑplm ad quẽ ingredieris. Cũctorũqꝫ inimicoꝝ tuoꝝ coram te terga vertam: emittẽs scrabones prius qui fugabũt eueũ· et chananeũ· et etheũ: anteqꝫ introeas. Nõ eiciã eos a facie tua ãno vno. ne terra in solitudinẽ redigat̃: ⁊ crescãt cõtra te bestie. Paulatim expellã eos de ꝯspcũ tuo. donec augearis· et possideas t̃ram. Ponã aũt t̃minos tuos a mari rubro usqꝫ ad mare palestinoꝝ: ⁊ a deserto usqꝫ ad fluuiũ. Tradaz in manibꝰ vr̃is habitatores terre: et eiciam eos de ꝯspectu vr̃o. Nõ inibis cũ eis fedus: nec cum dijs eorũ. Nõ habitent in terra tua: ne forte peccare te faciãt in me si serueris dijs eoꝝ: qꝺ tibi c̃rte erit in scãdalũ.

XXIIII

Moysi qꝫ dixit. Ascende ad dñm· tu ⁊ aaron· nadab ⁊ abiu ⁊ septuaginta senes ex israhel: ⁊ adorabitis ꝓcul. Solusqꝫ moyses ascendet ad dñm: ⁊ illi nõ appropinquabũt: nec ꝑpl's ascendet cum eo. Venit ergo moyses: ⁊ narrauit plebi oĩa verba domini atqꝫ iudicia. Respõditqꝫ omnis ꝑplus· vna voce. Omnia verba domini q̃ locutus est· faciemus. Scripsit aũt moyses vniuersos sermones domini: ⁊ mane ꝯsurgẽs edificauit altare dño ad radices mõtis: et duodecim titulos· ꝑ duodecim tribꝰ israhel. Misitqꝫ iuuenes de filijs israhel ⁊ obtulerũt olocausta: immolauerũtqꝫ victimas pacificas dño· vitulos duodecĩ. Tulit itaqꝫ moyses dimidiam partẽ sanguinis ⁊ misit in crateras: partem autẽ residuã fudit sup altare. Assumẽsqꝫ volumẽ federis· legit audiente ꝑplo. Qui dixerũt. Omnia que locutus est dñs faciemus: ⁊ erimus obediẽtes. Ille vero sumptũ sanguinẽ respersit in ꝑplm. Et ait. Hic ẽ sanguis federis qꝺ pepigit dñs vobiscũ: sup cũctis sermonibꝰ hijs. Ascẽderũtqꝫ moyses ⁊ aaron· nadab ⁊ abiu· et septuaginta de senioribꝰ isrl': ⁊ viderũt deũ israhel. Sub pedibꝰ eius q̃si opus lapidis saphirini: ⁊ quasi celũ cũ serenũ est. Nec super eos qui ꝓcul recesserãt de filijs isrl' misit manuz suã. Viderũtqꝫ deũ: ⁊ comederũt ac biberũt. Dixit aũt dñs ad moysen. Ascẽde ad me ĩ montem. et esto ibi: daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas ⁊ legẽ ac mãdata que scripsi: vt doceas filios israhel. Surrexerũt moyses· et iosue minister eius: ascẽdensqꝫ moyses in mõtem dei· senioribꝰ ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiscũ: si q̃d natũ fuerit questiõis referetis ad eos. Cũqꝫ ascẽdisſꝫ moyses· operuit nubes mõtem: ⁊ habitauit gloria dñi super synai tegẽs illũ nube sex diebus. Septimo aũt die· vocauit eũ dñs de medio caliginis. Erat autẽ species glorie dñi quasi ignis ardẽs super verticẽ montis: in cõspectu filioꝝ israhel. Ingressusqꝫ moyses medium nebule· ascẽdit in mõtem: ⁊ fuit ibi quadraginta diebꝰ· et q̃dragĩta noctibꝰ.

XXV

Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens. Loquẽ filijs israhel: ut tollãt michi ꝑmicias. Ab omni hoĩe qui offert vltroneus. accipietis eas. Hec sũt autẽ que accipere debetis. Aurum ⁊ argentũ et es· ⁊ iacincthum et purpurã· coccũqꝫ bistinctũ ⁊ bissum· ⁊ pilos caprarum· et pelles arietum rubricatas.

VIII

pelleſqꝫ iacinctinas · et ligna ſethim: oleū
ad luminaria ꝯcinnāda: aromata in vngē-
tum ⁊ thimiamata boni odoris: lapides oni-
chinos ⁊ gemmas ad ornandū ephot ⁊ ra-
cionale. Facietqꝫ m̄ ſanctuariū · et hītabo ī
medio eorū · iuxta omēꝫ ſimilitudinē taberna-
culi qđ oſtēdā tibi: ⁊ omniū vaſorū in cultū
eius. Sicqꝫ facietis illud. Archā de lignis
ſethim ꝯpingite: cuius longitudo habeat
duos ⁊ ſemis cubitos · latitudo cubitū et di-
midiū · altitudo cubitū ſimiliter ac ſemiſſem:
et deaurabis eā auro mundiſſimo intus ⁊
foris. Facieſqꝫ ſupra · coronā aureā ꝑ circui-
tū: ⁊ q̄tuor circulos aureos · qs pones ꝑ q̄tu-
or arche angulos. Duo circuli ſint in latere
vno: ⁊ duo in altero. Facies qꝫ vectes de li-
gnis ſethim: ⁊ operies eos auro. Introdu-
ceſqꝫ ꝑ circulos · qui ſūt in arche laterib⁹: ut
portetur in eis. Qui ſemper erūt in circulis:
nec vnq̄ extrahētur ab eis. Poneſqꝫ ī archa
teſtificacōem quā dabo tibi. Facies ⁊ ꝓpici-
atoriū de auro mundiſſimo. Duos cubitos
et dimidiū tenebit lōgitudo eius: ⁊ cubitū
ac ſemiſſem latitudo. Duos qꝫ cherubin au-
reos et productiles facies ex vtraqꝫ par-
te oraculi. Cherubin vnus ſit in latē vno:
et alter in altero. Vtrūqꝫ latus ꝓpiciatorij
tegāt expandētes alas · et operiētes oracu-
lū: reſpiciantqꝫ ſe mutuo · verſis vultib⁹ in
ꝓpiciatoriū · quo operienda eſt archa: in q̄
pones teſtimoniū qđ dabo tibi. Inde ꝑcipi-
am et loquar ad te: ſupra ꝓpiciatorio ſcilicꝫ ·
ac medio duorū cherubin q̄ erūt ſup archā
teſtimonij · cuncta que mandabo ꝑ te filijs
iſrahel. Facies ⁊ menſam de lignis ſethim
habentē duos cubitos lōgitudinis: ⁊ in la-
titudine cubitū · et in altitudine cubitum ac
ſemiſſem: ⁊ inaurabis eam auro puriſſimo.
Facieſqꝫ illi labiū aureū ꝑ circuitū: ⁊ ipſi la-
bio coronam interraſilē altam quatuor di-
gitis: ⁊ ſup illam alterā coronā aureolam.
Quatuor qꝫ circulos aureos ꝓparabis: ⁊ po-
nes eos in quatuor angulis eiuſdē menſe ·
ꝑ ſingulos pedes. Subter coronā erūt cir-
culi aurei · ut mittātur vectes ꝑ eos: ⁊ poſſit
menſa portari. Ipſos qꝫ vectes facies de li-
gnis ſethim · et circūdabis auro: ad ſubue-
hendā menſam. Parabis ⁊ acetabula · ac
phialas · thuribula ⁊ ciathos · in quib⁹ offe-
renda ſūt libamina · ex auro puriſſimo: ⁊ po-
nes ſupra menſam panes ꝓpoſicōnis in cō-
ſpectu meo ſemp. Facies ⁊ candelabrū du-
ctile de auro mundiſſimo: haſtile eius · ⁊ ca-
lamos ciphos ⁊ ſperulas · ac lilia ex ipo ꝓ-
cedētia. Sex calami egredientur de laterib⁹
tres ex vno latere: et tres ex altero. Tres ci-
phi quaſi in nucis modū ꝑ calamos ſingu-
los · ſperuleqꝫ ſimul ⁊ lilia: et tres ſimiliter ci-
phi inſtar nucis in calamo altero: ſperuleqꝫ
ſimul et lilia. Hoc erit opus ſex calamorū:
qui ꝓducēdi ſūt de haſtili. In ipo autem cā-
delabro erūt q̄tuor ciphi in nucis modum:
ſperuleqꝫ ꝑ ſingulos ⁊ lilia. Et ſperula ſb du-
ob⁹ calamis ꝑ tria loca: qui ſimul ſex fiunt ·
ꝓcedētes de haſtili vno. Et ſperule igitur
et calami ex ipo: erunt vniuerſa ductilia ex
auro puriſſimo. Facies ⁊ lucernas ſeptē: et
pones eas ſup candelabrū · ut luceāt ex ad-
uerſo. Emūctoria qꝫ · et vbi ea que emūcta
ſūt extinguātur: fiēt de auro puriſſimo. Omē
pondus candelabri cū vniuerſis vaſis ſuis ·
habebit talentū auri puriſſimi. Inſpice ⁊ fac
ſcđm exemplar qđ tibi in mōte mōſtratū ē.

XXVI

Tabnaculū vero ita facies. Decē
cortinas de biſſo retorta · ⁊ iacincto ac
purpura · coccoqꝫ biſtincto variatas opere
plumario facies. Longitudo cortine vnius
habebit vigintiocto cubitos: latitudo q̄tuor
cubitorū erit. Vnius menſure fiēt vniuerſa
tentoria. Quinqꝫ cortine ſibi iūgētur mutuo:
et alie quinqꝫ nexu ſimili coherebunt. Anſu-
las iacinctinas in laterib⁹ ac ſūmitatib⁹ fa-
cies cortinarum: ut poſſint inuicem copulari.
Quinq̄genas anſulas cortina habebit in v-
traqꝫ ꝑte ita inſertas · ut anſa ꝯtra anſam veni-
at: ⁊ altera alteri poſſit aptari. Facies et q̄n-
quaginta circulos aureos · quib⁹ cortinarū
vela iungēda ſūt: ut vnū tabernaculum fiat:
Facies ⁊ ſaga cilicina vndecim: ad operiendū
tectū tabernaculi. Lōgitudo ſagi vnius ha-
bebit triginta cubitos: ⁊ latitudo q̄tuor. Eq̄
erit menſura ſagorū omniū. E quib⁹ q̄nqꝫ
iunges ſeorſū · et ſex ſibi mutuo copulabis:
ita ut ſextū ſagum in fronte tecti duplices.
Facies ⁊ quinq̄ginta anſas ī ora ſagi vnius ·
ut coniungi cū altero queat: ⁊ quinquaginta

ansas in ora sagi alterius: ut cũ altero copulet᷑. Facies ⁊ quinq̃ginta fibulas eneas. quib⁹ iungãt᷑ anse: ut vnũ ex omib⁹ opertimentũ fiat. Quod aũt supfuit in sagis que parãt᷑ tecto. id est vnũ sagum qđ amplius est: ex medietate eius operies tabernaculi posteriora: ⁊ cubitus ex vna parte pẽdebit. et alter ex altera. qui plus est in sagorũ lõgitudine: vtrũq; latus tabernaculi ꝓteget.

IIII

Facies ⁊ operimentũ aliud tecto de pellib⁹ arietum rubricatis: ⁊ sup hoc rursũ aliud operimentũ de iacinctinis pellib⁹. Facies et tabulas stãtes tabernacli de lignis sethim: que singule denos cubitos in lõgitudine habeãt: ⁊ ĩ latitudine singulos ac semissẽ. In laterib⁹ tabule. due incastrature fiẽt q̃b⁹ tabula alteri tabule ꝯnectat᷑. Atq; in hũc modũ cũcte tabule parabũt᷑. Quaꝝ viginti erũt in latere meridiano qđ v̈git ad austrum: quib⁹ q̃draginta bases argenteas fundes: ut bine bases singulis tabulis ꝑ duos angulos subiciãt᷑. In latere q̃q; secundo tabernaculi qđ vergit ad aquilonẽ. viginti tabule erũt: q̃draginta hñtes bases argẽteas. Bine bases singlis tabulis supponẽt᷑. Ad occidẽtalem vero plagam tabernaculi facies sex tablas: ⁊ rursũ alias duas: que in angulis erigant᷑ post tergũ tabernacli. Erũtq; sibi ꝯiũcte a deorsũ usq; ad sursum: et vna omes ꝯpago retinebit. Duab⁹ q̃q; tabulis que in in angulis ponẽde sũt: simil' iũctura seruabit᷑. Et erũt simul table octo: bases eaꝝ argẽtee sedecim: duab⁹ basib⁹ ꝑ vnam tablam supputatis.

V

Facies ⁊ vectes de lignis sethim quĩq; ad ꝯtinẽdas tablas in vno latere tabernaculi. ⁊ quinq; alios in altero: ⁊ eiusdem numeri ad occidentalẽ plagã: qui mittent᷑ ꝑ medias tablas: a sũmo. usq; ad summũ. Ipasq; tablas deaurabis: ⁊ fundes in eis anulos aureos ꝑ quos vectes tabulata ꝯtineãt: quos opies laminis aureis. Et eriges tabernaculũ: iux̃ exẽplar qđ tibi in mõte monstratũ est. Facies et velũ de iacincto ⁊ purpura. coccoq; bistincto. et bisso retorta. opere plumario. ⁊ pulcra varietate ꝯtextũ: quod appendes ante q̃tuor columnas de lignis sethim: que ipe quidẽ deaurate erũt: ⁊ habebũt capita aurea: et bases argẽteas. Inseret᷑ aũt velum ꝑ circulos: intra qđ pones archam testimonij: ⁊ quo sanctuariũ. ⁊ sanctuarij scĩuaria diuidet᷑. Pones et ꝓpiciatoriũ sup archã testimonij. in sancta scõꝝ: mensamq; extra velum: ⁊ cõtra mensam cãdelabrũ in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in pte aquilonis. Facies ⁊ tentoriũ in introitu tabernaculi. de iacincto ⁊ purpura. coccoq; bistincto. et bisso retorta opere plumario: ⁊ q̃nq; colũnas deaurabis lignoꝝ sethim. ante quas ducet᷑ tentoriũ: q̃ꝝ erũt capita aurea. ⁊ bases enee.

VI

XXVII

Facies et altare de lignis sethim. qđ habebit quinq; cubitos in lõgitudine: ⁊ totidẽ in latitudine id est quadrum: ⁊ tres cubitos in altitudine. Cornua aũt ꝑ q̃tuor angulos ex ipo erũt: ⁊ operies illud ere. Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiẽdos cineres. ⁊ forcipes. atq; fuscinulas: et ignium receptacula. Omnia vasa ex ere fabricabis. Craticlamq; in modũ retis eneã: ꝑ cuius q̃tuor angulos erũt q̃tuor anuli enei. q̃s pones subter arulã altaris. Eritq; craticla usq; ad altaris mediũ. Facies ⁊ vectes altaris de lignis sethim duos: quos operies laminis eneis. et induces ꝑ circulos: erũtq; ex vtroq; latere altaris ad portãdum. Nõ solidũ sed inane et cauũ intrinsecus facies illud: sicut tibi in mõte mõstratũ est. Facies ⁊ atriũ tabernaculi: in cuius australi plaga ꝯtra meridiẽ. erũt tentoria de bisso retorta. Centum cubitos vnũ latus tenebit in lõgitudĩe: et colũnas vigĩti cũ basib⁹ totidẽ eneis: que capita cũ celaturis suis habebũt argentea. Similit' et in latere aquilonis. ꝑ longũ erũt tẽtoria centum cubitoꝝ: columne viginti. et bases enei eiusdẽ numeri: ⁊ capita eaꝝ cũ celaturis suis argẽtea.

VII

In latitudĩe vero atrij qđ respicit ad occidentẽ erũt tẽtoria ꝑ q̃nquaginta cubitos: ⁊ colũne decẽ basesq; totidẽ. In ea q̃q; atrij latitudĩe que respicit ad oriẽtẽ quinquagĩta cubiti erũt: in quib⁹ q̃ndecim cubitoꝝ tẽtoria lateri vno deputabũt᷑ colũneq; tres. ⁊ bases totidem: et in latere altero erunt tẽtoria cubitos obtinẽtia quindecim. colũne tres. et bases totidẽ. In introitu vero atrij. fiet tentoriũ. cubitoꝝ viginti.

ex iacincto ⁊ purpura· coccoqꝫ bistincto ⁊
bisso retorta: ope plumario . Colūnas ha=
bebit quatuor: cū basibꝫ totidē. Omēs colu=
mne atrij ꝑ circuituꝫ· vestite erunt argēteis
laminis: capitibꝫ argēteis : et basibꝫ eneis.
In longitudīe occupabit atriū cubitos cē=
tum: in latitudīe quīquaginta. Altitudo quī=
qꝫ cubitoꝝ erit: fietqꝫ de bisso retorta: et
habebit bases eneas. Cūcta vasa taberna=
culi in omēs vsus ⁊ cerimonias· tā paxillos
eius ꝙ̄ atrij· ex ere facies. Precipe filijs is=
rahel· ut afferāt tibi oleuꝫ de arboribꝫ oliua=
rum purissimū· piloqꝫ contusum: ut ardeat lu=
cerna sp̄· in tabnaclo testimonij ex̄ velū qđ
oppansuꝫ est testimonio: ⁊ collocabūt eam
aaron ⁊ filij eius· ut usqꝫ mane luceat coraꝫ
dn̄o. Perpetuus erit cultus ꝑ successiones
eorum coraꝫ filijs israhel. XXVIII

Applica quoqꝫ ad te aaron fratrē tuuꝫ
cū filijs suis de medio filioꝝ israhel·
vt sacđotio fungātur michi aaron· nadab·
et abiu· eleazar· et ythamar: faciesqꝫ vesteꝫ
sanctā· aaron fratri tuo in gloriaꝫ ⁊ decoreꝫ.
Et loqueris cunctis sapiētibꝫ corde· quos
repleui spiritu prudentie: ut faciant vestes
aarō fratri tuo in gloriā ⁊ decorē: quibꝫ san=
ctificatus ministret michi. Hec aūt erūt ve=
stimēta que faciēt. Rationale et suphume=
rale: tunicā ⁊ lineam strictā: cidarim· et bal=
theum . Facient fratri tuo aaron· et filijs e=
ius vestimēta sancta: ut sacerdotio fungāt᷑
michi. Accipiētqꝫ aurū ⁊ iacinctum ⁊ pur=
puram· coccūqꝫ bistinctū ⁊ bissum. Facient
autē suphumerale de auro ⁊ iacincto ⁊ pur=
pura coccoqꝫ bistincto ⁊ bisso retorta: ope
polimito. Duas oras iūctas hēbit in vtro=
qꝫ latere sūmitatū: ut in vnū redeāt. Ipsaqꝫ
textura ⁊ cuncta operis varietas erit ex
auro ⁊ iacincto ⁊ purpura: coccoqꝫ bistin=
cto ⁊ bisso retorta. Sumesqꝫ duos lapides
onichinos· et sculpes in eis nomina filioꝝ
isrl̄: sex nomina in lapide vno· ⁊ sex reliqua
in altero · iuxta ordinem natiuitatis eoruꝫ.
Opere sculptoris · et celatura gēmarij· scul=
pes eos nominibꝫ filioꝝ isrl̄. inclusos auro
atqꝫ circūdatos: ⁊ pones in vtroqꝫ latere
suphumeralis· memoriale filijs isrl̄. Porta=
bitqꝫ aaron nomina eoꝝ coraꝫ dn̄o super
vtrūqꝫ humerū: ob recordationem. Facies
et vncinos ex auro: et duas catenulas auri
purissimi sibi inuicē coherētes: quas inseres
vncinis . Rationale quoqꝫ iudicij facies opere
polimito iuxta texturaꝫ superhumeralis: ex
auro iacīcto· ⁊ purpura· coccoqꝫ bistincto
et bisso retorta. Quadrāgulū erit ⁊ duplex.
Mensurā palmi habebit· tam in lōgitudine
ꝙ̄ in latitudīe: ponesqꝫ in eo quatuor ordines
lapiduꝫ. In ꝑ̄mo versu erit lapis sardius· et
thopasius ⁊ smaragdus. In scđo carbūculꝰ
et saphirus ⁊ iaspis. In t̄cio· ligurius acha=
tes· ⁊ ametistus . In quarto crisolitus oni=
chinus ⁊ berillus. Inclusi auro erūt per or=
dines suos: habebuntqꝫ nomina filioꝝ isrl̄.
Duodecī nominibꝫ celabūtur· singli lapides
nominibꝫ singuloꝝ: ꝑ duodecim tribꝫ. Faci=
es in racōnali catenas sibi inuicē coherētes
ex auro purissimo · et duos anulos aureos
quos pones in vtraqꝫ racōnalis sūmitate: cate=
nasqꝫ aureas iūges anulis qui sunt in mar=
ginibꝫ eius: ⁊ ipaꝝ catenaꝝ extrema duo=
bus copulabis vncinis in vtroqꝫ latere sup=
humeralis quod racōale respicit. Facies et
duos anulos aureos quos pones in sūmitatibꝫ
racōnalis· et in oris que e regione sunt sup=
humeralis· ⁊ posteriora eius aspiciunt: nec
nō ⁊ alios duos anulos aureos· qui ponē=
di sunt in vtroqꝫ latere sphumeralis deorsū
quod respicit cōtra faciē iūcture inferioris
ut aptari possit cū suphumerali· et stringa=
tur racōnale anulis suis cum anulis suphu=
meralis· vitta iacinctina : vt maneat iūctu=
ra fabrefacta· et a se inuicē racionale ⁊ sup=
humerale nequeāt separari. Portabitqꝫ aa=
ron nomina filioꝝ israhel in racōnali iudicij
sup pectus suū· quādo ingrediet᷑ sanctuari=
um: memoriale corā dn̄o ineternū. Pones
aūt in racōnali iudicij· doctrinā ⁊ veritateꝫ:
que erūt in pectore aaron quādo ingredie=
tur coram dn̄o: ⁊ gestabit iudiciuꝫ filioꝝ is=
rahel in pectore suo· in cōspectu dn̄i semp. Fa=
cies ⁊ tunicā suphumeralis totā iacinctinā:
in cuius medio sup̄· erit capitium· et ora per
gyrum eius textilis· sicut fieri solet in extre=
mis vestiū partibꝫ: ne facile rumpat᷑. Deor=
sum vero ad pedes eiusdē tunice ꝑ circuituꝫ
quasi mala punica facies· ex iacīcto ⁊ purpura·

et cocco bistincto ⁊ bisso retorta mixtis in
medio tintinabulis: ita vt tintīnabulum sit
aureū ⁊ malūpunicū: rursūqȝ tintīnabuluȝ
aliud aureū ⁊ malūpunicū. Et vestietur ea
aaron in officio ministerij: ut audiatᷓ son-
tus quādo ingreditᷓ et egreditur sanctuari-
um in cōspectu dn̄i: ⁊ nō moriatᷓ. Facies ⁊
laminaȝ de auro purissimo: in qua sculpes
opere celatoris sanctū dn̄o. Ligabisqȝ eaȝ
vitta iacinctina: ⁊ erit sup thyaram immi-
nens frōti pōtificis. Portabitqȝ aaron iniq-
tates eoꝝ que obtulerūt ⁊ sanctificauerīt
filij israhel: in cunctis muneribꝰ ⁊ donarijs
suis. Erit aūt lamina semp in frōte eius: ut
placatus sit ei dn̄s. Stringesqȝ tunicaȝ bis-
so: ⁊ thyaram byssynam facies ⁊ balthēū o-
pere plumarij. Porro filijs aaron tunicas
lineas parabis et baltheos ac thyaras in
gloriā ⁊ decorē: vestiesqȝ hijs omnibꝰ aarō
fratrē tuū et filios eius cū eo ⁊ cūctoꝝ cōse-
crabis manus: sanctificabisqȝ illos vt sacer-
dotio fungātur michi. Facies ⁊ feminalia li-
nea vt operiāt carnē turpitudinis sue a re-
nibꝰ usqȝ ad femora: ⁊ vtētur eis aaron et
filij eius quādo ingredietur tabernaclm te-
stimonij vel quādo appropinquāt ad alta-
re vt ministrēt in sanctuario: ne iniquitatis
rei moriātur. Legittimum sempiternū erit
aaron: ⁊ semini eius post eum. **XXIX**

Sed ⁊ hoc facies: ut michi in sacerdotio
cōsecrētur. Tolle vitulū de armēto et
arietes duos immaculatos: panesqȝ azimos.
et crustulā absqȝ fermēto que cōspsa sint o-
leo. lagana qȝ azima oleo lita. De simila tri-
ticea cūcta facies: ⁊ posita in canistro offe-
res: vitulū aūt ⁊ duos arietes. ⁊ aaron ac
filios eius applicabis ad ostiū tabernaculi
testimonij. Cūqȝ laueris patrē cū filijs suis
aqua: indues aaron vestimētis suis id ē li-
nea tunica et superhumerali et racōnali qđ
cōstringes balteo: ⁊ pones thyarā in capi-
te eius. et laminā sanctam super thyaram.
et oleum vnctiōis fundes super caput eius:
atqȝ hoc ritu cōsecrabitᷓ. Filios qȝ illius ap-
plicabis ⁊ indues tunicis lineis: cīgesqȝ bal-
theo aaron scilicet ⁊ liberos eius. ⁊ impōes
eis mitras: eruntqȝ sacerdotes michi religi-
one ꝑpetua. Postqȝ iniciaueris manus eoꝝ:
applicabis ⁊ vitulū coram tabernaclo testio-
nij. Imponētqȝ aarō ⁊ filij eius manꝰ super
caput illius. ⁊ mactabis eū in cōspectu dn̄i.
iuxta ostiū tabernaculi testimonij: sumptūqȝ
qȝ de sanguine vituli poēs sup cornua alta-
ris digito tuo: reliquū autē sanguinē fundes
iuxta basim eius. Sumes ⁊ adipem totum
qui opit intestina ⁊ reticulū iecoris ac du-
os renes ⁊ adipem qui sup eos est ⁊ offeres in-
censuȝ sup altare: carnes vero vituli ⁊ coriuȝ
et fimū cōbures foris extra castra: eo qđ pro
peccato sit. Vnū qȝ arieteȝ sumes: sup cuius
caput ponēt aarō ⁊ filij eius manus: quem
cū mactaueris: tolles de sanguine eius ⁊ fun-
des circa altare. ipsū autē arietem secabis in
frusta: lotaqȝ intestina eius ⁊ pedes pones
sup cōcisas carnes et sup caput illius: ⁊ offe-
res totū arietem in incensuȝ sup altare. Ob-
latio est dn̄o: odor suauissimus victime dn̄i.
Tolles qȝ arietē alterū: sup cuiꝰ caput aarō
⁊ filij eius ponēt manus. Quē cū immolaueris.
sumes de sanguie eius ⁊ pones super extre-
mum auricule dextre aaron ⁊ filioꝝ eius. et
sup pollices manus eoꝝ ac pedis dexteri:
fundesqȝ sanguinē sup altare p circuitū. Cū-
qȝ tuleris de sanguie qui est sup altare ⁊ de
oleo vnctiōis: asperges aaron ⁊ vestes eius:
filios ⁊ vestimēta eoꝝ. Cōsecratisqȝ ipsis et
vestibꝰ tolles adipem de ariete et caudam
et aruinam que opit vitalia ac reticulū ie-
coris ⁊ duos renes atqȝ adipem qui super
eos est. armūqȝ dextrū eo qđ sit aries cōsecrati-
onis: tortamqȝ panis vnius crustulā cōsp-
sam oleo lagānū de canistro azimoꝝ quod
positū est in cōspectu dn̄i: ponesqȝ omnia sup
manꝰ aaron et filioꝝ eius et sanctificabis eos
eleuās coraȝ dn̄o. Suscipiesqȝ vniuersa de
manibꝰ eoꝝ: et incēdes sup altare in olocau-
stum. odorem suauissimū in cōspectu domini:
qꝛ oblatio eius ē. Sumes qȝ pectusculū de
ariete quo iniciatus ē aarō: sanctificabisqȝ
illud eleuatū corā dn̄o: et cedet in parteȝ tuā.
Sanctificabisqȝ et pectusculū cōsecratum et
armum quē de ariete separasti quo iniciatꝰ
est aaron et filij eius: cedētqȝ in partem aa-
ron et filioꝝ eius iure ꝑpetuo a filijs isrl': qꝛ
primitiua sūt et inicia de victimis eoꝝ paci-
ficis que offerūt dn̄o. Vestem autē sanctā

qua vtetur aaron·habebūt filij eius post
eū·ut vngātur in ea: et cōsecrentur manus
eoꝝ. Septem dieb9 vtet illa qui pontifex
ꝓ eo fuerit ꝯstitutus de filijs eius: et qui in-
grediet tabnaculū testimonij vt ministrer
in sanctuario. Arietē aūt ꝯsecrationis tol-
les: et coques carnes eius in loco sancto:
quib9 vescetur aaron et filij eius. Panes qꝫ
qui sūt in canistro·in vestibulo tabernaculi
testimonij comedēt·ut sit placabile sacrifici-
um: et sanctificētur offerētiumȝ manus. Alieni-
gena nō vescetur ex eis: qꝛ sancti sūt. Qđ si
remāserit de carnib9 ꝯsecratis siue de pani-
bus usqꝫ mane: ꝯbures reliquias igni. Nō
ꝯmedētur: qꝛ sanctificata sūt. Omnia que p̄-
cipio tibi facies sup aaron et filijs eius. Se-
ptem dieb9 ꝯsecrabis manus eoꝝ: et vitu-
lum ꝓ pcc̄o offeres per singulos dies ad
expiādū. Mūdabisqꝫ altare cū immola-
ueris expiacōnis hostia: et vnges illud in

VIII

sanctificacōnē. Septē dieb9 expiabis al-
tare et sanctificabis: et erit sanctū scōꝝ. Oīs
qui tetigerit illud·sanctificabit. Hoc est qđ
facies in altari. Agnos ānículos duos per
singulos dies iugiter vnū agnū mane et
alterū vespere: decimā ptē simile ꝯspse oleo
tuso·qđ habeat mensurā quartā ptem hin:
et vinū ad libandū eiusdem mensure·in a-
gno vno. Alterū vero agnū offeres ad ve-
sperā·iuxta ritū matutine oblacōis: iuxta ea
que diximus in odorē suauitatis. Sacrifi-
cium dn̄o deo est oblacōe ꝑpetua in genera-
tiones vestras·ad ostiū tabernaculi testi-
monij coram dn̄o: ubi ꝯstituā ut loquar ad te.
Ibiqꝫ p̄cipiam filijs israhel: et sanctificabit
altare in gloria mea. Sāctificabo et tabna-
culum testimonij cū altari·et aaron cū filijs
suis: ut sacdocō fungant michi. Et hitabo
in medio filioꝝ isrl̄. eroqꝫ eis deus: et scient
qꝛ ego dn̄s deus eoꝝ q̃ eduxi eos de t̄ra
egipti·ut manerē inter illos: ego dn̄s deus

P

XXX

ipsoꝝ. Facies qꝫ altare
ad adolēdū thymiama de lignis se-
thim: habēs cubitū lōgitudinis·et alterum
latitudinis·id est quadrāgulū: et duos cu-
bitos in altitudīe. Cornua ex ipo ꝓcedent:
vestiesqꝫ illud auro purissimo: tam craticu-
lam eius q̃ parietes ꝑ circuitum·et cornua.
Faciesqꝫ ei coronā aureolā ꝑ gyrū: et duos
anulos aureos sub corona ꝑ singula latera:
vt mittātur in eos vectes·et altare portetur.
Ipos qꝫ vectes facies de lignis sethim: et in-
aurabis. Ponesqꝫ altare ꝯtra velū qđ ante
archam pēdet testimonij·coram ꝓpiciatorio
quo tegit testimoniū·vbi loq̄r tibi: et ado-
lebit incēsum sup eo aaron·suaue fragrans.
Mane quādo ꝯponet lucernas·incēdet illđ:
et quando collocat eas ad vesperum vret
thymiama sempiternū corā dn̄o in genera-
tiones vr̄as. Nō offeretis sup eo thymiama
ꝯposicōis alterius nec oblacōnē et victimā:
nec liba libabitis. Et dep̄cabit aaron super
cornua·eius semel ꝑ ānū·in sanguie quod
oblatū est ꝓ pcc̄o: et placabit sup eo genera-
tionib9 vr̄is. Sāctū sanctoꝝ erit dn̄o. Lo-
cutusqꝫ ē dominus ad moysen dicēs. Quan-
do tuleris sūmā filioꝝ israhel iuxta numerū
dabūt singuli p̄ciū ꝓ animab9 suis dn̄o: et
nō erit plaga in eis cū fuerint recēsiti. Hoc
autē dabit omnis qui trāsit ad nomē: dimi-
dium sicli iuxta mēsurā templi. Siclus vigi-
ti obolos habet. Media ps sicli offeret do-
mino. Qui habet in numero a viginti ānis
et supra dabit p̄cium. Diues non addet ad
mediū sicli: et pauper nichil minuet. Susce-
ptamqꝫ pecuniā que collata est a filijs isrl̄
trades in vsus tabnaculi testimonij·ut sit mo-
nimentū eoꝝ corā dn̄o: et ꝓpiciet animab9
eoꝝ. Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen dicēs. Fa-
cies et labiū eneū cū basi sua ad lauādū: po-
nesqꝫ illud inter tabnaculū testimonij et al-
tare. Et missa aqua lauabūt in ea aaron et
filij eius manus suas ac pedes: quando in-
gressuri sūt tabernaculū testimonij. et quan-
do accessuri sunt ad altare·ut offerant in eo
thymiama dn̄o: ne forte moriantur. Legitti-
mum sempiternū erit ipi et semini eius·per
successiones. Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen
dicēs. Sume tibi aromata·p̄me mirre et e-
lecte quīgentos siclos·et cynamomi medi-
um id ē ducētos quinquagita siclos: calami
similiter ducētos quīquaginta siclos·cassie
autē quīgentos siclos in pōdē sanctuarij:
oleū de oliuetis mēsurā hin. Faciesqꝫ vncti-
onis oleū sanctū·vngētum ꝯpositū ope vn-
guentarij: et vnges ex eo tabernaculum

testimonij· et archā testamēti· mēsamqȝ cū
vasis suis· cādelabrū ⁊ vtēsilia eius· altaria
thymiamatis ⁊ olocausti· et vniūsam suppel-
lectilē que ad cultuȝ eoꝝ ptinet: sanctifica-
bisqȝ oīa· et erūt sancta scōꝝ. Qui tetige-
rit ea sanctificabitur. Aarō ⁊ filios eius vn-
ges: sanctificabisqȝ eos vt sacerdotio fungātꝰ
michi. Filijs qȝ israhel dices. Hoc oleū vn-
ctionis sanctū erit michi in generacōnes ve-
stras. Caro hominis nō vngetꝰ ex eo: ⁊ iuxta
cōposicōem eius nō facietis aliud: qꝛ sancti-
ficatū ē: ⁊ scm̄ erit vobis. Homo quicunqȝ
tale cōposuerit· et dederit ex eo alieno: exter-
minabitꝰ de pplo suo. Dixitqȝ dominus ad
moysen. Sume tibi aromata· stacten· et o-
nicham· galbanen boni odoris· et thus luci-
dissimū: equalis pōderis erūt oīa. Faciesqȝ
thymiama cōpositū ope vnguētarij mixtuȝ
diligētꝰ· et purū: et sanctificacōe dignissimū.
Cūqȝ in tenuissimū puluerē vniūsa cōtude-
ris pones ex eo coraȝ tabnaculo testionij:
in quo loco apparebo tibi. Sāctuȝ sancto-
rum erit vobis thymiama. Talem cōposicō-
nem nō facietis in vsus vros: qꝛ sanctū est
dn̄o. Homo quicūqȝ fecerit simile vt odore
illius pfruatꝰ: peribit de pplis suis. XXXI

Locutusqȝ est dn̄s ad moysen dicēs.
Ecce vocaui ex nomine beseleel filiuȝ
huri filij hur de tribu iuda: et impleui eum
spiritu dei· sapiētia ⁊ intelligētia ⁊ sciētia: in
omni opere· ad excogitādū qcquid fabre-
fieri potest ex auro ⁊ argēto ⁊ ere· marmore·
et gēmis· et diuisitate lignoꝝ. Dediqȝ ei so-
ciū ooliab filium achisamech: de tribu dan.
Et in corde oīs eruditi posui sapiāȝ· ut fa-
ciāt cūcta que pcepi tibi: tabnaculū federis.
et archā testimonij ⁊ ppiciatoriū qđ sup eaȝ
est: ⁊ cūcta vasa tabnaculi· mēsamqȝ ⁊ va-
sa eius. cādelabrū purissimū cū vasis suis: ⁊
altaria thymiamatis et olocausti· et omnia
vasa eoꝝ: labiuȝ cū basi sua: vestes scās in
ministerio aaron sacerdoti et filijs eius vt
fungātur officio suo in sacris: oleū vnctiōis.
et thymiama aromatū in sanctuario. Oīa
que pcepi tibi faciēt. Et locutus ē dominus
ad moysen dicens. Loquē filijs israhel: ⁊ di-
ces ad eos. Videte vt sabbatū meū custo-
diatis: quia signum est inter me et vos in

generacōibꝰ vris: vt sciatis qꝛ ego dominꝰ
qui sanctifico vos. Custodite sabbatū meū.
Sāctuȝ enim est vobis. Qui pollueit illud:
morte morietꝰ. Qui fecerit opus in eo: peribit
anima illius de medio ppli sui. Sex diebus
facietis opus: in die septimo sabbatū est: re-
quies scā domino. Omnis qui fecerit opus
in hac die· morietꝰ. Custodiāt filij isrl sabba-
tum: et celebrēt illud in generacōnibꝰ suis.
Pactū est sempitnum inter me ⁊ filios isrl:
signūqȝ ppetuū. Sex enim diebꝰ dominus
fecit celū ⁊ terram: ⁊ in septimo ab oī ope
cessauit. Deditqȝ dn̄s moysi cōpletis huiu-
scemōi sermonibꝰ in mōte synai· duas tablas
testimonij lapideas: scriptas digito dei.

XXXII

Videns aūt pplus qꝛ morā
facēt moyses descēdendi de mōte: cō-
gregatus adūsus aarō dixit. Surge: fac
nobis deos qui nos pcedāt. Moysi enim vi-
ro huic q nos eduxit de terra egipti: ignorā-
mus quid acciderit. Dixitqȝ ad eos aaron.
Tollite inaures aureas· de vxorū· filioꝝ qȝ ⁊
filiaꝝ vraꝝ auribꝰ: ⁊ afferte ad me. Fecit po-
pulus que iusserat: deferēs inaures ad aa-
ron. Quas cum ille accepisset formauit ope
fusorio: ⁊ fecit ex eis vitulū cōflatilē. Dixerūt-
qȝ. Hij sūt dij tui israhel: qui te eduxerūt de
terra egipti. Qđ cū vidisset aarō edificauit
altarē coram eo: ⁊ pconis voce clamauit di-
cens. Cras solemnitas dn̄i est. Surgētesqȝ
mane obtulerūt olocausta ⁊ hostias paci-
ficas: et sedit populus mādūcare ⁊ bibē: et
surrexerūt ludē. Locutus ē aūt dominus ad
moysen dicēs. Vade descēde: peccauit pplus
tuus quem eduxisti de terra egipti. Recesse-
rūt cito de via quā ostēdisti eis. Feceruntqȝ si-
bi vitulum cōflatilē ⁊ adorauerūt: atqȝ immo-
lātes ei hostias dixerūt. Isti sūt dij tui isrl: q
te eduxerūt de terra egipti. Rursūqȝ ait dn̄s
ad moysen. Cerno qꝛ populus iste dure cer-
uicis sit. Dimitte me vt irascatꝰ furor meus
cōtra eos ⁊ deleā eos: faciāqȝ te in gēteȝ ma-
gnam. Moyses aūt orabat dn̄m deū suum
dicēs. Cur dn̄e irascitꝰ furor tuus cōtra pplm
tuum· queȝ eduxisti de terra egipti: in forti-
tudine magna ⁊ in manu robusta? Ne qso
dicāt egiptij: callide eduxit eos· ut interfice-
ret in mōtibꝰ: et deleret e terra. Quiescat ira

tua: et esto placabilis sup nequicia populi
tui. Recordare abraham ⁊ ysaac et israhel ser-
uorū tuorꝝ: quibꝫ iurasti p temetipsū dicēs.
Multiplicabo semen vrm sicut stellas celi:
et vniuersam terrā hāc de qua locutus sum
dabo semini vestro: ⁊ possidebitis eaꝫ semp.
Placatusqꝫ est dn̄s: ne faceret malū qđ lo-
cutus fuerat adūsus populū suū. Et reūsus
est moyses de monte: portās duas tabulas
testimonij in manū sua. scriptas vtraqꝫ par-
te: ⁊ factas opere domini. Scriptura qꝫ dei
erat sculpta in tabulis. Audiēs aūt iosue
tumultū populi vociferantis. dixit ad moy-
sen. Vlulatus pugne audit in castris. Qui
rn̄dit. Nō est clamor adhortantium ad pu-
gnā: neqꝫ vociferacō ꝯpellentiū ad fugam:
ꝫ vocē cantantiū ego audio. Cūqꝫ appropi-
quasset ad castra vidit vitulū ⁊ choros: ira-
tusqꝫ valde piecit de manū tabulas: ⁊ cōfre-
git eas ad radicē mōtis. Arripiēsqꝫ vitulū
quē fecerāt. ꝯbussit ⁊ ꝯtriuit vsqꝫ ad pulue-
rem: quē sparsit in aquā: ⁊ dedit ex eo potū
filijs israhel. Dixitqꝫ moyses ad aarō. Quid
tibi fecit hic populus: ut induceres sup eū
peccatum maximū? Cui ille rn̄dit. Ne indi-
gnet dn̄s meus. Tu enim nosti poplm istū
q pnus sit ad malū. Dixerūt michi. Fac no-
bis deos qui nos pcedant. Huic enim mo-
ysi qui nos eduxit de terra egipti: nescimus
quid acciderit. Quibꝫ ego dixi. Quis vrm
habet aurū? Tulerūt ⁊ dederūt michi. ⁊ pie-
ci illud in ignem: egressusqꝫ est hic vitulus.
Videns ergo moyses populū q esset nuda-
tus: spoliauerat enim eū aaron ppter igno-
miniā sordis. ⁊ int hostes nudū ꝯstitueāt:
et stans in porta castrorꝝ ait. Si quis ē do-
mini iūgatur michi. Congregatiqꝫ sūt ad
eū oēs filij leui. Quibꝫ ait. Hec dicit dn̄s
deus israhel. Ponat vir gladiū sup femr suū.
Ite et redite de porta usqꝫ ad portam p me-
diū castrorꝝ: ⁊ occidite vnusquisqꝫ fratreꝫ
suū ⁊ amicū et pximū suū. Fecerūtqꝫ filij le-
ui iuxta sermonē moysi: cecideruntqꝫ in die
illo quasi ~~triginta~~ tria milia hominū. Et ait
moyses. Consecrastis manus vras hodie
dn̄o. vnusquisqꝫ in filio ⁊ in fratre suo: ut de-
tur vobis bn̄dictō. Facto autē altero die
locutus est moyses ad populū. Peccastis

peccatū maximū. Ascendam ad dominū: si
quo modo eum quiuero depcari p scelere ve-
stro. Reuersusqꝫ ad dn̄m ait. Obsecro dn̄e.
peccauit populus iste pcēm maximū: fecerūt-
qꝫ sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc
noxam: aut si non vis: dele me de libro tuo
quē scripsisti. Cui rn̄dit dn̄s. Qui peccaue-
rit michi: delebo eū de libro meo. Tu autem
vade: ⁊ duc populū istū quo locutus sū tibi.
Angelus autē meus pcedet te. Ego autē
in die vltōnis visitabo ⁊ hoc peccatū eorum.
Percussit autem dn̄s populum pro reatu
vituli: quem fecerat aaron. XXXIII

Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen dicēs. Va-
de ⁊ ascende de loco isto. tu ⁊ populus
tuus quem eduxisti de terra egipti. in terrā
quā iuraui abraham. ysaac. et iacob. dicēs
semini tuo dabo eam: ⁊ mittā pcursorem tui
angelū. ut eiciā chananeū ⁊ amorreū. ⁊ ethe-
um ⁊ pherezeū. et eueū et iebuseū: ⁊ intres in
terrā fluentē lacte ⁊ melle. Nō enim ascen-
dam tecuꝫ: qr populus dure ceruicis es: ne
forte dispdam te in via. Audiensqꝫ populus
sermonē hūc pessimū luxit: ⁊ nullus ex mo-
re indutus ē cultu suo. Dixitqꝫ dn̄s ad moy-
sen. Loquere filijs israhel. Populus dure cer-
uicis es: semel ascendā in medio tui ⁊ delebo
te. Iam nūc depone ornatū tuū: ut sciam qđ
faciam tibi. Deposuerūt ergo filij israhel. or-
natum suū a mōte oreb. Moyses qꝫ tollens
tabernaculū. tetēdit extra castra p cul: voca-
uitqꝫ nomē eius tabernaculū federis. Et oīs
populus qui habebat aliquaꝫ questionem.
egrediebatur ad tabernaculu federis extra
castra. Cumqꝫ egrederet moyses ad taber-
naculū surgebat vniuersa plebs. et stabat
vnusquisqꝫ in ostio papilionis sui: aspicie-
bantqꝫ tergū moysi donec ingrederet tento-
riū. Ingresso autē illo tabernaculuꝫ federis.
descendebat colūna nubis ⁊ stabat ad osti-
um: loquebaturqꝫ dn̄s cū moyse: cernētibꝫ
vniuersis q colūna nubis staret ad ostium
tabernaculi. Stabātqꝫ ipsi ⁊ adorabāt per
fores tabernaculorꝝ suorꝝ. Loquebat aūt
dn̄s ad moysen facie ad faciē: sicut solet lo-
qui homo ad amicū suū. Cūqꝫ ille reūteret
in castra: minister ei9 iosue filius num puer
non recedebat de tabernaculo. Dixit autem

moyses ad dñm. Precipis ut educã popu-
lum istũ. et nõ indicas michi quẽ missurus
sis mecũ: presertim cum dixeris. noui te ex no-
mine: et inuenisti grãm coram me. Si ergo
inueni grãm in conspectu tuo: ostende michi
faciem tuã. ut sciam te: et inueniã grãz ante
oculos tuos. Respice populũ tuũ gentẽ hãc.
Dixitq3 dñs. Facies mea precedet te: et reqẽz
dabo tibi. Et ait moyses. Si nõ tu ipse pce-
das: ne educas nos de loco isto. In quo enĩ
sciẽ poterimus ego et populus tuus inuenis-
se nos grãz in conspectu tuo. nisi ambulaueris
nobiscũ: ut glorificemur ab omĩb9 populis
qui habitãt sup terrã? Dixit autez dñs ad
moysen. Et verbũ istud qđ locutus es faciã.
Inuenisti enim grãm coram me: et te ipsum
noui ex nomine. Qui ait. Ostẽde michi glo-
riam tuã. Rñdit. Ego ostendã omẽ bonum
tibi: et vocabor in nomine domini coram te:
et miserebor cui voluero. et clemens ero in
quẽ michi placuerit. Rursũq3 ait. Nõ poteris
videre faciẽ meã. Nõ enim videbit me ho-
mo et viuet. Et iterum. Ecce inquit ẽ locus
apud me: et stabis supra petrã. Cũq3 trãsibit
gloria mea. ponam te in foramine petre: et
ptegã dextera mea donec transeã. Tollãq3
manũ meã: et videbis posteriora mea: faciẽ
aũt meã vidẽ nõ poteris. XXXIIII

IIII Ac deinceps precide ait tibi duas tabu-
las lapideas instar priorũ: et scribam
sup eas verba que habuerũt tabule quas
fregisti. Esto paratus mane. ut ascendas
statim in mõtem synai: stabisq3 mecum sup
verticem mõtis. Nullus ascẽdat tecu3: nec
videatur quispiã p totum mõtez: boues q3 et
oues nõ pascãtur ecõtra. Excidit ergo du-
as tabulas lapideas. qles ãtea fuerãt: et de
nocte consurgẽs ascẽdit in montẽ synai. sicut
preceperat ei dñs: portãs secum duas tablas.
Cũq3 descẽdisset dñs p nubez: stetit moyses
cum eo. inuocãs nomẽ domini. Quo transe-
unte coram eo ait. Dominator dñe deus. mi-
sericors et clemẽs. patiẽs et multe misericor-
die. et verus: qui custodis misericordiã i mi-
lia. qui aufers iniqtatez et scelera atq3 pccã.
nullusq3 apud te p se innocẽs est: q̃ reddis
iniquitatẽ patrũ filijs ac nepotib9 in terciã
et quartam generacionem. Festinusq3 moyses

curuatus est pnus in terram: et adorans ait.
Si inueni grãz in conspectu tuo dñe. obsecro
vt gradiaris nobiscu3: populus enim dure
ceruicis est: ut auferas iniquitates nr̃as at-
q3 peccata. nosq3 possideas. Rñdit dñs. Ego
inibo pactum vidẽtib9 cũctis: signa faciaz.
que nũq̃ visa sũt sup terrã. nec in vllis gẽti-
bus: ut cernat populus iste in cuius es me-
dio opus domini terribile qđ facturus su3.
Obserua cũcta q̃ hodie mãdaui tibi. Ego
ipe eiciam ãte faciem tuã amorreũ et chana-
neũ et etheũ: pherezeũq3 et eueum et iebuseum.
Caue ne vnq̃ cũ habitatoribus terre illius
iũgas amicicias. q̃ tibi sint in ruinã: s3 et aras
eorũ destrue. et cõfringe statuas: lucosq3 suc-
cide. Noli adorare deũ alienũ. Dñs. zelotes
nomẽ eius: deus ẽ emulator. Ne ineas pa-
ctum cũ hominib9 illarũ regionũ: ne cu3 for-
nicati fuerint cum dijs suis. et adorauerint si-
mulacra eorũ: vocet te quispiã. ut comedas
de immolatis. Nec vxorẽ de filiab9 eorũ. ac-
cipies filijs tuis: ne postq̃ ipse fuerint forni-
cate: fornicari faciãt i deos suos filios tuos.
Deos conflatiles nõ facies tibi. Solemnitatẽ
azimorũ custodies. Septẽ dieb9 vesceris azi-
mis: sicut precepi tibi. in tempore mẽsis nouo-
rũ. Mense enim verni tpis egressus ẽ de egi-
pto. Omẽ qđ aperit vuluã generis masculi-
ni. meũ erit. De cũctis animãtib9. tã de bob9
q̃ de ouib9 meũ erit. Primogenitũ asini re-
dimes oue. Si aũt nec preciũ p eo dederis:
occidetur. Primogenitũ filiorũ tuorũ redimes:
nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex
dieb9 operaberis: die septimo. cessabis ara-
re et metere. Solemnitatẽ ebdomadarum
facies tibi. in primitijs frugũ messis tue tri-
ticee: et solemnitatẽ. quãdo redeũte ãni tpe
cũcta condũtur. Trib9 tpib9 ãni apparebit o-
mne masculinũ tuũ: in conspectu omĩpotentis
domini dei israhel. Cum enim tulero gẽtes a
facie tua. et dilatauero terminos tuos. nullus
insidiabitur terre tue: ascendẽte te. et apparẽ-
te in conspectu domini dei tui. ter in ãno. Non
immolabis sup fermẽto sanguinez hostie mee:
neq3 residebit mane de victimis solẽnitatis
phase. Primicias frugũ terre tue offeres in
domo domini dei tui. Nõ coques hedũ in la-
cte mr̃is sue. Dixitq3 dominus ad moysen.

VII

Scribe tibi verba hec: quibꝰ et tecum et cū israhel pepigi fedus. Fecit ergo ibi cū dn̄o moyses quadraginta dies. ꝛ q̄dragīta noctes: panē nō ↄmedit. ꝛ aquā nō bibit: et scripsit in tabulis verba federis decē. Cūq3 descenderet moyses de mōte synai. tenebat duas tabulas lapideas testimonij: ꝛ ignorabat ꝙ cornuta esset facies sua: ex ↄsortio sermonis domini. Vidētes autē aaron ꝛ filij israhel. cornutam moysi faciē: timuerūt ꝓpe accedere. Vocatiq3 ab eo reūsi sunt: tam aaron ꝙ pn̄cipes synagoge. Et postꝙ locutus est ad eos: venerūt ad eū etiam omes filij israhel. Quibꝰ p̄cepit cūcta q̄ audierat a dn̄o in mōte synai. Impletisq3 sermonibꝰ. posuit velamē sup faciem suā. Qđ ingressus ad dn̄m et loquēs cū eo. auferebat donec exiret: ꝛ tūc loquebatur ad filios israhel omnia q̄ sibi fuerant imperata. Qui videbāt faciē egredientis moysi eē cornutā: s3 operiebat rursus ille faciē suā: si qn̄ loq̄bat̄ ad eos.

VIII

Igitur ↄgregata omni turba. XXXV filiorū israhel. dixit ad eos. Hec sunt q̄ iussit dn̄s fieri. Sex diebꝰ facietis opus. Septimus dies erit vobis scūs: sabbatū ꝛ requies dn̄i. Qui fecerit opus in eo. occidetur. Nō succēdetis ignē in omnibꝰ habitaculis vr̄is p diem sabbati. Et ait moyses ad omēz catervam filiorū israhel. Iste ē sermo quem p̄cepit dn̄s dicēs. Separate apud vos p̄mitias dn̄o. Omnis volūtarius ꝛ pno animo offerat eas dn̄o. Aurum ꝛ argentū. et es. iacinctum et purpurā. coccūq3 bistinctū et bissum. pilos caprarū. pellesq3 arietū rubricatas et iacinctinas: ligna sethim. et oleū ad luminaria ↄcinnāda. et ut ↄficiat̄ vngentū et thymiama suauissimū: lapides onichinos et gēmas. ad ornatū superhumeralis ꝛ racionalis. Quisquis vr̄m sapiens est. veniat et faciat quod dn̄s imperauit: tabernaculum. sc3 ꝛ tectum eius atq3 operimentū. anulos et tabulata cū vectibꝰ. paxillos ꝛ bases. archam et vectes. ꝓpiciatoriū. et velum qđ āte illud oppandit̄: mensam cū vectibꝰ. et vasis. et ꝓpositōnis panibꝰ: cādelabrū ad luminaria sustentāda. vasa illius ꝛ lucernas. et oleū ad nutrimēta ignium: altaē thymiamatis ꝛ vectes. et oleū vnctōnis ꝛ thymiama ex aromatibꝰ: tentoriū ad ostiū tabernaculi. altare olocausti ꝛ craticulā eius eneam cum vectibus ꝛ vasis suis: labrū et bases eius: cortinas atrij cū columnis ꝛ basibꝰ. tentorium in foribꝰ vestibuli. paxillos tabnaculi ꝛ atrij cū funiculis suis: vestimēta quorū vsus est in ministerio scūarij: vestes aaron pontificis ac filiorū eius: ut sacerdotio fungāt̄ michi. Egressaq3 omnis multitudo filiorū israhel de ↄspectu moysi: obtulerūt mēte promptissima atq3 deuota. p̄mitias dn̄o. ad faciendū opꝰ tabernaculi testimonij. Quicq̄d ad cultum et ad vestes scās necessariū erat. viri cū mulieribꝰ prebuerūt: armillas. et inaures. anulos ꝛ dextralia. Omne vas aureum in donaria domini separatū ē. Si q̄s habebat iacinctū et purpurā. coccūq3 bistinctū. bissū. ꝛ pilos caprarū. pelles arietū rubricatas ꝛ iacinctinas. argēti et auri. erisq3 metalla obtulerūt dn̄o: lignaq3 sethim in varios vsus. Sed ꝛ mulieres docte q̄ ~~venerāt~~ neue dederūt. iacinctū. purpurā. et vermiculū ac bissum. et pilos caprarū: spōte ꝓpria cūcta tribuētes. Pn̄cipes vō obtulerūt lapides onichinos ꝛ gēmas ad superhumerale ꝛ racōale: aromataq3 ꝛ oleum ad luminaria cōcinnāda: et ad ꝑparandum vngentū. ac thymiama odoris suauissimi ↄponendū. Oēs viri ꝛ mulieres mēte deuota obtulerūt donaria: ut fierēt opera q̄ iusserat dn̄s p manū moysi. Cūcti filij israhel. volūtaria dn̄o dedicauerūt. Dixitq3 moyses ad filios israhel. Ecce vocauit dn̄s ex nomine beseleel filiū huri. filij hur. de tribu iuda: impleuitq3 eum spū dei. sapīa. et intelligentia et scīa. ꝛ omni doctrina: ad excogitandū et faciendū opus in auro ꝛ argēto et ere ꝛ ferro. sculpēdisq3 lapidibꝰ. ꝛ opere carpētario. Quicq̄d fabre adinueniri potest: dedit in corde eius. Ooliabq3 filiū achisamech. de tribu dan. Ambos erudiuit sapīa: ut faciāt opera abietarij polimitarij ac plumarij de iacincto et purpura. coccoq3 bistincto ꝛ bisso et texāt oīa: ac noua q̄q3 reperiāt.

XXXVI

Fecit ergo beseleel. et ooliab. et omnis vir sapiēs. quibꝰ dedit dn̄s sapīaz et intellectum. ut scirent fabre operari q̄ in vsu scūarij necessaia sūt: ꝛ que p̄cepit dn̄s. Cūq3 vocasset eos moyses ꝛ omēz eruditū virum

cui dederat dn̄s sapiaꝫ. et qui spōte sua ob-
tulerūt se ad faciendūꝫ opus: tradidit eis
oīa donaria filioꝝ israhel. Qui cū instarēt
operi quotidie: mane vota populus offere-
bat. Vnde artifices venire ꝯpulsi. dixerunt
moysi. Plus offert populus q̄ꝫ necessariū ē.
Iussit ergo moyses. precōnis voce cātari.
Nec vir nec mulier quicq̄ꝫ offerat vltra in
opere sctuarij. Sicq; cessatū est a muneribꝫ
offerēdis: eo q̄ꝫ oblata sufficerēt ⁊ supabū-
darent. Feceruntq; oēs corde sapiētes ad
explendū opus tabernaculi. cortinas decē.
de bisso retorta ⁊ iacīcto et purpura. cocco-
bistincto: ope vario. et arte polimita. Qua-
rū vna hēbat in lōgitudine viginti octo cu-
bitos: ⁊ in latitudine q̄tuor. Vna mensura
erat omniū cortinaꝝ. Coniūxitq; cortinas
qūq; alterā alteri: ⁊ alias qūq; sibi inuicē
copulauit. Fecit ⁊ ansas iacincīnas in ora
cortine vnius ex vtroq; latere. ⁊ in ora corti-
ne alterius similiter: ut ꝯtra se inuicēꝫ veni-
rēt anse: ⁊ mutuo iungerēt̄. Vnde ⁊ quinq̄-
ginta fudit circulos aureos. q̄ morderent
cortinarum ansas: ⁊ fieret vnū tabernaculū.
Fecit et saga vndecim. de pilis capraꝝ: ad
operiendū tectum tabernaculi. Vnū saguꝫ
in lōgitudine habebat cubitos triginta: et
in latitudīe cubitos q̄tuor. Vnius mēsure
erāt oīa saga. Quorū qūq; iūxit seorsū:
et sex alia separatim. Fecitq; ansas qūqua-
gīta in ora sagi vnius. et qūquagīta in o-
ra sagi alterius ut sibi inuicē iungerēt̄: et fi-
bulas eneas qūquagīta quibꝫ necteret̄
tectuꝫ: ut vnū palliū ex oībꝫ sagis fieret.
Fecit et opertoriū tabnaculi de pellibꝫ arietuꝫ
rubricatis: aliudq; desup velamē de pellibus
iacincīnis. Fecit ⁊ tabulas tabernaculi de
lignis sethim stātes. Decē cubitoꝝ erat lō-
gitudo tabule vnius: et vnū ac semis cubi-
tum latitudo retinebat. Bine incastrature e-
rant p singulas tabulas: ut altera alteri iū-
geretur. Sic fecit in omnibꝫ tabernacli ta-
bulis. E quibꝫ viginti ad plagā meridianā
erāt cōtra austruꝫ: cū quadraginta basibꝫ
argēteis. Due bases sub vna tabula pone-
bātur ex vtraq; parte angulorū: vbi inca-
strature laterum in angulis termināt̄. Ad
plagā q̄ꝫ tabnaculi q̄ respicit ad aquilonē
fecit viginti tabulas cū quadraginta basibus
argēteis: duas bases p singulas tabulas.
Cōtra occidētem vero id est ad eam parteꝫ
tabernaculi q̄ mare respicit. fecit sex tabl̄as:
et duas alias p singulos āgulos tanbacli
retro que iūcte erant a deorsum usq; sursuꝫ:
et in vna ꝯpagem pariter ferebāt̄. Ita fecit
ex vtraq; parte p āgulos: ut octo essent sil'
tabule. et haberēt bases argēteas sexdecī:
binas scilicꝫ bases sub singulis tabulis. Fe-
cit et vectes de lignis sethim qūq; ad ꝯtinē-
das tabulas vnius lateris tabnacli: ⁊ q̄nq;
alios ad alterius lateris coaptādas tabl̄as:
et extra hos. qūq; alios vectes ad occiden-
talem plagā tabernaculi ꝯtra mare. Fecit q̄ꝫ
vectem aliū: qui p medias tabl̄as ab angu-
lo usq; ad angulū pueniret. Ipa aūt tabu-
lata deaurauit: fusis basibꝫ eaꝝ argēteis. Et
circulos eoꝝ fecit aureos. p quos vectes in-
duci possent: q̄s ⁊ ipos lamis aureis opuit.
Fecit et velū de iacincto ⁊ purpura. vermicu-
lo ac bisso retorta ope polimitario varium
atq; distinctū: ⁊ q̄tuor columnas de lignis
sethim. quas cū capitibꝫ deaurauit: fusis ba-
sibꝫ earuꝫ argēteis. Fecit ⁊ tentoriū in introi-
tu tabernacli ex iacincto. purpura vermicl̄o.
bissoq; retorta ope plumarij: ⁊ columnas
q̄nq; cū capitibꝫ suis q̄s opuit auro: basesq;
eaꝝ fudit eneas: ⁊ opuit auro.

XXXVII

Fecit autem beseleel: et archā de lignis
sethim. habētem duos semis cubitos
in lōgitudine: ⁊ cubitū ac semissem in latitu-
dine: altitudo q̄ꝫ vnius cubiti fuit ⁊ dimidij.
Vestiuitq; eā auro purissimo intus ⁊ foris.
Et fecit illi coronā aureā p gyruꝫ. conflās q̄-
tuor anulos aureos p q̄tuor angulos eius:
duos anulos in latere vno: ⁊ duos in alte-
ro. Vectes q̄ꝫ fecit de lignis sethim. quos
vestiuit auro: ⁊ q̄s misit in anulos qui erāt
in lateribꝫ arche ad portandū eā. Fecit et p-
piciatoriū id ē oraculū de auro mundissimo.
duorū cubitoꝝ et dimidij in lōgitudine: et
cubiti ac semis in latitudine. Duos etiā che-
rubin ex auro ductili quos posuit ex vtraq;
parte ppiciatorij: cherub vnū in summitate
vnius partis: ⁊ cherub alteruꝫ ī summitate
partis alterius. Duos cherubin ī singulis sū-
mitatibꝫ propiciatorij: extendētes alas. et

tegentes ꝓpiciatorium: seq; mutuo et illud
respiciētes. Fecit et mēsā de lignis sethim
in longitudine duoꝝ cubitoꝝ. et in latitu-
dine unius cubiti: q̄ habebat in altitudine
cubitū ac semissem. Circūdeditq; eam auro
mūdissimo ⁊ fecit illi labiū aureū ꝑ gyrum:
ipsiq; labio coronā aureā. interrasilem q̄tuor
digitoꝝ: ⁊ sup eandē. alterā coronā aureā.
Fudit ⁊ q̄tuor circulos aureos. q̄s posuit in
q̄tuor angulos ꝑ singl'os pedes mēse ꝯtra
coronā: misitq; in eos vectes ut possit mēsa
portari: ipos q̄; vectes fecit de lignis sethim.
et circūdedit eos auro. Et vasa ad diūsos
usus mēse. acetabula. fialas. ⁊ sciatos ⁊ thu-
ribula ex auro puro: in quib; offerēda sūt
libamina. Fecit ⁊ candelabrū ductile. de au-
ro mūdissimo. De cuius vecte calami. ciphi.
sperule q; ac lilia ꝓcedebāt: sex in utroq; la-
tere. Tres calami ex parte una: et tres ex
altera. Tres ciphi in nucis modum ꝑ cala-
mos singulos. sperule q; simul ⁊ lilia: et tres
ciphi instar nucis in calamo altero: sperule-
q; simul ⁊ lilia. Equū erāt opus sex calamo-
rum: q̄ ꝓcedebāt de stipite candelabri. In
ipo aūt vecte erāt q̄tuor ciphi in nucis mo-
dū. sperule q; ꝑ singulos ⁊ lilia: et sperule sb
duob; calamis ꝑ loca tria: qui simul sex fi-
unt calami. ꝓcedentes de vecte uno. Et spe-
rule igit' ⁊ calami ex ipo erāt: uniuersa du-
ctilia ex auro purissimo. Fecit ⁊ lucernas
septem cū emūctoriis suis. et vasa ubi ea q̄
emūcta sūt extinguāt': de auro mūdissimo.
Talentū auri appendebat candelabrū cū
omnib; vasis suis. Fecit ⁊ altare thymiama-
tis de lignis sethim. ꝑ quadrū singulos hñs
cubitos ⁊ in altitudine duos: e cuius āgu-
lis ꝓcedebant cornua: vestiuitq; illud au-
ro purissimo. cū craticula ac parietib; et cor-
nib;. Fecitq; ei coronā aureolā per gyrum:
et duos anulos aureos sb corona ꝑ singl'a
latera: ut mittant' in eos vectes. ⁊ possit alta-
re portari. Ipos aūt vectes fecit de lignis se-
thim ⁊ opuit lamīs aureis. Cōposuit ⁊ oleū
ad sanctificacōis ungentū: ⁊ thymiamata
de aromatib; mūdissimis. ope pigmētarii.

XXXVIII

Fecit et altare olo-
causti de lignis sethim: quinq; cubitoꝝ
ꝑ quadrū. et triū in altitudīe: cuius cornua
de angulis ꝓcedebāt: opuitq; illud lamīs
eneis. Et in usus eius parauit ex ere vasa
diūsa: lebetes. forcipes. fuscinulas. uncinos.
et igniū receptacula. Craticulamq; eius in
modū retis fecit eneā: ⁊ subter eam in alta-
ris medio arulam fusis q̄tuor anulis ꝑ toti-
dem retiaculi summitates: ad immittēdos
vectes ad portandū. Quos ⁊ ipos fecit de
lignis sethim ⁊ operuit laminis eneis: indu-
xitq; in circulos qui in laterib; altaris emi-
nebāt. Ipsum autē altare nō erat solidum.
sed cauū. ex tabulatis: ⁊ intus vacuū. Fecit
et labrum eneū cū basi sua: de speculis mlie-
rū que excubabāt in ostio tabernaculi. Fe-
cit et atriū. in cuius australi plaga erāt tēto-
ria de bisso retorta cubitoꝝ centū: columne
enee viginti cū basib; suis: capita colūnaꝝ
et tota operis celatura argētea. Eque ad se-
ptētrionalē plagā. tentoria colūne basesq;
et capita colūnaꝝ. eiusdē mēsure ⁊ opis ac
metalli erāt. In ea vero plaga q̄ ad occidē-
tem respicit fuerūt tētoria cubitoꝝ quīqua-
ginta: columne decē cum basib; suis enee:
et capita columnaꝝ. et tota operis celatura
argētea. Porro ꝯtra oriētem quīquaginta
cubitoꝝ parauit tētoria. e quib; quindecim
cubitos colūnaꝝ trium cū basib; suis unū
tenebat latus: ⁊ in parte altera. q; inter utra-
q; introitū tabernaculi fecit. quīdecim eque
cubitoꝝ erāt tētoria: colūneq; tres ⁊ bases
totidē. Cūcta atrii tētoria bissus retorta te-
ges domino expletis ebdomadibꝫ: venera-
bilis ⁊ sancta erit. Omne opus seruile nõ fa-
cietis in ea. Offeretisq; olocaustũ in odorẽ
suauissimũ domino. vitulos de armẽto duos.
arietem vnũ. agnos anniculos immaculatos
septẽ: atq; in sacrificijs eorũ simile oleo cõspse
tres decĩas p singl'os vitulos. p arietes du-
as: p agnos decimã decĩe q̃ simul sũt agni se-
ptẽ: hircũ q3 q̃ mactat̃ pro expiacõe: pter
olocaustum sempiternũ et liba eius. Imma-
culata offeretis oĩa cũ libacõibꝫ suis.

XXIX

Mensis etiã septi pma dies

venerabilis et sancta erit vob. Om̄e opus seruile nō facietis in ea: qꝛ dies clangoris est ⁊ tubaꝝ. Offeretisqꝫ olocaustū in odorē suauissimū domino. vitulū de armēto vnum et arietē vnū. et agnos āniculos immaculatos septem: et in sacrificijs eoꝝ simile oleo ꝯsperse tres decimas per singulos vitulos: duas decimas ꝑ arietē: vnā decimā ꝑ agnū qui simul sūt agni septē: ⁊ hircū ꝓ peccato qui offert̄ in expiacōe populi: p̄ter olocaustū kalēdaꝝ cū sacrificijs suis: ⁊ olocaustū sempiternū cū libacōnibꝫ solitis. Hijsdem cerimonijs offeretis in odorem suauissimū incensū domino. Decima qꝫ dies mēsis hui⁹ septimi erit vobis sancta atqꝫ venerabilis: et affligetis animas vr̄as. Om̄e opus seruile nō facietis in ea. Offeretisqꝫ olocaustum domio in odorē suauissimū. vitulū de armēto vnū. arietē vnū. agnos anniculos immaculatos septē: ⁊ ī sacrificijs eoꝝ simile oleo consperse tres decimas ꝑ singulos vitulos: duas decimas ꝑ arietē: decimā decime per agnos singl'os q̄ sūt siml' agni septē: ⁊ hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ hijs q̄ offerri ꝓ delicto solēt ī expiacōē: et olocaustū sempit̄nū ī sac̄ficio ⁊ libamibꝫ eoꝝ. Quītadecīa vero die mens̄ septī que vob̄ sancta erit atqꝫ venerabilis: om̄e opus seruile nō facietis in ea: sed celebrabitis solemnitatē domino septem diebꝫ. Offeretisqꝫ olocaustū in odorē suauissimū domino vitulos de armēto tredecim arietes duos. agnos āniculos immacl'atos q̄tuordecim: ⁊ in libamētis eoꝝ. simile oleo ꝯsꝑse. tres decimas ꝑ vitulos singulos qui sunt simul vituli tredecim: ⁊ duas decimas arieti vno. id est simul arietibꝫ duobꝫ: ⁊ decimā decime agnis singulis qui sunt simul agni quatuordecī: ⁊ hircum ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempiterno. et sacrificio et libamine ei⁹. In die altero offeres vitulos de armento duodecī. arietes duos. agnos āniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singuloꝝ ꝑ vitulos ⁊ arietes et agnos rite celebrabis: ⁊ hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempiterno. sacrificioqꝫ ⁊ libamine ei⁹. Die tercio offeres vitulos vndecim. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singuloꝝ ꝑ vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabis: ⁊ hircum pro peccato absqꝫ olocausto sempiterno sacrificioqꝫ ⁊ libamine eius. Die quarto offeres vitulos decem. arietes duos agnos anniculos immaculatos q̄tuordecim: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singl'oꝝ ꝑ vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabis: et hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempit̄no sacrificioqꝫ eius ⁊ libamine. Die quīto offeres vitulos nouē. arietes duos. agnos āniculos immaculatos q̄tuordecī: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singuloꝝ ꝑ vitulos ⁊ arietes et agnos rite celebrabis: ⁊ hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempiterno sacrificioqꝫ eius ⁊ libamine. Die sexto offeres vitulos octo. arietes duos. agnos anniculos immaculatos quatuordecī: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singl'orū ꝑ vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabis: ⁊ hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempit̄no sacrificioqꝫ eius ⁊ libamīe. Die septīo offeres vitulos septē ⁊ arietes duos agnos anniculos immaculatos q̄tuordecim: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singuloꝝ ꝑ vitulos et arietes ⁊ agnos rite celebrabis: ⁊ hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempiterno sacrificioqꝫ ei⁹ et libamine. Die octauo qui ē celeberrim⁹. om̄e opus s̄uile nō facietis offerentes olocaustū in odorem suauissimū domino vitulū vnū arietē vnū. agnos āniculos immaculatos septē: sacrificiaqꝫ ⁊ libamina singulorū ꝑ vitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite celebrabis: et hircū ꝓ pcc̄o absqꝫ olocausto sempit̄no sacrificioqꝫ eius ⁊ libamine. Hec offeretis dn̄o in solēnitatibꝫ vr̄is: p̄ter vota et oblationes sp̄otaneas in olocausto. in sacrificiō in libamine ⁊ in hostijs pacificis. XXX

Narrauitqꝫ moyses filijs israhel omnia que ei dominus imperarat: ⁊ locutus est ad principes tribuū filioꝝ israhel. Iste ē sermo quē p̄cepit dominus. Si quis viroꝝ votū domino vouerit. aut se ꝯstrinxerit iuramento: nō faciet irritū v̄bū suū: ſꝫ om̄e qḋ ꝓmisit implebit. Mulier si quippiā vouerit et se ꝯstrinxerit iuramēto que ē in domo patris sui. et in etate adhuc puellari: si cognouerit pater votū qḋ pollicita est. et iuramentū quo obligauit animā suā ⁊ tacuerit: voti rea erit. Quicquid pollicita ē ⁊ iurauit: ope

P

ꝯplebit. Sin autē statim ut audierit ꝯtradixerit pr̄: et vota et iuramenta eius irrita erūt: nec obnoxia tenebit̄ sponsiōi eo q̄ ꝯtradixerit pater. Si maritū habuerit et vouerit aliquid et semel de ore eius verbū egrediēs aīam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir et nō cōtradixerit. voti rea erit: reddetq̄ quodcūq̄ ꝓmiserat. Sin autē audiens statim contradixerit et irritas fecerit pollicitacōes eius. verbaq̄ quibꝰ obstrinxerat animā suam: ꝓpicius erit ei dominus. Vidua et repudiata quicq̄d vouerint reddēt. Vxor in domo viri cū se voto constrinxerit et iuramento: si audierit vir et tacuerit nec cōtradixerit sponsiōi: reddet qđ cunq̄ ꝓmiserat. Sin autē extimplo contradixerit: non tenebit̄ ꝓmissionis rea: q̄r maritus cōtradixit: et dominus ei ꝓpicius erit. Si vouerit et iuramēto se cōstrinxerit vt ꝑ ieiunium vel ceteraꝝ reꝝ abstinentiam affligat animā suam: in arbitrio viri erit si faciat siue non faciat. Quod si audiens vir tacuerit et in alteram diē distulerit sentētiam: q̄cquid vouerat atq̄ ꝓmiserat reddet: q̄r statim vt audiuit tacuit. Sin autē cōtradixerit postq̄ rescuit: portabit ipe iniquitatē eius. Iste sūt leges quas cōstituit dn̄s moysi inter virū et vxorem: inter patrem et filiā que in puellari adhuc etate ē: vel que manet in parentis domo.

XXXI

Locutusq̄ est dominus ad moysen dicens. Vlciscere prius filios israhel de madianitis: et sic colligeris ad ꝑplm tuū. Statimq̄ moyses armate inquit ex vobis viros ad pugnam: qui possint vlcōnem domini expetere de madianitis. Mille viri de singulis tribubꝰ eligant̄ ex israhel: qui mittantur ad bellū. Dederūtq̄ millenos de singulis tribubꝰ id est duodecim milia expeditorū ad pugnā: quos misit moyses cū phinees filio eleazari sacerdotis: vasaq̄ sancta et tubas ad clangendū tradidit ei. Cūq̄ pugnassent contra madianitas atq̄ vicissent. omnes mares occiderunt et reges eorum eui et recem. et sur. et vr. et rebe quinq̄ principes gentis: balaam quoq̄ filiū beor interfecerūt gladio: ceperūtq̄ mulieres eorum et paruulos omniaq̄ pecora et cūctam

II

supellectilem. Quicquid habere potuerāt depopulati sūt: tā vrbes q̄ viculos. et castella flāma consūpsit. Et tulerunt predā et vniuersa q̄ ceperant tam ex hominibꝰ q̄ ex iumentis: et cōduxerūt ad moysen et eleazarū sacerdotem et ad omnē multitudinē filioꝝ israhel. Reliqua autē vtensilia portauerūt ad castra in campestribꝰ moab: iuxta iordanem contra iericho. Egressi sunt autē moyses et eleazar sacerdos et omnes principes synagoge in occursū eoꝝ extra castra. Iratusq̄ moyses principibꝰ exercitus tribunis et centurionibꝰ qui venerāt de bello ait. Cur feminas reseruastis? Nonne iste sunt que deceperūt filios israhel ad suggestionē balaam. et preuaricari fecerunt vos in dn̄o sup peccato phogor vnde et ꝑcussus est populus? Ergo cūctas interficite. Quicq̄d est generis masculini etiam in paruulis. et mulieres que nouerunt viros in coitu iugulate: puellas autē et omnes feminas virgines reseruate vobis: et manete extra castra septē diebꝰ. Qui occiderit hominē. vel occisū tetigerit: lustrabitur die tercio et septimo. Et de omni preda siue vestimentū fuerit siue vas et aliquid in vtensilia ꝑparatū de capraꝝ pellibus et pilis et ligno expiabit̄. Eleazar quoq̄ sacerdos ad viros exercitus qui pugnauerant sic locutus est. Hoc est p̄ceptum legis: qđ mandauit deus moysi. Aurū et argentū et es et ferrum et plumbū et stannū et omne qđ potest transire ꝑ flāmas. igne purgabit̄: quicquid autē ignem non potest sustinere. aqua expiacōnis sanctificabitur: et lauabitis vestimēta vestra die septimo. et purificati postea castra intrabitis. Dixit quoq̄ dn̄s ad moysen. Tollite sūmam eoꝝ que capta sunt ab homine usq̄ ad pecus tu et eleazar sacerdos. et principes vulgi: diuidesq̄ ex equo ꝑdā inter eos qui pugnauerūt et egressi sunt ad bellū et inter omnē reliquam multitudinem: et separabis partē domino ab hijs qui pugnauerūt et fuerūt in bello vnam animā de quīgentis tam ex hominibꝰ q̄ ex bobus et asinis et ouibus: et dabis eam eleazaro sacerdoti: quia p̄micie domini sunt. Ex media quoq̄ parte filioꝝ israhel accipies quīquagesimū caput hoīm et boū et asinoꝝ et ouiū cūctoꝝq̄

animantiũ: et dabis ea leuitis qui excubãt in custodijs tabnaculi dñi. Feceruñtq; moyses et eleazar sicut p̄ceperat dominus. Fuit autẽ preda quam exercitus ceperat. ouiũ sexcẽta septuaginta quĩq; milia: boũ septuaginta duo milia. asinoꝝ sexaginta milia et mille: anime hominũ sexus feminei que non cognouerãt viros. triginta duo milia. Dataq; ẽ media ps hijs qui in p̄lio fuerãt. ouiũ trecẽta triginta septẽ milia quĩgente. e quibꝫ in partẽ domini supputate sũt oues sexcente septuaginta quĩq;: et de bobus triginta sex milibꝫ boues septuaginta et duo: de asinis triginta milibꝫ quĩgẽtis. asini sexaginta unus. De animabꝫ hominũ sedecim milibꝫ. cesserũt in ptẽ dñi triginta due anime. Tradiditq; moyses numeꝝ p̄mitiaꝝ domini eleazaro sacerdoti sicuti fuerat ei imperatũ ex media pte filioꝝ israhel: quam separauerat hijs q̃ in p̄lio fuerãt. De media vero pte que cõtigerat relique multitudini id ẽ de ouibꝫ trecentis triginta septẽ milibus quĩgentis. et de bobus triginta sex milibus. et de asinis triginta milibꝫ quĩgẽtis. et de hominibꝫ sedecim milibus. tulit moyses quĩquagesimũ caput: et dedit leuitis q̃ excubabant in tabnaculo dñi: sicut p̄ceperat dñs. Cumq; accessissent p̃ncipes exercitus ad moysen et tribuni cẽturionesq;. dixerunt. Nos serui tui recensuimꝰ numeꝝ pugnatoꝝ quos habuimus sub manu nr̃a: et ne vnus quidem defuit. Ob hanc causam offerimꝰ in donarijs dñi singuli qđ in preda auri potuimus inuenire. periscelides et armillas anulos et dextralia ac murenulas: vt dep̄ceris p nobis dñm. Susceperũtq; moyses et eleazar sacerdos om̃e aurũ in diũsis speciebus pondo sedecim milia septingentos quĩquaginta siclos: a tribunis et cẽturionibus. Vnusquisq; enim qđ in preda rapuerat suũ erat. Et susceptũ intulerunt in tabnaculum testimonij: in monimentum filiorum israhel coram domino

XXXII

Filij aũt ruben et gad habebãt pecora multa: et erat illis in iumentis infinita substantia. Cumq; vidissent iazer et galaad aptas animalibꝫ alendis terras: venerũt ad moysen et ad eleazarum sacerdotẽ. et principes multitudinis: atq; dixerũt. Astharoth et dibon et iazer et nemra esebon et eleale et saban et nebo et beon terra quã pcussit dominus in conspectu filioꝝ israhel. regionis vberrime ẽ ad pastũ animaliũ: et nos serui tui habemus iumenta plurima: p̄camurq; si inuenimꝰ gratiã corã te. vt des nobis famulis tuis eã in possessionẽ nec facias nos trãsire iordanen. Quibꝫ respondit moyses. Numquid fratres vestri ibũt ad pugnã: et vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filioꝝ israhel. ne trãsire audeãt in locũ quẽ eis daturus est dominus? Nõne ita egerũt patres vestri. quando misi de cadesbarne ad explorandã terrã? Cũq; venissent ad vallẽ botri lustrata omni regione subuerterũt cor filioꝝ israhel vt nõ intrarẽt fines quos eis dominus dedit: qui iratus iurauit dicẽs. Si videbũt hoĩes isti q̃ ascenderũt ex egipto a viginti ãnis et sup̄ terrã quã sub iuramẽto pollicitus sũ abrahã ysaac et iacob: et noluerũt sequi me p̄ter caleph filiũ iephone cenezeũ et iosue filiũ nun. Isti impleuerũt volũtatem meã. Iratusq; dñs aduersũ israhel circũduxit eũ p desertũ quadraginta ãnis: donec consumeretur vniũsa gñatio q̃ fecerat malũ in ɔspectu eiꝰ. Et ecce inquit vos surrexistis p p̃ribꝫ vestris incremẽta et alumni hominũ peccatoꝝ: vt augeretis furorẽ dñi cõtra isrl̃. Quod si nolueritis sequi eum. in solitudine populũ derelinquet: et vos causa eritis necis omniũ. At ille pp̄e accedẽtes dixerũt. Caulas ouiũ fabricabimus et stabula iumẽtoꝝ. paruulis q̃z nostris vrbes munitas: nos autem ipi armati et accincti pgemus ad preliũ ante filios israhel. donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri et quicq̃d habere possumꝰ erũt in vrbibꝫ muratis pp̄ter habitatoꝝ insidias. Nõ reũtemur in domos nostras vsq; dũ possideãt filij israhel hereditatem suã: nec quicq̃ queremus trans iordanen: q: iam habemus possessionẽ nostram ĩ oriẽtali eius plaga. Quibꝫ moyses ait. Si facitis quod pmittitis expediti pgite coraz dño ad pugnã. et om̃is vir bellator armatus iordanen transeat. donec subuertat dominus inimicos suos. et subiciat̃ ei om̃is terra: tũc eritis inculpabiles apud deũ et apud israhel.



et obtinebitis regiones quas vultis coraȝ
dn̄o . Si maūt qd̄ dicitis non feceritis: nulli
dubiū est quī peccetis in deū : ⁊ scitote quo-
niam peccatū vr̄m apphendet vos. Edifica-
te ergo vrbes paruulis vestris ⁊ caulas ⁊
stabula ouibꝫ ac iumentis : ⁊ qd̄ polliciti e-
stis implete. Dixeruntqꝫ filij gad ⁊ ruben ad
moysen. Serui tui sumus faciemus qd̄ iu-
bet dn̄s noster. Paruulos nr̄os ⁊ mulieres
et pecora ac iumēta relinquemus in vrbibꝫ
galaad: nos aūt famuli tui omnes expedi-
ti pgemus ad bellū sicut tu dn̄e loq̄ris. Pre-
cepit ergo moyses eleazaro sacerdoti ⁊ io-
sue filio nun ⁊ principibꝫ familiaꝝ tribꝫ isra-
hel: ⁊ dixit ad eos. Si transierint filij gad
et filij ruben vobiscū iordanen om̄es arma-
ti ad bellū coram dn̄o . ⁊ vobis fuerit terra
subiecta : date eis galaad in possessionem.
Si maūt noluerint trāsire vobiscū in terraȝ
chanaan: inter vos habitandi accipiāt lo-
ca. Respōderūtqꝫ filij gad . ⁊ filij ruben . Si-
cut locutus est dn̄s seruis suis ita faciemus.
Ipi armati pgemus coraȝ dn̄o in terrā cha-
naan: ⁊ possessionē iam suscepisse nos ɔfite-
mur trans iordanen. Dedit itaqꝫ moyses fi-
lijs gad ⁊ ruben ⁊ dimidie tribui manasse fi-
lij ioseph regnum seon regis amorrei ⁊ re-
gnū og regis basan: ⁊ terrā eoꝝ cū vrbibꝫ
suis p circuitū . Igit̄ extruxerūt filij gad di-
bon ⁊ astharoth ⁊ aroer ⁊ roth ⁊ sophan ⁊
iazer iecbaa ⁊ bethnemra ⁊ betharan vrbes
munitas: ⁊ caulas pecoribus suis. Filij vero
rubē edificauerūt esebon ⁊ eleale ⁊ cariatha-
im ⁊ nabo ⁊ baalmeon versis nominibꝫ : sa-
bama q̄qꝫ: imponentes vocabula vrbibꝫ q̄s
extruxerāt . Porro filij machir filij manasse
prexerūt in galaad : ⁊ vastauerūt eam in-
terfecto amorreo habitatore eius. Dedit er-
go moyses terram galaad machir filio ma-
nasse: q̄ habitauit in ea . Iair aūt filius ma-
nasse . abijt ⁊ occupauit vicos eius : quos
appellauit auothiair id ē villas iair . Nobe
quoqꝫ perrexit ⁊ apprehendit canath cū vi-
culis suis: vocauitqꝫ eā ex nomine suo nobe.

VIII

Ec sunt mansiones XXXIII
filioꝝ israhel q̄ egressi sūt de egipto p
turmas suas in manu moysi ⁊ aaron: quas
descripsit moyses iuxta castroꝝ loca q̄ dn̄i
iussione mutabāt . Profecti igit̄ de ramesse
mense p̄mo quītadecima die mens̄ p̄mi: fe-
cerunt altera die phase filij israhel in manu
excelsa vidētibꝫ cūctis egiptijs : et sepeliē-
tibus primogenitos quos percusserat dn̄s.
Nam ⁊ in dijs eoꝝ exercuerat vltioneȝ. Ca-
strametati sūt in soccoth: de soccoth venerūt
in etham que est in extremis finibꝫ solitudi-
nis . Inde egressi venerūt cōtra phiairoth
que respicit beelsephon: ⁊ castrametati sunt
ante magdalū. Profectiqꝫ de phiairoth trā-
sierūt p mediū mare in solitudineȝ: ⁊ ambu-
lantes tribꝫ diebꝫ p desertū etham castrame-
tati sūt in mara. Profectiqꝫ de mara venerūt
in helim vbi erāt duodecim fontes aquaꝝ
et palme septuaginta: ibiqꝫ castrametati sūt.
Sed ⁊ inde egressi: fixerūt tentoria super
maē rubrū. Profectiqꝫ de mari rubro castra-
metati sunt in deserto synai: vnde egressi ve-
nerēt in deptha. Profectiqꝫ de deptha castra-
metati sunt in halus : egressiqꝫ de halus . ra-
phidim fixere tentoria: vbi poplo defuit aq̄
ad bibēdū . Profectiqꝫ de raphidim: castra-
metati sūt in deserto synai. Sed ⁊ de solitudi-
ne synai egressi . venerūt ad sepulcra ɔcupi-
scentie: pfectiqꝫ de sepulcris ɔcupiscentie ca-
strametati sūt in asseroth : et de asseroth ve-
nerunt in rethma . Profectiqꝫ de rethma ca-
strametati sūt in remomphares : vnde egres-
si venerunt in lebna . De lebna castrametati
sūt in ressa: egressiqꝫ de ressa venerūt in ceela-
tha. Vnde pfecti castrametati sūt in mōte se-
pher: egressi de monte sepher venerūt in ara-
da . Inde pficiētes castrametati sūt in mace-
loth: pfectiqꝫ de maceloth . venerēt in taath.
De taath castrametati sunt in thare : vnde
egressi fixere tentoria in methca. Et de met-
cha castrametati sūt in esmona : pfectiqꝫ de
esmona venerēt in moseroth . Et de moseroth
castrametati sūt in baneiachan: pfectiqꝫ de
baneiachan venerēt in montē gadgad. Vn̄
pfecti castrametati sūt in iethebatha: et de
iethebatha venerunt in ebrona . Egressiqꝫ
de ebrona castrametati sūt in asiongaber: in-
de pfecti venerūt in desertū syn. Hec est cades.
Egressiqꝫ de cades castrametati sūt in mōte
or: in extremis finibꝫ terre edom. Ascendit-
qꝫ aaron sacerdos in montē or iubēte dn̄o:

P

II

ibi mortuus ē anno quadragesimo egressi-
onis filioꝝ israhel ex egipto mēse quīto ꝑ-
mo die mensis cū esset annoꝝ centūuiginti-
triū. Audiuitqꝫ chananeus rex arad · q̃ ha-
bitabat ad meridiē: in terrā chanaan venis-
se filios israhel. Et ꝓfecti de monte or castra-
metati sunt in salmona: vnde egressi venerūt
in phinon. Profectiqꝫ de phinon castrame-
tati sunt in oboth: et de oboth venerūt in iea-
barim que ē in finib9 moabitaꝝ. Profecti-
qꝫ de ieabarim fixere tētoria in dibongad:
vnde egressi castrametati sunt in elmon de-
blathaim. Egressiqꝫ de elmon deblathaim
venerūt ad montes abarim contra nabo: ꝓ-
fectiqꝫ de montib9 abarim transierūt ad cā-
pestria moab sup iordanen contra ihericho.
Ibiqꝫ castrametati sunt de bethsimon usqꝫ
ad belsathim in planioribus locis moabita-
rum: vbi locutus est dn̄s ad moysen. Pre-
cipe filijs israhel: et dic ad eos. Quādo trā-
sieritis iordanen intrantes terrā chanaan.
disperdite cūctos habitatores terre illius:
confringite vitulos et statuas cōminuite atqꝫ
omnia excelsa vastate: mūdantes terram
et habitantes in ea. Ego enim dedi vobis
illam in possessionem: quā diuidetis vobis
sorte. Pluribus dabitis latiorem: et pauciori-
bus angustiorē. Singulis ut sors ecide-
rit: ita tribuet̄ hereditas. Per trib9 et famili-
as possessio diuidet̄. Sin aūt nolueritis in-
terficere habitatores terre: q̃ remanserint.
erūt vobis quasi claui in oculis et lancee in
laterib9 et adūsabūtur vob̄ in t̄ra habitatio-
nis vestre: et quicquid illis cogitaueram fa-
cere vobis faciam. XXXIIII

Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicens.
Precipe filijs isrl̄: et dices ad eos. Cū
ingressi fueritis terram canaan. et in possessi-
onem vobis sorte ceciderit: hijs finib9 ter-
minabit̄. Pars meridiana incipiet a solitu-
dine syn que ē iuxta edom: et habebit termi-
nos contra orientē mare salsissimū: qui cir-
cuibūt australē plagam per ascensū scorpi-
onis. ita ut transeant in senna et ꝑueniāt ad
meridiem usqꝫ ad cadesbarne: vnde egre-
dient̄ confinia ad villā nomine adar et ten-
dent usqꝫ asemona. Ibitqꝫ ꝑ gyrum termi-
nus ab asemona usqꝫ ad torrentē egipti: et
magni maris litore finietur. Plaga aūt oc-
cidentalis a mari magno incipiet: et ipso fi-
ne claudetur. Porro ad septentrionalem
plagam a mari magno termini incipient ꝑ-
uenientes usqꝫ ad montē altissimū: a quo ve-
nient in emath usqꝫ ad terminos sedada:
ibuntqꝫ confinia usqꝫ ad ebrona et villā he-
nan. Hij erunt termini in ꝑte aquilonis. In-
de metabūtur fines contra orientalē plagā
de villa henan usqꝫ sephama: et de sephama
descendent termini in reblatha contra fon-
tem daphnim. Inde ꝑuenient cōtra orientē
ad mare cenereth et tēdent usqꝫ iordanen:
et ad vltimū salsissimo claudent̄ mari. Hāc
habebitis terrā ꝑ fines suos in circuitu. Pre-
cepitqꝫ moyses filijs israhel dicēs. Hec erit
terra quā possidebitis sorte: et quā iussit do-
minus dari nouē tribub9 et dimidie tribui.
Tribus enim filioꝝ ruben ꝑ familias suas
et tribus filioꝝ gad iuxta cognacōnū nume-
rum: media quoqꝫ tribus manasse id ē due
semis trib9 acceperūt partē suam trans ior-
danen contra ihericho: ad orientalem pla-
gam. Et ait dn̄s ad moysen. Hec sunt nomi-
na viroꝝ qui terram diuident vobis. Elea-
zar sacerdos et iosue filius nun: et singuli pn̄-
cipes de tribub9 singulis quoꝝ ista sunt vo-
cabula. De tribu iuda: caleph filius iephone.
De tribu symeon: samuhel filius amiud. De
tribu beniamin: helidad. filius chaselon. De
tribu filioꝝ dan: bocci filius iogli. Filioꝝ io-
seph de tribu manasse: hanniel fili9 ephot.
De tribu ephraim: camuhel fili9 sepththan. De
tribu zabulon: helisaphan filius pharnath.
De tribu ysachar: dux phaltihel filius ozan.
De tribu aser: abiud fili9 salomi. De tribu ne-
ptalim: phedahel. fili9 amiud. Hij sunt qui-
bus preceperat dominus ut diuiderent filijs
israhel terram chanaan. XXXV

Hec quoqꝫ locutus est dn̄s ad moysen
in cāpestrib9 moab sup̄ iordanen cōtra
iericho. Precipe filijs israhel ut dent leuitis
de possessionibus suis vrbes ad habitandū
et suburbana eaꝝ ꝑ circuitū: ut ipi in opidis
maneant. et suburbana sint pecoribus ac iu-
mentis: que a muris ciuitatū forinsecus ꝑ cir-
cuitū mille passuū spacio tendētur. Contra
orientem. duo milia erunt cubiti et contra

meridiẽ similiter erũt duo milia. Ad mare
quoq; qḋ respicit occidentẽ· eadẽ mensura
erit: et septentrionalis plaga equali termi-
no finietur. Erũtq; vrbes in medio: et foris
suburbana. De ipis aũt oppidis que leuitis
dabitis. sex erũt in fugitiuorum auxilia sepa-
ta. ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinẽ: et
exceptis hijs alia q̃draginta duo oppida:
id ẽ sil' q̃draginta octo cũ suburbanis suis.
Ipseq; vrbes que dabũt̃ de possessionibȝ fi-
liorum israhel. ab hijs q̃ plus habent plures
auferent̃: et qui minus pauciores. Singuli
iuxta mẽsurã hereditatis sue dabũt oppida
leuitis. Ait dñs ad moysen. Loquere filijs
israhel: et dices ad eos. Quãdo trãsgressi
fueritis iordanen in terrã chanaan. decerni-
te que vrbes esse debeant in presidia fugiti-
uorum. qui nolentes sanguinẽ fuderint: in q̃-
bus cũ fuerit profugus. cognatus occisi eum
occidẽ non poterit: donec stet in conspectu
multitudinis. et causa illius iudicet̃. De ipis
aũt vrbibȝ q̃ ad fugitiuorum subsidia sepan-
tur tres erũt trans iordanen ⁊ tres in terra
chanaan. tam filijs israhel q̃ aduenis atq;
peregrinis: ut confugiat ad eas. qui nolẽs
sanguinẽ fuderit. Si quis ferro pcusserit ⁊
mortuus fuerit qui pcussus est. reus erit ho-
micidij: et ipe morietur. Si lapidẽ iecerit ⁊
ictus occubuerit: simili' puniet̃. Si ligno
pcussus interierit: pcussoris sanguine vin-
dicabitur. Propinquus occisi homicidã in-
terficiet: statim ut apphenderit eũ pcutiet.
Si p odiũ quis hominẽ impulerit uel iece-
rit quippiã in eum p insidias: aut cũ esset ini-
micus manu pcusserit et ille mortuus fuerit:
pcussor homicidij reus erit. Cognatus occi-
si statim ut inuenerit eũ iugulabit. Quod
si fortuitu et absq; odio et inimicicijs q̃cq̃
horum fecerit. ⁊ hoc audiẽte populo fuerit cõ-
probatũ. atq; inter pcussorem ⁊ ppinquũ san-
guinis. questio ventilata: liberabit̃ innocẽs
de vltoris manu. et reducet̃ p sentẽtiã in vr-
bem ad quã confugerat: manebitq; ibi do-
nec sacerdos magnus q̃ oleo sancto vnctus
est moriatur. Si interfector extra fines vr-
biũ que exulibȝ deputate sũt fuerit inuẽtus
et pcussus ab eo q̃ vltor ẽ sanguinis: absq;
noxa erit q̃ eum occiderit. Debuerat enim
profugus usq; ad mortẽ pontificis in vrbe re-
sidere. Postq̃ aũt ille obierit: homicida reu-
tet̃ in terrã suã. Hec sempiterna erũt et legi-
tima. in cũctis habitacõibȝ vr̃is. Homici-
da sub testibȝ puniet̃. Ad vnius testimoniũ
nullus cõdemnabit̃. Nõ accipietis p̃ciũ ab
eo qui reus est sanguinis: statim ⁊ ipe mori-
etur. Exules ⁊ profugi ante mortẽ pontificis
nullomodo in vrbes suas reuerti poterũt ne
polluatis terrã habitacõis vestre q̃ insontiũ
cruore maculat̃: nec alit' expiari potest nisi
p eius sanguinẽ. qui alterius sanguinẽ fude-
rit: ita emũdabitur vr̃a possessio me cõmorã-
te vobiscũ. Ego enim sum dominus: qui ha-
bito inter filios israhel. XXXVI

Accesserunt aũt ⁊ principes familiarum ga-
laad filij machir filij manasse de stir-
pe filiorum ioseph: locutiq; sunt moysi coram
principibȝ israhel atq; dixerũt. Tibi domino
nostro p̃cepit dñs ut terrã sorte diuideres
filijs israhel: ⁊ vt filiabȝ salphaad fratris no-
stri dares possessionẽ debitã patri: quas si
alterius tribȝ homines vxores acceperint.
sequet̃ possessio sua: ⁊ translata ad aliã tri-
bũ de nr̃a hereditate minuet̃: atq; ita fiet vt
cũ iubileus id est quinquagesimus annus
remissionis aduenerit cõfundat̃ sortium di-
stribucõ: ⁊ aliorum possessio ad alios trãseat.
Rñdit moyses filijs israhel: ⁊ dño p̃cipiente
ait. Recte tribus filiorum ioseph locuta est: et
hec lex sup filiabȝ salphaad a dño pmulga-
ta est. Nubant quibus volũt: tantũ ut sue
tribus hominibȝ: ne cõmisceat̃ possessio filio-
rũ israhel de tribu in tribũ. Omnes enim viri
ducẽt vxores de tribu et cognacõe sua. ⁊ cũ-
cte femine de eadẽ tribu maritos accipiẽt:
vt hereditas pmaneat in familijs nec sibi
misceantur tribus: sed ita maneãt vt a dño
separate sũt. Feceruntq; filie salphaad vt si-
bi fuerat imperatũ: et nupserũt maala ⁊ ther-
sa ⁊ egla ⁊ melcha ⁊ noa filijs patrui sui de
familia manasse qui fuit filius ioseph: et pos-
sessio que illis fuerat attributa mansit in tri-
bu et familia patris earum. Hec sunt mãda-
ta atq; iudicia: que mandauit dominus per
manũ moysi ad filios israhel in campestribus
moab supra iordanen contra ihericho. Explicit
liber numeri.

Incipit elleaddaberim qui deuteronomiū

H
Ec sunt ūba ꝓnotatur
que locutus ē moyses
ad omēz isrł trās ior-
danē in solitudine cā-
pestri· contra mare ru-
brū: inter pharan et
thofel et laban et ase-
roth· vbi auri ē plurimū· vndecim dieb⁹ de
oreb: ꝑ viam montis seir vsq3 cadesbarne.
Quadragesimo anno vndecīo mense ꝑma
die mens locutus est moyses ad filios isrł
oīa que ꝑceperat illi dn̄s· ut diceret eis:
postq̄ ꝑcussit seon regē amorreorū· q̄ habi-
tauit in esebon: et og regē basan q̄ mansit
in aseroth ⁊ in edrai trans iordanen in terra
moab. Cepitq3 moyses explanare legē et
dicē. Dominus deus noster locutus est ad
nos in oreb dicēs. Sufficit vobis q̄ in hoc
mōte mansistis. Reūtimini ⁊ venite ad mon-
tem amorreoꝝ ⁊ ad cetera que ei ꝓxima sūt
cāpestria atq3 mōtana ⁊ humiliora loca con-
tra meridiē ⁊ iuxta litus maris: terram cha-
naneoꝝ ⁊ libani usq3 ad flumen magnū eu-
fraten. En inquit tradidi vobis. Ingredimi-
ni ⁊ possidete eā: sup qua iurauit dn̄s patri-
bus vestris abrahā ysaac ⁊ iacob: ut daret
illam eis ⁊ semini eoꝝ post eos. Dixitq3 vo-
bis illo in tēpore. Nō possum solus sustine-
re vos q̄a dominus deus vester multiplica-
uit vos: et estis hodie sicut stelle celi pluri-
mi. Dominus deus patrū vr̄oꝝ addat ad
hūc numerū multa milia: et benedicat vob
sicut locutus est. Non valeo solus negocia
vr̄a sustinere· ⁊ pondus ⁊ iurgia. Date ex
vobis viros sapientes ⁊ gnaros quoꝝ cō-
uersacō sit ꝓbata in tribub⁹ vr̄is: ut ponam
eos vobis principes. Tunc respondistis
michi. Bona res est quā vis facere. Tuli-
q3 de tribub⁹ vestris viros sapiētes ⁊ nobi-
les ⁊ ꝯstitui eos principes tribunos ⁊ cēturi-
ones ⁊ quinq̄genarios ac decanos qui do-
cerēt vos singula: ꝑcepiq3 eis dicēs. Audi-
te illos: et q̄d iustū est iudicate. Siue ciuis
sit ille siue ꝑegrinus: nulla erit distantia ꝑ-
sonaꝝ. Ita paruū audietis ut magnū: nec
accipietis cuiusq̄ ꝑsonā: q2 dei iudiciuz est.
Quod si difficile vobis visuz aliquid fuerit
referte ad me: ⁊ ego audiā. Precepiq3 oīa
q̄ facē deberetis. Profectiq3 de oreb trāsiuim⁹
ꝑ heremū terribilē ⁊ maximā solitudinē quā
vidistis ꝑ viam mōtis amorrei: sicut ꝑcepe-
rat dn̄s deus noster nob. Cūq3 venissemus
in cadesbarne dixi vobis. Venistis ad mōtē
amorrei: quē dn̄s deus vester daturus ē vob.
Vide terram: quā dn̄s deus tuus dabit tibi.
Ascende ⁊ posside eam: sicut locutus est dn̄s
deus noster patrib⁹ tuis. Noli timere: nec
quicq̄ paueas. Et accessistis ad me oēs
atq3 dixistis. Mittamus viros qui ꝯsiderēt
terrā: et renunciēt ꝑ q̄d iter debeamus ascē-
dere: et ad quas ꝑgere ciuitates. Cunq3 mi-
chi sermo placuisset: misi ex vobis duodecī
viros singulos de tribub⁹ suis. Qui cū pre-
xissent ⁊ ascēdissent in mōtana· venerūt usq3
ad vallem botri: ⁊ ꝯsiderata terra· sumentes
de fructib⁹ eius vt ostenderēt vbertatē attu-
lerūt ad nos: atq3 dixerūt. Bona est terra
quā dominus deus noster daturus est nob.
Et noluistis ascendere: s3 increduli ad ꝯmo-
nē dei nr̄i murmurastis in tabernaculis vr̄is:
atq3 dixistis. Odit nos dominus: ⁊ idcirco
eduxit nos de terra egipti ut traderet nos
in manu amorrei atq3 deleret. Quo ascende-
mus? Nūcij terruerūt cor nr̄m dicētes. Ma-
xima multitudo est: ⁊ nobis statura ꝓcerior.
Vrbes magne ⁊ ad celū vsq3 munite. Filios
enachim vidimus ibi. Et dixi vobis noli-
te metuere: nec timeatis eos. Dominus deus
qui ductor est noster· ꝓ vobis ipe pugna-
bit: sicut fecit in egipto cūctis vidētib⁹: et in
solitudine ipi vidistis. Portauit te dn̄s de⁹
tuus vt solet homo gestaē paruulū filiū suū
in oīni via ꝑ quā ambulasti: donec veniretis
ad locū istū. Et nec sic quidē credidistis do-
mino deo vestro qui ꝑcessit vos in via ⁊ me-
tatus est locū in quo tentoria figere debere-
tis: nocte ostendēs vobis iter ꝑ ignē ⁊ die
ꝑ colūnā nubis. Cūq3 audisset dn̄s vocē ser-
monū vr̄oꝝ: iratus iurauit ⁊ ait. Nō videbit
quispiā de hominib⁹ gn̄ationis hui⁹ pessime
terrā bonā quā sub iuramēto pollicitus sum
patrib⁹ vestris: preter caleph filiuz iephone.
Ipse enim videbit eam: et ipsi dabo terram
quā calcauit ⁊ filijs eius: q2 secutus est dn̄m.
Nec mirāda indignacō in populū: cū michi

q̄ȝ iratus deus ꝓpter vos dixerit. Nec tu ingredieris illuc: sȝ iosue fili⁹ nun minister tuus ipe intrabit ꝓ te. Huc exhortare et robora et ipe sorte terrā diuidet isrl'i. Paruuli vr̄i de quib⁹ dixistis q̄ captiui ducerent᷑ ⁊ filij qui hodie boni ac mali ignorant distantiā ipi ingredient᷑: et ipis dabo terram et possidebūt eā: vos aūt reuertimini et abite in solitudinē ꝑ viā maris rubri. Et respōdistis michi. Peccauimus dn̄o. Ascendemus et pugnabimus: sicut precepit dn̄s deus noster.

T VI

Cūq̄ȝ instructi armis ꝑgeretis in montem: ait michi dn̄s. Dic ad eos. Nolite ascendē neq̄ȝ pugnetis. Non enim sum vobiscū: ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum et nō audistis: sȝ aduersantes imperio dn̄i et tumentes supbia ascendistis in montē. Itaq̄ȝ egressus amorreus q̄ habitabat in mōtibus ⁊ obuiā veniens psecutus est vos sic solēt apes psequi: et cecidit de seir usq̄ȝ horma. Cumq̄ȝ reuersi ploraretis coram dn̄o non audiuit vos: nec voci vr̄e voluit acquiescē. Sedistis ergo in cadesbarne multo tēpore.

II

VII

Profectiq̄ȝ inde venimus in solitudinem que ducit ad mare rubrum sicut michi dixerat dn̄s: et circuiuimus mōtem seir longo tēpore. Dixit domin⁹ ad me. Sufficit vobis circuire mōtem istū: ite cōtra aquilonē: et populo p̄cipe dicēs. Transibitis per terminos fratrū vestrorum filiorum esau qui habitant in seir: et timebunt vos. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. Neq̄ȝ enim dabo vob' de terra eorum quantū potest vnius pedis calcare vestigiū: q̄ in possessionē esau dedi montē seir. Cibos emetis ab eis pecunia. et comedetis: aquā emptam haurietis ⁊ bibetis. Dominus de⁹ tuus benedixit tibi in omi opere manuū tuarum. Nouit iter tuū: quomō trāsieris solitudinē hanc magnam ꝑ quadraginta annos. habitans tecū dn̄s deus tuus: et nichil tibi defuit.

VIII

Cumq̄ȝ transissemus fratres nr̄os filios esau q̄ habitabant in seir ꝑ viam campestrem de helath ⁊ de asiongaber: venimus ad iter qd' ducit in desertum moab. Dixitq̄ȝ dn̄s ad me. Non pugnes cōtra moabitas: nec ineas aduersus eos p̄liū. Nō enim dabo tibi quicq̄ de terra eorum: quia filijs loth tradidi ar in possessionē. Emim primi fuerūt habitatores eius: pp̄ls magnus ⁊ validus et tā excelsus ut de enachim stirpe quasi gigantes crederent᷑: et essent siles filiorum enachim. Deniq̄ȝ moabite appellant eos emim. In seir aūt prius habitauerūt horim: quib⁹ expulsis atq̄ȝ deletis habitauerūt filij esau sicut fecit israhel in terra possessionis sue quā dedit illi dn̄s. Surgētes ergo vt trāsirem⁹ torrentē zareth: venimus ad eū.

P

Tempus aūt quo ambulauimus de cadesbarne vsq̄ȝ ad trāsitū zareth triginta ⁊ octo annorum fuit: donec ꝯsumeret᷑ omnis ꝯgregacō hominū bellatorum de castris sicut iurauerat dn̄s: cui⁹ manus fuit aduersus eos vt interirēt de castrorum medio. Postq̄ autem vniuersi ceciderūt pugnatores: locutus ē dominus ad me dicēs. Tu trāsibis hodie terminos moab vrbem nomine ar: ⁊ accedes in vicinia filiorum ammon. Caue ne pugnes ꝯtra eos: nec mouearis ad preliū. Non enim dabo tibi de terra filiorum ammon: q̄ filijs loth dedi eā in possessionē. Terra gigantiū reputata est: ⁊ in ipa olim habitauerūt gigātes. quos amonite vocāt zommim. pp̄ls magnus ⁊ multus et ꝓcere longitudinis sicut enachim quos deleuit dn̄s a facie eorum. et fecit illos habitare ꝓ eis. sicut fecerat filijs esau q̄ habitant in seir delēs horreos. ⁊ terrā eorum illis tradēs: quā possidēt vsq̄ȝ in p̄ns. Eueos q̄ȝ q̄ habitabant in aserim vsq̄ȝ gazam capadoces expulerūt: q̄ egressi de capadocia deleuerunt eos: ⁊ habitauerūt ꝓ illis.

II

Surgite ⁊ transite torrentē arnon. Ecce tradidi in manu tua seon regē esebon amorreum ⁊ terrā ei⁹: incipe possidere: et ꝯmitte aduersus eum preliū. Hodie incipiam mittere terrorē atq̄ȝ formidinē tuā in pp̄los qui habitāt sub omi celo: vt audito nomine tuo paueāt. et in morem parturientiū ꝯtremiscant: et dolore teneant᷑. Misi ergo nūcios de solitudine cademoth ad seon regē esebon verbis pacificis dicens. Transibimus ꝑ terrā tuā: publica gradiem᷑ via. Nō declinabimus neq̄ȝ ad dextrā neq̄ȝ ad sinistrā: alimēta p̄cio vende nobis vt vescamur: aquā pecunia tribue ⁊ sic bibemus. Tantū est vt nobis ꝯcedas transitū: sicut fecerūt filij esau qui habitāt in seir. et moabite

qui habitant in ar. donec veniamus ad ior-
danen: et transeamus ad terrā quā dn̄s deus
noster daturus ē nobis. Noluitq; seon rex
esebon dare nobis transitū: q2 induraverat
dominus deus tuus spiritū eius: et obfirma-
verat cor illius ita ut traderet' in manus tu-
as: sicut nūc vides. Dixitq; dn̄s ad me. Ec-
ce cepi tibi tradere seon et terrā eius: incipe
possidere eam. Egressusq; est seon obviam
nobis cū omni populo suo ad pliū in iasa: et
tradidit eū dominus deus noster nobis: p-
cussimusq; eū cū filiis suis et omni populo suo:
cūctasq; urbes in tēpore illo cepimus inter-
fectis habitatoribus earū viris ac mulieribus
et parvulis. Non reliquimus in eis quicq̄:
absq; iumentis que in partē venere pdanti-
um: et spoliis urbiū quas cepimus ab aro-
er que ē sup ripam torrentis arnon oppido.
qd̄ in valle situ ē: usq; galaad. Non fuit vi-
cus et civitas q̄ nostras effugeret manus.
Omēs tradidit dn̄s deus noster nobis: absq;
terra filiorū ammon ad quā non accessi-
mus et cūctis que adiacent torrenti ieboc:
et urbibus montanis universisq; locis a quibus
nos phibuit dominus deus noster.

III

Itaq; versi ascendimus p iter basan. Egres-
susq; ē og rex basan in occursū nobis cū po-
pulo suo ad bellandū in edrai: dixitq; dn̄s
ad me. Ne timeas eū: q2 in manu tua tradi-
tus est cū omni populo ac terra sua: faciesq;
ei sicut fecisti seon regi amorreorū q̄ habita
vit in esebon. Tradidit ergo dominus deus
noster in manibus nostris etiam og regem
basan et universum populū eius: pcussimusq;
eos usq; ad internecōnem: vastantes cun-
ctas civitates illius uno tempore. Non fuit
oppidū quod nos effugeret. Sexaginta
urbes: omēs regiōes argob regni og in ba-
san. Cuncte urbes erāt munite muris altissi-
mis portisq; et vectibus: absq; oppidis innu-
meris q̄ non habebāt muros. Et delevimus
eos sicut feceramus seon regi esebon disper-
dentes omnē civitatē: virosq; ac mulieres
et parvulos: iumenta autē et spolia urbiū di-
ripuimus. Tulimusq; illo in tēpore terrā de
manu duorū regū amorreorū q̄ erāt trans
iordanen a torrēte arnon usq; ad montem
hermon quē sydonii sarion vocāt et amorrei
sanir: omēs civitates q̄ site sūt in planicie: et
universā terrā galaad et basan usq; ad selcha
et edrai civitates regni og in basan. Solus
quippe og rex basan restiterat de stirpe gi-
gantū. Monstratur lectus eius ferreus q̄ est
in rabath filiorū ammon: novem cubitos ha-
bens longitudinis: et quatuor latitudinis ad
mēsurā cubiti virilis manus. Terrāq; posse-
dimus tēpore illo ab aroer q̄ est sup ripā tor-
rentis arnon: usq; ad mediā partē montis
galaad. Et civitates illius dedi ruben et gad:
reliquā autē partē galaad et omnē basan re-
gni og tradidi medie tribui manasse: omē
regionē argob. Cūcta basan vocatur terra gi-
gantū. Iair filius manasse possedit omnē re-
gionem argob usq; ad terminos gessuri et
machati. Vocavitq; ex nomine suo basan a-
noth iair id ē villas iair: usq; in psentē diem.
Machir quoq; dedi galaad: et tribubus ru-
ben et gad dedi de terra galaad usq; ad tor-
rentem arnon mediū torrentis et finiū usq;
ad torrētē ieboc q̄ est terminus filiorū āmon:
et planiciē solitudinis atq; iordanen et ter-
minos cenereth usq; ad mare deserti qd̄ est
salsissimū ad radices mōtis phasga contra ori-
entē. Precepiq; vobis in tēpore illo dicēs.
Dn̄s deus vester dat vobis terrā hanc in he-
reditatē: expediti pcedite fratres vestros fi-
lios israhel omēs viri robusti absq; uxoribus
et parvulis atq; iumētis. Novi enim q2 plu-
ra habeatis pecora: et in urbibus remanere de-
bebūt quas tradidi vobis: donec requiē tri-
buat dn̄s fratribus vestris sicut vobis tribuit.
et possideāt ipi etiā terrā quā daturus ē eis
trās iordanē: tūc revertetur unusquisq; in pos-
sessionem suam quā dedi vobis. Iosue qq; in
tēpore illo precepi dicens. Oculi tui vide-
rūt que fecit dn̄s deus noster duobus hiis re-
gibus: sic faciet omnibus regnis ad q̄ transi-
turus es. Ne timeas eos. Dn̄s enī deus ve-
ster pugnabit p vobis. Precatusq; sū dn̄m
in tēpore illo dicens. Domine deus tu cepisti
ostendere servo tuo magnitudinē tuā ma-
nūq; fortissimam. Neq; enim est alius deus
vel in celo vel in terra qui possit facere opa
tua: et cōparari fortitudini tue. Transibo igitur
et videbo terrā hanc optimā trās iordanen:
et montē istū egregiū et libanū. Iratusq; est

dñs michi ꝓpter vos nec exaudiuit me: ſꝫ
dixit michi. Sufficit tibi: nequaq̄ vltra lo-
quaris de hac re ad me. Aſcende cacumen
phaſge: et oculos tuos circūfer ad occiden-
tem et ad aquilonē· aſtrumq; ⁊ orientem· et
aſpice. Nec enim tranſibis iordanen iſtum.
Precipe ioſue ⁊ corrobora eum atq; confor-
ta: quia ipſe precedet populū iſtum: et diui-
det eis terram quā viſurus es. Manſimuſq;
in valle ꝯtra phanū phogor.

IIII

Et nūc iſrahel audi ꝓcepta et iudicia
que ego doceo te ut faciens ea viuas: et in-
grediens poſſideas terram quā dominus
deus patrū veſtroꝝ daturus eſt vobis. Nō
addetis ad verbū quod vobis loquor: nec
auferetis ex eo. Cuſtodite mādata domini
dei vr̄i que ego precipio vobis. Oculi vr̄i vi-
derunt omnia que fecit dominus contra beel-
phegor: quō ꝯtriuerit omnes cultores eius
de medio vr̄i. Vos aūt qui adheretis domi-
no deo vr̄o viuitis vniūſi: uſq; in p̄ſentē diē.
Scitis q̄ docuerim vos ꝓcepta atq; iuſtici-
as ſicut mādauit michi dñs deus meus: ſic
facietis ea in terra quam poſſeſſuri eſtis: et
obſeruabitis et implebitis opere. Hec eſt
enim vr̄a ſapientia et intellectus coram po-
pulis: ut audientes vniūſi ꝓcepta hec dicāt.
En ꝑplus ſapiēs ⁊ intelligēs gens magna.
Nec eſt alia natio tam grādis que habeat
deos appropinquantes ſibi: ſicut deus noſter
adeſt cūctis obſecracōib; nr̄is. Que enim
eſt alia gens ſic inclita ut habeat cerimoni-
as iuſtaq; iudicia: et vniūſaꝫ legē quā ego
ꝓponaꝫ hodie ante oculos vr̄os? Cuſtodi
igit̄ temetipm̄ et animā tuā ſollicite. Ne ob-
liuiſcaris v̄boꝝ que viderūt oculi tui: et ne
excidant de corde tuo cūctis dieb; vite tue.
Docebis ea filios ac nepotes tuos: diem in
quo ſtetiſti corā dño deo tuo in oreb: qn̄ dñs
locutus eſt michi dicens. Congrega ad me
ꝑplm ut audiant ſermones meos: et diſcant
timere me omni tempore quo viuūt in terra:
doceantq; filios ſuos. Et acceſſiſtis ad radi-
ces montis q̄ ardebat uſq; ad celū: erantq;
in eo tenebre ⁊ nubes ⁊ caligo. Locutuſq; ē
dñs ad vos de medio ignis. Vocem v̄boꝝ
eius audiſtis: et formam penitus non vidi-
ſtis. Et oſtendit vobis pactum ſuū quod
precepit ut faceretis: et decem verba que
ſcripſit in duab; tabulis lapideis. Michiq;
mandauit in illo tēpore ut docerem vos ceri-
monias ⁊ iudicia: q̄ facere deberetis in terra
quā poſſeſſuri eſtis. Cuſtodite igitur ſollici-
te animas vr̄as. Non vidiſtis aliquā ſimili-
tudinē in die qua locutus eſt vob̄ dominus
in oreb de medio ignis: ne forte decepti faci-
atis vob̄ ſculptā ſimilitudinē aut ymaginē
maſculi vel femine: ſimilitudinē oīm iumēto-
rū que ſūt ſup̄ terrā vel auiū ſub celo volan-
tiū: atq; reptiliū que mouent̄ in terra· ſiue
piſciū q̄ ſub terra morant̄ in aquis: ne forte
oculis eleuatis ad celū videas ſolē et lunā
et oīa aſtra celi· et errore deceptus adores
ea ⁊ colas: que creauit dñs deus tuus in mi-
niſteriū cunctis gentibus que ſub celo ſūt.
Vos aūt tulit dominus ⁊ eduxit de fornace
ferrea egipti: ut haberet ꝑplm̄ hereditariū
ſicut eſt in p̄ñti die. Iratuſq; eſt dñs contra
me ꝓpter ſmones vr̄os ⁊ iurauit· ut nō trāſ-
irem iordanē: nec ingrederer terrā optimā
quā daturus eſt vobis. Ecce morior in hac
humo: nō tranſibo iordanen: vos tranſibitis
et poſſidebitis terrā egregiam. Caue ne qn̄
obliuiſcaris pacti domini dei tui· qđ pepigit
tecū: et facias tibi ſculptā ſimilitudinē eoꝝ
que fieri dñs ꝓhibuit. Quia dominus deus
tuus ignis conſumens ē: deus emulator. Si
genueritis filios ac nepotes· et morati fueri-
tis in terra: deceptiq; feceritis vob̄ aliquā ſi-
militudinē patrantes malū coram domino
deo veſtro· ut eū ad iracūdiam prouocetis:
teſtes inuoco hodie celū et terrā· cito peritu-
ros vos eſſe de terra: quā tranſito iordane
poſſeſſuri eſtis. Nō habitabitis in ea longo
tempore: ſed delebit vos dñs atq; diſꝑget
in omnes gentes: et remanebitis pauci in
nationibus ad quas vos ducturus eſt dñs.
Ibiq; ſeruietis dijs qui hominū manū fabri-
cati ſunt· ligno ⁊ lapidi qui nō vident: non
audiūt non comedūt: nō odorantur. Cūq;
queſieris ibi dominū deū tuū inuenies eum:
ſi tamen toto corde queſieris· ⁊ tota tribula-
tione anime tue: poſtq̄ te inuenerint omnia
que p̄dicta ſunt. Nouiſſimo autē tempore
reuerteris ad dñm deū tuū et audies vocem
eius: quia deus miſericors dominus deus

tuus est. Non dimittet te nec omino delebit:
neq; obliuiscetur pacti in quo iurauit prib;
tuis. Interroga de dieb; antiquis qui fuerũt
ante te. ex die quo creauit deus hominem
super terrã a summo celi vsq; ad summũ eius:
si facta ẽ aliquando huiuscemodi res. aut
vnq̃ cognitũ est ut audiret populus vocẽ
domini loquẽtis de medio ignis. sicut tu au-
disti ⁊ vidisti: si fecit deus ut ingrederet᷑ et
tolleret sibi gentez de medio nationũ p tẽ-
ptacões signa atq; portenta p pugnaz et
robustam manũ extentũq; brachiũ ⁊ horri-
biles visiones. iuxta omnia q̃ fecit p nobis
dominus deus noster in egipto videntib;
oculis tuis: ut scires quoniã dominus ipe ẽ
de9: et non est alius p̃ter vnũ. De celo te fe-
cit audire vocem suã ut doceret te: ⁊ in t̃ra
ostendit tibi ignem suũ maximũ: ⁊ audisti
verba illius de medio ignis q2 dilexit pr̃es
tuos: ⁊ elegit semẽ eoꝝ post eos. Eduxitq;
te p̃cedens in v̄tute sua magna ex egipto
vt deleret nacões maximas ⁊ fortiores te
in introitu tuo: et introduceret te daretq; ti-
bi terrã eaꝝ in possessionẽ: sicut cernis in p̄-
senti die. Scito ergo hodie ⁊ cogitato in
corde tuo q2 dominus ipe ẽ deus in celo sur-
sũ ⁊ in terra deorsũ: ⁊ non sit alius. Custodi
p̃cepta eius atq; mãdata q̃ ego p̃cipio tibi
vt bene sit tibi ⁊ filijs tuis post te: ⁊ pmane-
as multo tempore sup terram quã dñs deus
tuus daturus ẽ tibi. Tũc separauit moyses
tres ciuitates trans iordanen ad oriẽtalez
plagaz ut ꝯfugiat ad eas qui occiderit no-
lens pximũ suũ nec fuerit sibi inimicus ãte
vnũ ⁊ alterum diẽ ⁊ ad haꝝ aliquã vrbiuz
possit euadere: bosor in solitudine q̃ sita est
in terra campestri de tribu ruben: et ramoth
in galaad q̃ est in tribu gad: ⁊ golaz in ba-
san q̃ est in tribu manasse. Ista est lex quã
pposuit moyses coram filijs israhel: ⁊ hec te-
stimonia ⁊ cerimonie atq; iudicia q̃ locut9
est ad filios israhel. quando egressi sunt de
egipto trans iordanen in valle cõtra pha-
nũ phogor in terra seon regis amorrei qui
habitauit i esebõ quẽ pcussit moyses. Filij
quoq; isrl' egressi ex egipto possederũt terrã
eius ⁊ terram og regis basan duoꝝ regũ
amorreoꝝ qui erãt trãs iordanen ad solis
ortũ ab aroer q̃ sita est sup ripam torrentis
arnõ vsq; ad montẽ sanir qui est ⁊ hermõ:
omnẽ planiciẽ trans iordanen ad oriẽtalez
plagaz vsq; ad mare solitudinis et vsq; ad
radices mõtis phasga.

V

Vocauitq; moyses oẽz israhelẽ: et dixit ad euz.
Audi israhel cerimonias atq; iudicia: q̃ ego
loquor in aurib; vr̃is hodie. Discite ea: et o-
pere ꝯplete. Dominus deus noster pepigit
nobiscuz fedus in oreb. Non cũ prib; nr̃is
inijt pactum sed nobiscũ: q̃ in p̃ntiaꝝ sumus
et viuimus. Facie ad faciem locutus est no-
bis in monte de medio ignis. Ego seq̃ster
et medius fui inter dominũ ⁊ vos in tempo-
re illo: vt annunciarẽ vobis verba eius. Ti-
muistis enim ignem: ⁊ nõ ascendistis i mõ-
tem. Et ait. Ego dominus deus tuus: q̃ edu-
xi te de terra egipti de domo seruitutis. Non
habebis deos alienos in ꝯspectu meo. Non
facies tibi sculptile nec similitudinẽ omniũ
que in celo sunt desup ⁊ q̃ in terra deorsuz: et
q̃ versantur in aquis sub terra. Nõ adorabis
ea: ⁊ non coles. Ego enim sum dominus de9
tuus. de9 emulator reddẽs iniquitatẽ prm
sup filios in terciã ⁊ quartã gñationẽ hijs
qui oderũt me: et faciens misericordiam in
multa milia diligentib; me ⁊ custodientib;
p̃cepta mea. Non vsurpabis nomen dei tui
frustra: q2 nõ erit impunitus q̃ sup re vana
nomen eius assumpserit. Obserua diẽ sab-
bati ut sanctifices eum: sicut p̃cepit tibi dñs
deus tuus. Sex dieb; operaberis: ⁊ facies
omnia opa tua. Septimus dies sabbati ẽ:
id est requies domini dei tui. Non facies in
eo quicq̃ operis tu ⁊ filius tuus ⁊ filia s̃uus
et ancilla: bos ⁊ asinus ⁊ omne iumentũ tuũ
et peregrinus qui est intra portas tuas: vt
requiescat seruus ⁊ ancilla tua sicut ⁊ tu. Me-
mento q2 ⁊ ipe seruieris in egipto: ⁊ eduxe-
rit te inde dominus deus tuus in manũ forti ⁊
brachio extento. Idcirco p̃cepit tibi vt obs-
uares diem sabbati. Honora prẽz tuũ ⁊ ma-
trez sicut p̃cepit tibi dominus deus tuus: ut
longo viuas tempore: ⁊ bene sit tibi in terra
quã dominus deus tuus daturus ẽ tibi. Nõ
occides. neq; mechaberis: furtũq; nõ facies:
nec loq̃ris ꝯtra pximũ tuũ falsũ testimoniũ.
Nõ ꝯcupisces vxorẽ pximi tui. nõ domũ. nõ

agrū· nō seruū· non ancillā· non bouē nō asi-
nū: ⁊ vniūsa que illius sūt. Hec verba locut⁹
est dominus· ad omnē multitudinē vestram
in monte de medio ignis· ⁊ nubis· ⁊ caligi-
nis· voce magna· nichil addens amplius:
et scripsit ea in duab⁹ tabulis lapideis q̄s
tradidit michi. Vos autē postq̄ audistis
vocē de medio tenebrarū· et montē ardere
vidistis: accessistis ad me oēs principes
tribuū ⁊ maiores natu: atqꝫ dixistis. Ecce o-
stendit nobis dn̄s deus noster maiestatē
et magnitudinē suā. Vocē enim eius audi-
uimus de medio ignis: et ꝓbauimus hodie
ꝙ loquente deo cū homine vixerit homo.
Cur ergo moriemur: et deuorabit nos ignis
hic maximus? Si enim audierimus vltra
vocem domini dei nostri moriemur. Quid
est oīs caro vt audiat vocē dei viuentis q̄
de medio ignis loquit᷑ sicut nos audiuimus:
et possit viuere? Tu magis accede ⁊ audi cū-
cta q̄ dixerit dn̄s deus noster tibi: loquerisqꝫ
ad nos: et nos audientes faciemus ea.

Thi

Quod cū audisset dominus ait ad me. Au-
diui vocē verborū populi huius que locuti
sunt tibi. Bene oīa sūt locuti. Quis det ta-
lē eos habere mentē ut timeāt me ⁊ custo-
diant vniūsa mandata mea in oīni tēpore:
vt bene sit eis ⁊ filiis eorum in sempiternū?
Vade ⁊ dic eis. Reuertimini in tentoria ve-
stra. Tu vero hic sta mecū: et loquar tibi o-
mnia mandata mea et cerimonias atqꝫ iu-
dicia que docebis eos vt faciant ea in ter-
ra quā dabo illis in possessionē. Custodite
igitur ⁊ facite que p̄cepit dominus deus vo-
bis. Non declinabitis neqꝫ ad dextrā neqꝫ
ad sinistram: sed ꝑ viam quam p̄cepit dn̄s
deus vester ambulabitis: vt viuatis ⁊ bene
sit vobis et protelentur dies vestri in terra
possessionis vestre.

VI

Hec sunt p̄cepta ⁊ cerimonie atqꝫ iudicia que
mandauit dn̄s deus vester vt docerem vos
vt faciatis ea in terra ad quā transgredi-
mini possidendam: vt timeas dominū deū
tuū ⁊ custodias oīa mādata ⁊ p̄cepta ei⁹
que ego p̄cipio tibi ⁊ filiis ac nepotib⁹ tuis
cunctis diebus vite tue: vt ꝓlongētur dies
tui. Audi israhel et obserua vt facias que
p̄cepit tibi dn̄s ⁊ bene sit tibi ⁊ multiplicaris

VII

amplius: sicut pollicitus est dominus deus
patrū tuorū tibi terrā lacte et melle manan-
tem. Audi israhel. Dominus deus noster de-
us vnus est. Diliges dominū deū tuū ex to-
to corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota
fortitudine tua. Eruntqꝫ v̄ba hec q̄ ego p̄cipio
tibi hodie in corde tuo: et narrabis ea filiis
tuis ⁊ meditaberis sedēs in domo tua· ⁊ am-
bulans in itinere· dormiens atqꝫ consurgēs:
et ligabis ea quasi signū in manu tua: eruntqꝫ
⁊ mouebunt᷑ inter oculos tuos: scribesqꝫ
ea in limine ⁊ hostiis domus tue. Cūqꝫ intro-
duxerit te dn̄s de⁹ tuus in terrā ꝑ qua iura-
uit patrib⁹ tuis abraham ysaac ⁊ iacob ⁊ de-
derit tibi ciuitates magnas et optimas q̄s
non edificasti: domos plenas cūctarū opū
quas nō extruxisti· cisternas quas nō effo-
disti· vineta ⁊ olueta que nō plantasti· ⁊ co-
mederis ⁊ saturatus fueris: caue diligenter
ne obliuiscaris domini dei tui q̄ eduxit te de
terra egipti· de domo seruitutis. Dominū deū
tuū timebis ⁊ illi soli seruies: ac ꝑ nomen il-
lius iurabis. Non ibitis post deos alienos
cunctarū gentiū q̄ in circuitu vestro sūt: qm̄
deus emulator dominus deus tuus ī medio
tui: nequando irascat᷑ furor domini dei tui
contra te: et auferat te de supficie terre.

M

Non
tēptabis dn̄m deū tuū: sicut temptasti in lo-
co tēptacōnis. Custodi p̄cepta domini dei
tui ac testimonia ⁊ cerimonias quas p̄cepit
tibi: et fac qđ placitū est ⁊ bonū in conspectu
domini ut bene sit tibi: et ingressus possidias
terram optimam de qua iurauit domin⁹ pa-
tribus tuis ut deleret omnes inimicos tuos
coram te sicut locutus est. Cū interrogaue-
rit te filius tuus cras dicens quid sibi volūt
testimonia hec· ⁊ cerimonie atqꝫ iudicia que
precepit dominus deus noster nobis: dices
ei. Serui eramus pharaonis in egipto: et
eduxit nos dominus de egipto in manu for-
ti: fecitqꝫ signa atqꝫ prodigia magna ⁊ pessi-
ma in egipto contra pharaonē ⁊ omnem do-
mū illius in conspectu nostro: et eduxit nos
inde: vt introductis daret terram sup qua
iurauit patrib⁹ nostris. Precepitqꝫ nob᷑ do-
minus vt faciamus omnia legitima hec: et ti-
meamus dominū deū nostrū ut bene sit nob᷑
cūctis dieb⁹ vite nr̄e sicut est hodie. Eritqꝫ

nostri misericors: si custodierimus ⁊ fecerimus om̄ia p̄cepta eius coram domino deo nostro sicut mandauit nobis. VII

Cum vero introduxerit te dominus deus tuus in terrā quam possessurus ingredieris. et deleuerit gentes multas coram te etheum et gergezeū et amorreū chananeū ⁊ pherezeū ⁊ eueū ⁊ iebuseū. septem gentes multo maioris numeri q̄ tu es ⁊ robustiores te. tradideritq̄ eas dn̄s deus tu⁹ tibi: p̄cucies eas usq̄ ad internitionē. Non inibis cum eis fedus nec misereberis eorum: neq̄ sociabis cū eis cōiugia. Filiā tuā non dabis filio eius: nec filiā illius accipies filio tuo: quia seducet filiū tuū ne sequatur me ⁊ ut magis seruiat dijs alienis. Irascetq̄ furor dn̄i: ⁊ delebit te cito. Quin poci⁹ hec facietis eis. Aras eorum subuertite. et confringite statuas. lucosq̄ succidite: et sculptilia comburite: quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus: vt sis ei populus peculiaris de cūctis populis qui sūt sup terram. Non quia cūctas gentes numero vincebatis vobis iūctus est dn̄s ⁊ elegit vos cū omnib⁹ sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos dominus: ⁊ custodiuit iuramentū quod iurauit patrib⁹ vestris. Eduxitq̄ vos in manu forti ⁊ redemit de domo seruitutis: de manu pharaonis regis egipti: ⁊ scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis et fidelis. custodiens pactū ⁊ misericordiam diligētib⁹ se ⁊ his qui custodiūt p̄cepta eius in mille generacōnes: et reddens odientibus se statim. ita ut disperdat eos ⁊ vltra nō differatur. p̄tinus eis restituēs q̄d merentur.

Custodi ergo precepta ⁊ cerimonias atq̄ iudicia: que ego mādabo tibi hodie vt facias. Si postq̄ audieris hec iudicia custodieris ea ⁊ feceris. custodiet et dominus deus tuus tibi pactū et misericordiam quā iurauit patribus tuis ⁊ diliget te ⁊ multiplicabit: benedicetq̄ fructui vētris tui. et fructui terre tue. frumento tuo atq̄ vindemie. oleo et armentis gregib⁹ ouiū tuarum sup terram: p̄ qua iurauit patrib⁹ tuis vt daret eā tibi. Benedictus eris inter om̄es populos. Nō erit apud te sterilis vtriusq̄ sexus: tā in hominib⁹ q̄ in gregib⁹ tuis. Auferet dominus a te omnem languorem: ⁊ infirmitates egipti pessimas quas nouisti nō inferet tibi: s; cūctis hostib⁹ tuis. Deuorabis om̄es populos quas dominus deus tuus daturus ē tibi. Non parcet eis oculus tuus: nec seruies dijs eorum: ne sint in ruinā tui. Si dixeris in corde tuo plures sunt gentes iste q̄ ego. quomodo potero delere eas: noli metuere sed recordare. que fecerit dn̄s deus tuus pharaoni ⁊ cunctis egiptijs plagas maximas q̄s viderunt oculi tui ⁊ signa atq̄ portenta manūq̄ robustā et extentū brachiū: vt educeret te dominus deus tuus. Sic faciet cūctis populis quos metuis. Insup et scrabones mittet dn̄s deus tuus in eos: donec deleat om̄es atq̄ disperdat qui te fugerint ⁊ latere poterit. Non timebis eos: quia dn̄s deus tuus in medio tui ē deus magnus ⁊ terribilis. Ipse consumet nationes has in cōspectu tuo paulatī atq̄ per p̄tes. Non poteris eas delere pariter: ne forte m̄tiplicentur contra te bestie terre. Dabitq̄ eos dn̄s deus tuus in conspectu tuo: et interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetq̄ reges eorū in manus tuas: et disperdes nomina eorum sub celo. Nullus poterit resistere tibi: donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures. Non concupisces argentū ⁊ aurū de quib⁹ facta sūt: neq̄ assumes ex eis tibi q̄cq̄ ne offendas p̄pter ea quia abominacō est domini dei tui: nec inferes quippiam ex ydolo in domū tuam: ne fias anathema sicut ⁊ illud est. Quasi spurciciam detestaberis: et velud inquinamentū ac sordes abominacōni habebis quia anathema est.

VIII

Omne mandatū quod ego precipio tibi hodie caue diligēter ut facias ut possitis viuē ⁊ m̄tiplicemini: ingressiq̄ possideatis terrā p̄ qua iurauit dominus patrib⁹ vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te dominus deus tu⁹ quadraginta annis p̄ desertum vt affligeret te atq̄ temptaret: et nota fieret que in tuo animo versabantur: vtrū custodires mandata illius an nō. Afflixit te penuria: ⁊ dedit tibi cibū manna quē ignorabas tu et patres tui ut ostenderet tibi q̄ non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod egreditur de ore dn̄i. Vestimentū tuū quo operiebaris

nequaꝙ̃ vetustate defecit: et pes tuus non
est subtritus. En quadragesimus annus
est: vt recogites in corde tuo: quia sicut
erudit filium suum homo sic dominus deus
tuus erudiuit te· ut custodias mādata dn̄i
dei tui et ambules in vijs eius: et timeas eū.
Dominus enim deus tuus introducet te in
terram bonā· terram riuoꝝ aquarūq; ⁊ fon=
tium: in cuius campis ⁊ montibꝫ erūpūt flu=
uioꝝ abissi: terram frumenti ordei ac vinea=
rum in qua ficus et malagranata ⁊ olíueta
nascūtur: terram olei ac mellis vbi absq; vl=
la penuria comedes panem tuū et rerū om̄i=
um abūdantia ꝑfrueris: cuius lapides fer=
rum sunt· et de montibꝫ eius eris metalla fo=
diūtur: ut cū comederis ⁊ saciatus fueris: be=
nedicas dn̄o deo tuo ꝓ terra optima quam
dedit tibi. Obserua ⁊ caue nequādo obliui=
scaris dn̄i dei tui· et negligas mandata eius
atq; iudicia ⁊ cerimonias q̄s ego p̄cipio ti=
bi hodie: ne postꝙ̃ comederis ⁊ saciat⁹ fue=
ris· domos pulcras edificaueris ⁊ habitaue=
ris in eis: habuerisq; armēta ⁊ ouiū greges.
argenti ⁊ auri cunctarūq; rerū copiam ele=
uetur cor tuū ⁊ non reminiscaris domini dei
tui· qui eduxit te de terra egipti de domo s=
uitutis: et ductor tuus fuit in solitudine ma=
gna atq; terribili in qua erat serpens flatu
adurens ⁊ scorpio ac dipsas et nulle omni=
no aque: qui eduxit riuos de petra durissi=
ma et cibauit te manna in solitudine qd̄ ne=
scierūt patres tui. Et postꝙ̃ afflixit ac ꝓba=
uit· ad extremū misertus est tui: ne diceres:
in corde tuo fortitudo mea ⁊ robur manus
mee hec michi omnia p̄stiterūt: sed recorde=
ris domini dei tui· q̄ ipse vires tibi p̄buerit
ut impleret pactū suū super quo iurauit pa=
tribꝫ tuis sicut p̄sens indicat dies. Sin autē
oblitus domini dei tui secut⁹ fueris deos ali=
enos colueris q; illos ⁊ adoraueris: ecce nūc
p̄dico tibi q̄ oīno dispereas. Sicut gentes
quas deleuit dn̄s in introitu tuo: ita et vos
pibitis si inobedientes fueritis voci dn̄i dei

Audi isrl̄. Tu transgre= [VIII.] IX

Adieris hodie iordanem vt possideas
nationes maximas et fortiores te ciuitates
ingentes ⁊ ad celum vsq; muratas: popu=
lū magnū atq; sublimem· filios enachim
q̄s ipse vidisti et audisti: quibus nullus po=
test ex aduerso resistē. Scies ergo hodie q̄
dn̄s deus tuus ipse trāsibit āte te ignis deuo=
rans atq; ꝯsumens: qui conterat eos ⁊ dele=
at atq; disperdat ante faciem tuā velociter:
sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo
cū deleuerit eos dn̄s de⁹ tuus in ꝯspectu tuo.
ꝓpter iusticiā meā introduxit me domin⁹
vt terram hanc possiderē: cū ꝓpter impieta=
tes suas iste delete sint nacōnes. Neq; enim
ꝓpter iusticias tuas ⁊ equitatē cordis tui in=
gredieris ut possideas terras eaꝝ: sȝ q̄ ille
egerūt impie· intro eunte te delete sūt: ⁊ vt
compleret verbū suū dn̄s qd̄ sub iuramento
pollicitus est patribꝫ tuis abraham ysaac ⁊
iacob. Scito ergo q̄ non ꝓpter iusticias tu=
as dominus deus tuus dederit tibi terram
hanc optimam in possessionē: cū durissime
ceruicis sis populus. Memento ⁊ ne obliui=
scaris quō ad iracūdiam ꝓuocaueris dn̄m
deū tuū in solitudine: et ex eo die quo egres=
sus es ex egipto usq; ad locū istū· semꝑ aduꝰ=
sum dominū contendisti. Nam ⁊ in oreb pro=
uocasti eū: et iratus delere te voluit quando
ascendi in montē ut acciperē duas tabulas
lapideas pacti qd̄ pepigit vobiscū deus. Et
perseueraui in mōte quadraginta diebꝫ ac
noctibꝫ: panē non comedens ⁊ aquam nō
bibēs. Deditq; michi dominus duas tabu=
las lapideas scriptas digito dei: ⁊ continē=
tes omnia verba· que vobis locutus est in
monte de medio ignis quādo contio popu=
li congregata ē. Cumq; transissent quadra=
ginta dies et totidē noctes dedit michi do=
minus duas tabulas lapideas· tabulas fe=
deris: dixitq; michi. Surge ⁊ descēde hinc
cito: q̄ populus tuus quē eduxisti de egip=
to deseruerūt velocit̄ viā quā demōstrasti
eis: feceruntq; sibi conflatile. Rursumq; ait do=
minus ad me. Cerno q̄ populus iste dure
ceruicis sit. Dimitte me vt conterā eū: et de=
leam nomen eius sub celo: et constituā te su=
per gentē que hac maior ⁊ forcior sit. Cūq;
de monte ardente descenderem ⁊ duas ta=
bulas federis vtraq; tenerem manu: vidis=
semq; peccasse vos domino deo vestro et fe=
cisse vob̄ vitulū cōflatilem ac deseruisse ve=
lociter viam eius quam vobis ostēderat:

ꝓieci tabulas de manib⁹ meis confregiq̄
eas in conspectu vestro. Et ꝓcidi ante dñm
sicut prius quadraginta dieb⁹ et noctibus.
panem nō comedens ⁊ aquam nō bibens.
ꝓpter oīa peccata vestra q̄ gessistis contra
dñm: et eū ad iracūdiam ꝓuocastis. Timui
enim indignationem et iram illius: qua ad-
uersū vos concitatus delere vos voluit. Et
exaudiuit me dñs etiā hac vice. Aduersum
aaron quoq̄ vehementer iratus voluit eū
conterere: et ꝑ illo similiter deprecatus sum.
Peccatū aūt vr̄m qđ feceratis id est vitulū
arripiens igne combussi: et in frusta cōmi-
nuens omīnoq̄ in puluerē redigēs proie-
ci in torrentē qui de monte descendit. In in-
cendio q̄ꝫ et in tēptacōne. et in sepulcris cō-
cupiscentie ꝓuocastis dñm: et qñ misit vos
de cadesbarne dicens ascendite ⁊ posside-
te terrā quam dedi vobis: et contempsistis
imperiū domini dei vr̄i ⁊ non credidistis ei:
neq̄ vocem eius audire voluistis: sed sem-
per fuistis rebelles a die q̄ nosse vos cepi.
Et iacui coram dño quadraginta dieb⁹ ac
noctib⁹ quib⁹ eū suppliciter dep̄cabar ne de-
leret vos ut fuerat comminatus: ⁊ orās dixi.
Dñe deus ne disꝑdas pop̄lm tuū ⁊ heredita-
tem tuā quā redemisti in magnitudine tua:
quos eduxisti de egipto in manū forti. Recor-
dare seruorꝝ tuorꝝ abraham ysaac ⁊ iacob.
Ne aspicias duriciā populi huius ⁊ impie-
tatē atq̄ pc̄cm: ne forte dicant habitatoēs
terre de qua eduxisti nos nō poterat domi-
nus introducere eos in terrā quā pollicitus
est eis. et oderat illos. idcirco eduxit ut in-
terficeret illos in solitudine: qui sūt popul⁹
tuus ⁊ hēditas tua q̄s eduxisti ī fortitudīe
tua magna ⁊ in brachio tuo extēto. X

In tempore illo dixit dominus ad me. Dola
tibi duas tabulas lapideas sicut p̄ores fu-
erūt ⁊ ascende ad me in montē: faciesq̄ ar-
cham ligneā ⁊ scribam in tabulis v̄ba que
fuerūt in hijs quas ante ꝯfregisti: ponesq̄
eas in archa. Feci igitur archā de lignis se-
thim. Cūq̄ dolassem duas tabulas lapide-
as instar priorū: ascendi in montē habens
eas in manib⁹. Scripsitq̄ in tabulis iuxta
id qđ prius scripserat v̄ba decē que locut⁹
ē dominus ad vos in mōte de medio ignis
quādo populus ꝯgregatus est: ⁊ dedit eas
michi. Reuersusq̄ de monte descendi: ⁊ posui
tabulas in archā quā fecerā: q̄ hucusq̄ ibi
sunt sicut michi p̄cepit dominus. Filij autē
israhel castra mouerunt ex beroth filiorꝝ ia-
chan in mosura vbi aarō mortuus ⁊ sepultus
est: ꝓ quo sacerdotio functus est filius ei⁹
eleazar. Inde venerūt in gadgad: de quo lo-
co ꝓfecti castrametati sūt in iethabatha ī tr̄a
aquarꝝ atq̄ torrentiū. Eo tempoē separaui
tribū leui ut portaret archam federis domī:
et staret corā eo in ministerio ac bñdiceret
in nomine illius vsq̄ in presentē diem. Quā-
obrem non habuit leui partē neq̄ possessi-
onē cū fratrib⁹ suis: q̄ꝛ ipse dñs possessio ei⁹
est: sicut promisit ei dñs deus tuus. Ego au-
tem steti in monte sicut prius quadraginta
dieb⁹ ac noctib⁹: exaudiuitq̄ me dominus
etiā hac vice: et te ꝑdere noluit. Dixitq̄ mi-
chi. Vade ⁊ p̄cede populū ut ingrediat᷑ et
possideat terrā quā iuraui patrib⁹ eorꝝ: vt
traderem eis. Et nūc israhel quid dominus
deus tuus petit a te. nisi ut timeas dñm deum
tuū ⁊ ambules in vijs eius ⁊ diligas eū: ac
seruias domino deo tuo in toto corde tuo et
in tota anima tua custodiasq̄ mandata dñi
et cerimonias eius quas ego hodie p̄cipio
tibi vt bene sit tibi. En domini dei tui celū est.
et celū celi: terra ⁊ omnia q̄ in ea sūt: et tamē
patrib⁹ tuis cōglutinatus est dñs ⁊ amauit
eos: elegitq̄ semē eorꝝ post eos id est vos
de cunctis gentib⁹: sicut hodie comprobat᷑.
Circūcidite igit᷑ ꝓpuciū cordis vr̄i ⁊ ceruicē
vestrā non induretis amplius: q̄ꝛ dñs deus
vester ipse est deus deorꝝ ⁊ dñs dominantiū
deus magnus ⁊ potēs et terribilis: qui ꝑso-
nam non accipit nec munera. Faciet iudiciū
pupillo ⁊ vidue: amat ꝑegrinū: et dat ei vi-
ctū atq̄ vestitū. Et vos ergo amate peregri-
nos: quia et ipi fuistis aduene in terra egi-
pti. Dñm deum tuū timebis: et ei soli seruies.
Ipsi adherebis: iurabisq̄ in nomine illius.
Ipse ē laus tua ⁊ deus tuus: qui fecit tibi hec
magnalia ⁊ t̄ribilia q̄ viderūt oculi tui. In
septuaginta aīab⁹ descenderūt p̄res tui in
egiptū: et ecce nūc multiplicauit te dñs de⁹
Ma itaq̄ tuus sicut astra celi. XI

Ama dominū deū tuū: et obserua p̄cepta eius

et cerimonias iudicia atqȝ mandata omni tempore. Cognoscite hodie que ignorant filij vestri· qui nō viderūt disciplinā domini dei vestri· magnalia eius ⁊ robustam manū extentūqȝ brachiū· signa ⁊ opera que fecit in medio egipti· pharaoni regi et vniuerse terre eius· omīqȝ exercitui egiptioꝝ ⁊ eq̄s ac curribꝰ: quō operuerint eos aque maris rubri· cū vos ꝑsequerentur ⁊ deleuerit eos dominus usqȝ in ꝓsentē diem: vobisqȝ que fecerit in solitudine· donec veniretis ad hūc locū: et dathan atqȝ abiron filijs eliab qui fuit filius ruben: quos aperto ore suo terra absorbuit cū domibꝰ ⁊ tabernaculis ⁊ vniūsa substantia eoꝝ quā habebant in medio israhel. Oculi vestri viderūt omīa opera dn̄i magna q̄ fecit: vt custodiatis vniūsa mandata illiꝰ q̄ ego hodie ꝑcipio voƀ et possitis introire ⁊ possidere terram ad quā ingredimini: multoqȝ in ea viuatis tēpore quā sub iuramēto pollicitus est dn̄s patribꝰ vestris et semini eoꝝ lacte ⁊ melle manantē. Terra aūt ad quā ingredieris possidendam· non ē sicut terra egipti de qua existi vbi iacto semine in ortoꝝ morē aque ducūtur irrigue: sed montuosa est ⁊ campestris· de celo aspectans pluuias: quā dominus deꝰ tuus semper inuisit ⁊ oculi illius in ea sunt a ꝑncipio anni usqȝ ad finem eius. Si ergo obedire tis mandatis meis que ego hodie ꝑcipio vobis· ut diligatis dn̄m deū vestrū· et seruiatis ei in toto corde vr̄o ⁊ in tota anima vr̄a: dabit pluuiam terre vr̄e tēporaneā ⁊ serotinam ut colligatis frumentū ⁊ vinū ⁊ oleum fenū ex agris ad pascenda iumenta: vt et ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte decipiatur cor vr̄m ⁊ recedatis a dn̄o· seruiatisqȝ dijs alienis ⁊ adoretis eos: iratusqȝ dominus claudat celū ⁊ pluuie non descendant· nec terra det germen suū: pereatisqȝ velociter de terra optima quā dominus daturus ē vobis. Ponite hec verba mea in cordibꝰ ⁊ in animis vestris: et suspendite ea ꝓ signo in manibꝰ: et inter oculos vr̄os collocate. Docete filios vestros: ut illa meditentur. Quando sederis in domo tua ⁊ ambulaueris in via· et accubueris atqȝ surrexeris scribes ea sup postes ⁊ ianuas domus tue:

S IIII

vt multiplicentᷣ dies tui et filioꝝ tuoꝝ in terra quā iurauit dominus patribꝰ tuis: vt daret eis q̄ꝺ diu imminet celū terre. Si enī custodieritis mandata que ego ꝑcipio vobis· et feceritis ea vt diligatis dominū deū vestrū ⁊ ambuletis in omībꝰ vijs eius adherentes ei: disperdet dn̄s omēs gentes istas ante faciem vestrā: et possidebitis eas que maiores ⁊ fortiores vobis sūt. Omnis locus quē calcauerit pes vester· vester erit. A deserto et libano et flumine magno eufrate vsqȝ ad mare occidentale· erūt termini vr̄i. Nullus stabit contra vos. Terrorem vr̄m ⁊ formidinē dabit dn̄s deꝰ vester sup omnē terram quam calcaturi estis: sicut locutus ē vobis. En ꝓpono in conspectu vr̄o hodie benedictionem ⁊ maledictionē: benedictionem si obedieritis mandatis dn̄i dei vestri q̄ ego hodie ꝑcipio vobis: maledictionē si nō obedieritis mandatis domini dei vestri: sȝ recesseritis de via quā ego nūc ostendo vobis: et ābulaueritis post deos alienos q̄s ignoratis. Cū introduxerit te dn̄s deꝰ tuus in terrā ad quam ꝑgis habitādam· pones benedictionem sup mōtem garizim· maledictionē sup mōtem hebal: qui sūt trās iordanen pꝰ viam que pergit ad solis occubitū· in terra chananei qui habitat in campestribꝰ cōtra galgalam que ē iuxta vallem tendentē et intrantē ꝓcul. Vos aūt trāsibitis iordanen vt possideatis terrā quā dn̄s deus vester daturus ē vobis: vt habeatis ⁊ possideatis illā. Videte ergo ut impleatis cerimonias atqȝ iudicia q̄ ego hodie ponā in ꝯspcū vr̄o.

b

XII

Hec sūt ꝑcepta atqȝ iudicia que facē debetis in terra quā dominꝰ deus patrū tuoꝝ daturus ē tibi: vt possideas eam cūctis diebꝰ quibꝰ sup humū gradieris. Subuertite omnia loca in quibꝰ coluerūt gētes quas possessuri estis deos suos: sup mōtes excelsos ⁊ colles ⁊ subtᷣ omne lignū frondosum. Dissipate aras eoꝝ ⁊ confringite statuas: lucos igne cōburite ⁊ ydola cōminuite: disperdite nomina eaꝝ de locis illis. Nō facietis ita dn̄o deo vestro: sed ad locū quē elegerit dn̄s deus vester de cunctis tribubus vr̄is ut ponat nomen suū ibi ⁊ habitet in eo venietis ⁊ offeretis in loco illo olocausta et

victimas v̄ras. decimas ⁊ p̄mitias manuū vestraꝝ. et vota atq; donaria. p̄mogenita boū ⁊ ouiū: et comedetis ibi in conspectu domini dei vestri. ac letabimini in cūctis ad q̄ miseritis manū vos ⁊ domus v̄re in quibus benedixit vobis dn̄s deus vester. Non facietis ibi que nos hic facimus hodie: singuli q̄d sibi rectū videt̄. Neq; enim vsq; in p̄ns tempus venistis ad requiē ⁊ possessionem: quam dn̄s deus vester daturus est vobis. Transibitis iordanen et habitabitis in terra quā dn̄s deus vester daturus ē vobis: vt requiescatis a cunctis hostib; p circuitū. ⁊ absq; vllo timore habitetis in loco quē elegerit dominus de⁹ vester: ut sit nomē eius in eo. Illuc omnia que p̄cipio cōferetis: olocausta ⁊ hostias ac decimas ⁊ primitias manuū v̄raꝝ: et quicquid p̄cipuū est in muneribus que vouistis domino. Ibi epulabimini coram domino deo vestro vos ⁊ filij ⁊ filie vestre. famuli ⁊ famule: atq; leuites qui in vestris vrbib; cōmorat̄. Neq; enim habet aliam partē ⁊ possessionē inter vos. Caue ne offeras olocausta tua in omni loco quē videris: sed in eo quē elegerit dominus in vna tribuū tuaꝝ offeres hostias: ⁊ facies quecūq; p̄cipio tibi. Sin aūt comedere volueris ⁊ te esus carniū delectauerit. occide et comede iuxta benedictionē domini dei tui quā dedit tibi in vrbib; tuis: siue immūdum fuerit hoc ē maculatū ⁊ debile. siue mūdū hoc ē integrū ⁊ sine macula q̄d offerri licet: sic capreā ⁊ ceruū comedes: absq; esu dūtaxat sanguinis quem super terrā quasi aquam effundes. Non poteris comedere in oppidis tuis. decimā frumēti ⁊ vini ⁊ olei tui. p̄mogenita armentoꝝ ⁊ pecoꝝ ⁊ oīa que voueris ⁊ sponte offerre volueris ⁊ p̄mitias manuū tuaꝝ: s; coram dn̄o deo tuo comedes ea in loco quē elegerit dominus deus tuus. tu ⁊ filius tuus ⁊ filia ⁊ s̄uus ⁊ famula atq; leuites qui manet in vrbib; tuis: et letaberis ⁊ reficieris coraz dn̄o deo tuo in cunctis ad que extenderis manū tuā. Caue ne derelinquas leuiten in omni tempore quo versaris in terra. Quando dilatauerit dominus deus tuus terminos tuos sicut locutus est tibi. et volueris vesci carnib; quas desiderat anima tua: locus aūt quē elegerit dominus deus tuus ut sit nomen eius ibi si p̄cul fuerit occides de armentis ⁊ pecorib; q̄ habueris sicut p̄cepit tibi: et comedes in oppidis tuis vt tibi placet. Sicut comeditur caprea ⁊ ceruus ita vesceris eis: et mūdus ⁊ immūdus in cōmune vescentur: hoc solū caue ne sanguinē comedas. Sanguis enim eoꝝ p anima ē: et idcirco nō debes animā comedere cū carnib;: sed sup terram fundes quasi aquā. ut bene sit tibi ⁊ filijs tuis post te: cū feceris q̄d placet in cōspectu dn̄i. Que aūt sanctificaueris ⁊ voueris dn̄o. tolles ⁊ venies ad locū quē elegerit dn̄s: ⁊ offeres oblacōes tuas carnem et sanguinē sup altare domini dei tui. Sanguinē hostiaꝝ fundes in altari: carnib; aūt ipse vesceris. Obserua et audi oīa que ego p̄cipio tibi ut bene sit tibi ⁊ filijs tuis post te in sempiternū: cum feceris q̄d bonū est ⁊ placitū in conspectu dn̄i dei tui. Quando disperdiderit dn̄s deus tu⁹ ante faciē tuam gentes ad quas ingredieris possidendas ⁊ possederis eas atq; habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas postq̄ te fuerint introeūte subūse: et requiras cerimonias eaꝝ dicēs. Sicut coluerūt gētes iste deos suos: ita ⁊ ego colam. Non facies similiter dn̄o deo tuo. Omnes enim abominacōnes quas aūsatur dominus fecerūt dijs suis offerentes filios ⁊ filias: et comburentes eas igni. Quod p̄cipio tibi hoc tantū facito dn̄o: nec addas quicq̄ nec minuas.

XIII

Si surrexerit in medio tui p̄phetes. aut qui somniū vidisse se dicat ⁊ p̄dixerit signū atq; portentū et euenerit q̄d locutus est. et dixerit tibi. eamus ⁊ sequamur deos alienos quos ignoras ⁊ s̄uiamus eis: nō audies verba p̄phete illius aut somniatoris. q̄ temptat vos dominus deus vester: vt palam fiat vtrū diligatis eum an non in toto corde ⁊ in tota anima vestra. Dominū deū v̄rm sequimini ⁊ ipsū timete: ⁊ mādata illius custodite: et audite vocem eius. Ipsi s̄uietis: et ipsi adherebitis. Propheta autē ille aut fictor somnioꝝ interficietur. q̄ locutus est ut vos auerteret a dn̄o deo v̄ro qui eduxit vos de terra egipti ⁊ redemit vos de domo s̄uitutis: ut errare te faceret de via

quam tibi p̄cepit dñs deus tuus: et auferes
malū de medio tui. Si tibi voluerit psuade-
re frater tuus filius matris tue aut filius tu⁹
vel filia siue vxor que ē in sinu tuo aut ami-
cus quē diligis ut animā tuā clam. dicens.
eamus ⁊ seruiam⁹ dijs alienis quos ignoras
tu ⁊ patres tui cūctarꝝ in circuitu gentiū q̄
iuxta vel ꝓcul sunt ab inicio usqꝫ ad finē ter-
re: nō acquiescas ei nec audias neqꝫ parcat
ei oculus tuus. ut miserearis ⁊ occultes eū:
sed statim interficies.

II

Sit p̄mū manus tua
sup eū: et post te omnis populus mittat ma-
nū. Lapidibꝫ obrutus necabitur: q̄ voluit
te abstrahē a dño deo tuo qui eduxit te de
t̄ra egipti de domo seruitutis: vt ⁊ omīs isra-
hel audiens timeat. et nequaq̄ vltra faciat
quippiā huiꝰ rei simile. Si audieris in vna
vrbiū tuarꝝ quas dñs deus tuus dabit tibi
ad habitādū dicentes aliquos. egressi sūt
filij belial de medio tui ⁊ auerterūt habitato-
res vrbis tue atqꝫ dixerūt. eamus ⁊ seruiam⁹
dijs alienis quos ignoratis: quere solicite.
et diligenter rei veritate pspecta si inueneris
certū esse quod dicitur. et abominationem
hanc opere ꝑpetratā. statim ꝑcucies habita-
tores vrbis illi⁹ in ore gladij: et delebis eā.
omīaqꝫ que in illa sūt usqꝫ ad pecora. Quic-
quid etiam suppellectilis fuerit cōgregabis
in medio platearꝝ eius. et cum ipsa ciuitate
succendes: ita vt vniūsa cōsumas dño deo
tuo: et sit tumulus sempiternus. Non edifi-
cabitur amplius: et nō adherebit de illo ana-
themate quicq̄ in manu tua: vt auertat dñs
ab ira furoris sui ⁊ misereat tui: multiplicet-
qꝫ te sicut iurauit patribꝫ tuis qn̄ audieris
vocem domini dei tui. custodiens omīa pre-
cepta eius que ego p̄cipio tibi hodie: ut fa-
cias qđ placitū est in ɔspectu domini dei tui.

S III

XIIII

Filij estote domini dei
vestri. Non vos incidetis. nec facietis
caluiciū sup mortuo: qm̄ popul⁹ sanctus es
domino deo tuo: et te elegit ut sis ei in ꝑplm
peculiarem de cūctis gentibꝫ que sūt super
terram. Ne comedatis que immūda sunt.
Hoc est animal qđ comedē debetis: bouem
et ouem ⁊ capram ceruū ⁊ capream. bubalū
tragelaphū pigargum origen camelopar-
dulū. Omē animal qđ in duas ptes findit
vngulam ⁊ ruminat comedetis: de hijs aūt
que rumināt ⁊ vngulam nō findūt hec com-
edere non debetis: camelū leporem cyrogril-
lū. Quia ruminant ⁊ nō diuidūt vngulam:
immūda erūt vob. Sus qꝫ qm̄ diuidit vn-
gulam ⁊ non ruminat: immūda erit. Carni-
bus eorꝝ nō vescemini: et cadauera non tan-
getis. Hec comedetis ex omībꝫ que morā-
tur in aquis. Que habent pennulas ⁊ squa-
mas comedite: que absqꝫ pennulis ⁊ squa-
mis sūt ne comedatis q̄ immūda sūt. Omīs
aues mūdas comedite. Immūdas ne com-
edatis. aquilam scilicet ⁊ grypem. ⁊ alietū.
ixon ⁊ vulturem ac milluū iuxta genus suū
⁊ omne coruini generis: et strutionē ac no-
ctuam et larum atqꝫ accipitrē iuxta genus
suū: herodiū ac cignū ⁊ ibin ac mergulū por-
phirionem ⁊ nicticoracem onocrotalū ⁊ ca-
radriū singula in genere suo: vpupam qꝫ ⁊
vespertilionē: et omne qđ reptat ⁊ pennulas
habet immūdū erit ⁊ non comedet.

III

Omne
qđ mūdū est comedite. Quicquid aūt mor-
ticinū est: ne vescamini ex eo. Peregrino qui
inter portas tuas ē da ut comedat aut ven-
de ei: q̄ tu populus sanctus domini dei tui es.
Non coques hedū in lacte matris sue. Deci-
mam partē separabis de cūctis fructibꝫ tuis
qui nascunt in terra p annos singulos. ⁊ cō-
edes in conspectu domini dei tui in loco quē
elegerit ut in eo nomen illius inuocet: deci-
mam frumenti tui ⁊ vini ⁊ olei. ⁊ p̄mogenita
de armentis ⁊ ouibꝫ tuis: ut discas timere do-
minū deū tuū omī tempore. Cū aūt longior
fuerit via. et locus quem elegerit dominus
deus tuus. tibiqꝫ benedixerit. nec poteris ad
eū hec cūcta portare: vendes omnia ⁊ in pre-
ciū rediges portabisqꝫ manu tua ⁊ ꝓficisce-
ris ad locū quē elegerit dominus deus tu-
us: et emes ex eadē pecunia quicquid tibi
placuerit siue ex armentis siue ex ouibus.
Vinū qꝫ ⁊ siceram ⁊ omne quod desiderat
anima tua: et comedes coram dño deo tuo:
et epulaberis tu ⁊ domus tua ⁊ leuita qui in-
tra portas tuas ē. Caue ne derelinquas eū:
quia non habet aliam partē in possessione
tua. Anno tercio separabis aliam decimam
ex omnibꝫ que nascūtur tibi eo tempore ⁊ re-
pones intra ianuas tuas: venietqꝫ leuites q̄

aliam non habet partē nec possessionē tecū et peregrinus ac pupillus ⁊ vidua q̄ intra portas tuas sūt ⁊ comedent ⁊ saturabūtur: vt benedicat tibi dn̄s deus tuus in cūctis operibꝫ manuū tuarꝫ que feceris. XV

Septimo anno facies remissionē: que hoc ordine celebrabitur. Cui debet̄ aliquid ab amico vel ꝓximo ac fratre suo repetere nō poterit: q꜄ annus remissionis est domini. A peregrino ⁊ aduena exiges: ciuem ⁊ ꝓpinquū repetēdi nō habes potestatem. Et omnino indigens ⁊ mendicus non erit inter vos: ut benedicat tibi dn̄s deus tuus in terra quā traditurus est tibi in possessionem: si tamen audieris vocem domini dei tui ⁊ custodieris vniūsa que iussit ⁊ q̄ ego hodie p̄cipio tibi: benedicet tibi ut pollicitus est. Fenerabis gētibꝫ multis: et ip̄e a nullo accipies mutuū. Dominaberis nationibus plurimis: et tui nemo dn̄abitur. Si vnus de fratribꝫ tuis qui morātur inter portas ciuitatis tue in terra quā dominus deus tuus daturus ē tibi ad paupꝫtatē deuenerit: non obdurabis cor tuū. nec contrahes manū ſꝫ aperies eam pauperi: et dabis mutuū quo eū indigere ꝑspexeris. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitacō ⁊ dicas ī corde tuo appropinquat septimus ānus remissionis: et auertas oculos a paupere fratre tuo. nolēs ei quod postulat mutuū cōmodare ne clamet contra te ad dominū ⁊ fiat tibi in peccatū: sed dabis ei. Nec ages quippiā callide in eius necessitatibꝫ subleuandis: vt benedicat tibi dn̄s deus tuus in omni tempore ⁊ in cūctis ad que manū miseris. Non deerūt pauperes in terra habitacōnis tue: idcirco ego p̄cipio tibi. vt aperias manū fratri tuo egeno ⁊ pauperi: qui tecū versatur in terra. Cū tibi venditus fuerit frater tuus hebreus aut hebrea. et sex annis seruierit tibi: in septimo anno dimittes eū liberū. Et quē libertate donaueris nequaq̄ꝫ vacuū abire patieris: sed dabis viaticū de gregibꝫ. et de area ⁊ torculari tuo quibꝫ dominus deꝰ tuus bene dixerit tibi. Memento ꝙ ⁊ ip̄e seruieris in terra egipti. et liberauerit te dn̄s deus tuus: et idcirco ego nūc precipio tibi. Sin autem dixerit nolo egredi eo ꝙ diligat te ⁊ domū tuā. et bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulā ⁊ ꝑforabis aurē eius in ianua domus tue: et seruiet tibi usq; in eternū. Ancille q̄ꝫ similiter facies. Non auertes ab eis oculos tuos. qn̄ dimiseris eos liberos. qm̄ iuxta mercedem mercennarij. ꝑ sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi dn̄s deus tuus in cūctis operibꝫ q̄ agis. De p̄mogenitis q̄ nascūtur in armētis ⁊ ouibus tuis: quicquid est sexus masculini sanctificabis dn̄o deo tuo. Non operaberis in p̄mogenito bouis: et non tondebis p̄mogenita ouiū. In conspectu domini dei tui comedes ea ꝑ annos singulos in loco quē elegerit dn̄s tu ⁊ domus tua. Sin aūt habuerit maculā ⁊ vel claudū fuerit vel cecū. aut in aliqua parte deforme vel debile non immolabit̄ dn̄o deo tuo: ſꝫ intra portas vrbis tue comedes illud. Tam mūdus q̄ꝫ immūdꝰ similiter vescent̄ eis quasi caprea et ceruo. Hoc solū obſuabis ut sanguinem eorꝫ non comedas: sed effundes in terram quasi aquā. XVI

Obſua mēsem nouarꝫ frugum ⁊ verni p̄mū temporis ut facias phase dn̄o deo tuo: qm̄ in isto mēse eduxit te dn̄s deus tuus de egipto nocte. Immolabisq; phase dn̄o deo tuo de ouibꝫ ⁊ de bubꝫ in loco quē elegerit dn̄s deus tuus: vt habitet nomē eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatū. Septē diebꝫ comedes absq; fermēto afflictionis panē: qm̄ in pauorē egressus es de egipto: ut memineris diei egressionis tue de egipto om̄ibꝫ diebꝫ vite tue. Non apparebit fermentatū in omnibus terminis tuis septē diebꝫ: et non remanebit de carnibꝫ eius qd̄ immolatū ē vespere. in die primo mane. Non poteris immolare phase in qualibet vrbiū tuarꝫ quas dn̄s deꝰ tuus daturus est tibi: sed in loco quē elegerit dn̄s deus tuus ut habitet nomē eius ibi. Immolabis phase vespe ad solis occasū qn̄ egressus es de egipto: ⁊ coques ⁊ comedes in loco quē elegerit dn̄s deꝰ tuus: maneq; cōsurgens vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azima: et in die septima q꜄ collecta est domini dei tui non facies opus. Septem ebdomadas numerabis tibi ab ea die q̄ falcē in segetē miseris ⁊ celebrabis diem festū ebdomadarꝫ domino deo tuo.

oblacōnem spontaneā manus tue quā offe-
res iuxta benedictionē dñi dei tui: et epula-
beris coram dño deo tuo tu ⁊ filius tuus ⁊ fi-
lia tua ⁊ seruus tuus ⁊ ancilla tua ⁊ leuites q̄
est intra portas tuas: et aduena ac pupillus
et vidua qui morātur vobiscū in loco quem
elegerit dominus deus tuus ut habitet no-
men eius ibi: et recordaberis qm̄ seruus fue-
ris in egipto: custodiesq; ac facies q̄ prece-
pta sūt. Solēnitatem q; tabnaculoꝝ cele-
brabis ꝑ septē dies qn̄ collegeris de area
et torculari fruges tuas: et epulaberis in fe-
stiuitate tua tu ⁊ filius tuus ⁊ filia ⁊ seruus tu-
us ⁊ ancilla: leuites q; ⁊ aduena· et pupillus
et vidua qui intra portas tuas sunt. Septē
diebus dño deo tuo festa celebrabis in loco
quē elegerit dñs: benedicetq; tibi dominus
deus tuus in cunctis frugibꝫ tuis ⁊ in omni
opere manuū tuaꝝ: erisq; in leticia. Tribus
vicibus ꝑ annū apparebit omne masculinū
tuū in cōspectu dñi dei tui in loco quē elege-
rit: in solēnitate azimoꝝ· et in solēnitate eb-
domadaꝝ: et in solēnitate tabernaculoꝝ.
Nō apparebit ante dominū vacuus: ſ; offe-
ret vnusquisq; secūdum ꝙ habuerit iuxta
benedictionē domini dei sui quā dederit ei.
Judices ⁊ magistros ꝯstitues in omnibus
portis tuis quas dñs deus tuus dederit tibi
per singulas tribus tuas vt iudicent popu-
lū iusto iudicō: nec in alteram ptē declinent
Non accipies ꝑsonā nec munera: ꝗ mune-
ra excecāt oculos sapientū: et mutāt verba
iustoꝝ. Juste q̄d iustū est ꝑsequeris: vt vi-
uas ⁊ possideas terrā quā dominus deus
tuus dederit tibi. Nō plantabis lucum· et
omnē arborem iuxta altare domini dei tui:
nec facies tibi atq; cōstitues statuam: que
odit dominus deus tuus. **XVII**

Non immolabis dño deo tuo bouem ⁊
ouem in quo ē macula· aut quippiam vicij:
ꝗ abominacō est dño deo tuo. Cūq; repti
fuerint apud te intrā vnā portaꝝ tuaꝝ q̄s
dñs deus tuus dabit tibi vir aut mulier qui
faciant malum in conspectu domini dei tui ⁊
transgrediant᷑ pactū illius· ut vadant ⁊ ser-
uiant dijs alienis ⁊ adorent eos solem ⁊ lu-
nam ⁊ omnē miliciam celi q̄ nō ꝑcepi ⁊ hoc
tibi fuerit nūciatum: audiensq; inquisieris
diligenter· et verū esse reperis· et abomina-
tio facta est in israhel: educes virū ac muli-
erem qui rem celeratissimā ꝑpetrarūt ad por-
tas ciuitatis tue· et lapidibꝫ obruentur. In
ore duoꝝ aut triū testiū peribit qui interfi-
cietur. Nemo occidatur: vno contra se dicē-
te testimoniū. Manus testiū ꝑma interficia-
et eū: et manus reliqui ꝑpli extrema mittet᷑:
vt auferas malū de medio tui. Si difficile
et ambiguū apud te iudiciū esse ꝑspexeris
inter sanguinē ⁊ sanguinē· causam ⁊ causā·
leprā ⁊ nō leprā· et iudicū intra portas tuas
videris verba variari: surge ⁊ ascende ad
locū quē elegerit dominus deus tuus: veni-
esq; ad sacerdotes leuitici generis ⁊ ad iu-
dicem qui fuerit illo tēpore· queresq; ab eis:
qui iudicabūt tibi iudicij veritatē· et facies
quodcūq; dixerint· qui ꝑsunt loco quē ele-
gerit dñs ⁊ docuerint te iuxta legem eius.
sequerisq; sententiā eoꝝ: nec declinabis ad
dextrā neq; ad sinistram. Qui autem supbie-
rit nolens obedire sacerdotis imperio qui
eo tempore ministrat dño deo tuo· ex decre-
to iudicis morietur homo ille: et auferes ma-
lū de israhel: cūctusq; populus audiens time-
bit vt nullus deinceps intumescat superbia.
Cū ingressus fueris terrā quā dominus deꝰ
tuus dabit tibi· et possederis eam habitaue-
risq; in illa: et dixeris cōstituā sup me regē
sicut habent oēs ꝑ circuitū nationes: eum
constitues quem dominus deus tuus elege-
rit de numero fratrū tuoꝝ. Non poteris al-
terius gentis hominē regē facere: qui non
sit frater tuus. Cūq; fuerit constitutus· non
multiplicabit sibi equos nec reducet popu-
lū in egiptū equitatus numero subleuatus:
ꝑsertim cū dominus preceperit vobis vt ne-
quaq̄ amplius ꝑ eandem viam reuertamini.
Non habebit vxores plurimas q̄ illiciāt ani-
mū eius: neq; argenti et auri immensa pon-
dera. Postq̄ autē sederit in solio regni sui
describet sibi deuteronomiū legis huius in
volumine· accipiens exemplar a sacerdoti-
bus leuitice tribus ⁊ habebit secū: legetq;
illud omnibꝫ diebus vite sue vt discat time-
re dominū deum suum: et custodire verba
et cerimonias eius que in lege ꝑcepta sunt.
Nec eleuetur cor eius in supbiā sup fratres

suos: neq; declinet in partem dexteram vel si-
nistram: ut longo tempore regnet ipse ⁊ fili-
us eius super israhel. XVIII

Non habebunt sacerdotes et leuite et
omnes qui de eadem tribu sunt partem et
hereditatem cum reliquo israhel: q2 sacrificia
dñi ⁊ oblacões eius comedēt: et michil ali-
ud accipiēt de possessione fratrū suoꝝ. Do-
minus enim ipe est hereditas eoꝝ: sicut lo-
cutus est illis. Hoc erit iudiciū sacerdotū a
ꝑplo ⁊ ab hijs qui offerūt victimas: siue bo-
uem siue ouem immolauerint dabūt sacer-
doti armū ac ventriculū: ꝑmicias frumēti vi-
ni ⁊ olei. et lanaꝝ partem ex omū tonsione.
Ipsū enim elegit dñs deus tuus de cunctis
tribub; tuis: ut stet ⁊ ministret nomini domi-
ni dei tui ipe ⁊ filij eius in sempiternū. Si ex-
ierit leuites ex vna vrbiū tuaꝝ ex omi isrl' in
qua habitat ⁊ voluerit venire desiderans lo-
cū quē elegerit dñs: ministrabit in nomine
dñi dei sui sicut omes fratres eius leuite qui
stabūt eo tempore coram dño. Partē ciboꝝ
eandē accipiet quā ⁊ ceteri: excepto eo qđ
in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.
Quando ingressus fueris terrā quā dñs de-
us tuus dabit tibi caue ne imitari velis abo-
minationes illaꝝ gentiū: nec inueniat' in te
qui lustret filiū suū aut filiā ducens p ignem
aut qui ariolos sciscitetur aut obseruet so-
mnia atq; auguria: ne sit maleficus ne incan-
tator: ne phitones cōsulat nec diuinos: et q̄-
rat a mortuis veritatē. Omnia enim hec abo-
minatur dñs: et ꝑpter istiusmodi scelera dele-
bit eos in introitu tuo. Perfectus eris ⁊ abs-
q; macula: cū dño deo tuo. Gentes iste qua-
rum possidebis terrā augures ⁊ diuinos au-
diūt: tu aūt a dño deo tuo aliter institutus es.
Prophetā de gente tua ⁊ de fratribus tuis si-
cut me. suscitabit tibi dñs deus tuus: ipsum
audies ut petisti a dño deo tuo in oreb qñ
contio ꝯgregata est atq; dixisti. Vltra nō
audiam vocem domini dei mei: ⁊ ignē hunc
maximū amplius non videbo ne moriar. Et
ait dominus michi. Bene omnia sunt locuti.
Prophetam suscitabo eis de medio fratrum
suoꝝ similē tui: et ponā v̄ba mea in ore eius:
loqueturq; ad eos omnia que p̄cepero illi.
Qui autē v̄ba eius q̄ loquet' in nomie meo
audire noluerit: ego vltor existā. Prophe-
ta aūt qui arrogātia depuatus voluerit lo-
qui in nomine meo q̄ ego non p̄cepi illi vt
diceret. aut ex nomine alienoꝝ deoꝝ: inter-
ficietur. Quod si tacita cogitacōne rñderis.
quomodo possum intelligere verbū quod
dñs nō est locutus: hoc habebis signū. Qđ
in noie dñi ꝑpha ille p̄dixerit ⁊ nō euenerit.
hoc dñs nō est locutus: sed p tumorē animi
sui ꝑpha ꝯfinxit: et idcirco nō timebis eum.
XIX

Cum disperdiderit domi-
nus deus tuus gentes quaꝝ tibi tra-
diturus est terraz. et possideris eam habita-
uerisq; in vrbib; eius ⁊ in edib;: tres ciuita-
tes separabis tibi in medio terre quā dñs
deus tuus dabit tibi in possessionē sternens
diligenter viam: et in tres equaliter partes
totam terre tue ꝓuinciam diuides. ut habe-
at e vicino qui ꝑpter homicidiū ꝓfugus est
quo possit euadē. Hec erit lex homicide fu-
gientis: cuius vita fuanda est. Qui p cusse-
rit ꝓximū suū nesciens. et q̄ heri ⁊ nudiuster-
cius nullū contra eū odiū habuisse compro-
batur sed abisse cū eo simpliciter in siluā ad
ligna cedenda: et in succisione lignoꝝ secu-
ris fugerit manu. ferrūq; lapsū de manubrio
amicū eius p cusserit ⁊ occiderit: hic ad vnā
supradictaꝝ vrbiū cōfugiet ⁊ viuet: ne for-
sitan ꝓximus eius cuius effusus ē sanguis
dolore stimulatus ꝑsequatur et apphendat
eū si longior via fuerit. et p cuciat animā eius
qui nō est reus mortis: q2 nullū contra eum
qui occisus ē odiū prius habuisse mōstrat'.
Idcirco p̄cipio tibi vt tres ciuitates equalis
intra se spacij diuidas. Cū aūt dilatauerit
dñs deus tuus terminos tuos sicut iurauit
patrib; tuis ⁊ dederit tibi cunctam terram
quam eis pollicitus ē: si tamen custodieris
mandata eius ⁊ feceris q̄ hodie p̄cipio tibi
vt diligas dñm deū tuū et ambules in vijs
eius omi tēpore: addes tibi tres alias ciui-
tates. ⁊ supradictaꝝ triū vrbiū numerū du-
plicabis: ut non effundat' sanguis innoxi9
in medio terre quā dominus deus tuus da-
bit tibi possidendā. ne sis sanguinis reus.
Si quis aūt odio habēs ꝓximū. insidiatus
fuerit vite eius surgensq; p cusserit illum et
mortuus fuerit fugeritq; ad vnā de sup̄dictis

vrbib᷒: mittent seniores ciuitatis illius ⁊ arripient eū de loco effugij tradentq̃ in manū ꝓximi cuius sanguis effusus est: et morietur. Non misereberis eius: et auferes noxium sanguinē de israhel: ut bene sit tibi. Non assumes ⁊ trāsferes terminos ꝓximi tui quos fixerūt priores in possessione tua: quam dn̄s deus tuus dabit tibi in terra quam acceperis possidendam. Non stabit testis vnus contra aliquem quicquid illud peccati ⁊ facinoris fuerit: ſʒ in ore duoꝝ aut triū testiū stabit om̄e verbū. Si steterit testis mēdax contra hominē accusans eū preuaricacōnis: stabūt ambo quoꝝ causa ē ante dn̄m in conspectu sacerdotū ⁊ iudicū qui fuerint in dieb᷒ illis. Cūq̃ diligentissime ꝑscrutātes inuenerint falsū testē dixisse cōtra fratrē suū mēdaciū: reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. et auferes malū de medio tui: ut audientes ceteri timorē habeāt ⁊ nequaq̄ꝫ talia audeant facē. Non misereberis eius: sed animā ꝓ anima. oculū ꝓ oculo. dentē ꝓ dente. manū ꝓ manu: pedē ꝓ pede exiges.

XX

Si exieris ad bellū contra hostes tuos. et videris equitatus ⁊ currus. ⁊ maiorem q̄ꝫ tu habeas adu̇sarij exercitus multitudinem: nō timebis eos: q᷑ dn̄s deus tuus tecū est qui eduxit te de terra egipti. Appropinquāte aūt iam ꝓlio stabit sacerdos ante aciem: et sic loquetur ad ꝑplm̄. Audi isrl̄. Vos hodie contra inimicos vr̄os pugnā cōmittitis: nō ꝑtimescat cor vr̄m. Nolite metuere nolite cedē nec formidetis eos: q᷑ dominus deus vester in medio vestri ē: et ꝑ vobis cōtra adu̇sarios dimicabit ut eruat vos de ꝑiculo. Duces q̃ꝫ ꝑ singulas turmas audiente exercitu ꝓclamabūt. Quis ē homo qui edificauit domū nouā: et nō dedicauit eam? Vadat ⁊ reu̇tatur in domū suā: ne forte moriatur in bello ⁊ alius dedicet eam. Quis est homo qui plātauit vineā: et necdū fecit eam esse cōmunē de qua vesci om̄ib᷒ liceat? Vadat ⁊ reu̇tatur in domū suā: ne forte moriatur in bello ⁊ alius homo eius fungatur officio. Quis ē homo qui despondit vxorē: et nō accepit eam? Vadat ⁊ reu̇tatur in domū suā: ne forte moriatur in bello ⁊ alius hō accipiat eam. His dictis addent reliqua: et loquētur ad populū. Quis est homo formidolosus ⁊ corde pauido? Vadat ⁊ reu̇tatur in domū suā: ne pauere faciat corda fratrū suoꝝ: sicut ipse timore ꝑterritus ē. Cūq̃ siluerint duces exercitus ⁊ finē loquēdi fecerint: vnusquisq̃ suos ad bellum cuneos ꝑparabit. Si qn̄ accesseris ad expugnādā ciuitatē: offeres ei ꝑmū pacē. Si receperit et aperuerit tibi portas: cūctus ꝑplus qui in ea est saluabitur: et seruiet tibi sub tributo. Sin aūt fedus inire noluerit ⁊ ceperit contra te bellū: oppugnabis eā. Cūq̃ tradiderit dn̄s de᷒ tu᷒ illā in manū tua: ꝑcuties om̄e qđ in ea generis masculini ē in ore gladij: absq̃ mulierib᷒ ⁊ infantib᷒ iumentis ⁊ ceteris que in ciuitate sūt. Omnem predā exercitui diuides: et comedes de spolijs hostiū tuoꝝ que dn̄s deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatib᷒ que a te ꝓcul valde sūt: et non sūt de hijs vrbib᷒ quas in possessionem accepturus es. De hijs aūt ciuitatib᷒ que dabūtur tibi nullū omnino ꝑmittes viuē sed interficies in ore gladij: etheum videlicet et amorreū ⁊ chananeū pherezeū ⁊ eueū ⁊ iebuseū sicut ꝑcepit tibi dn̄s deus tuus: ne forte doceant vos facere cūctas abominacōnes quas ipi operati sunt dijs suis. et peccetis in dn̄m deū vestrū. Quādo obsederis ciuitatē multo tēpore ⁊ munic̄oib᷒ circundederis ut expugnes eā. nō succides arbores de quibus vesci potest: nec securib᷒ ꝑ circuitū debes vastare regionē q̄m lignū est ⁊ non homo: nec potest bellantiū contra te augere numerū. Si qua autē ligna non sūt pomifera sed agrestia et in ceteros apta vsus: succide et extrue machinas donec capias ciuitatem que contra te dimicat.

XXI

Quādo inuentū fuerit in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi hominis cadauer occisi. et ignorabitur cedis reus: egredientur maiores natu ⁊ iudices tui ⁊ metiētur a loco cadaueris. singulaꝝ ꝑ circuitū spacia ciuitatū: et quā viciniorē ceteris esse ꝑspexerint. seniores ciuitatis illius tollēt vitulam de armēto q̄ nō traxit iugū. nec terrā scidit vomere: ⁊ ducent eā ad vallē asperā atq̃ saxosam que nunq̄ꝫ arata est. nec semētem recepit: et cedent in ea ceruices vitule.

Accedētq; sacerdotes filij leui quos elege-
rit dn̄s deus tuus ut ministrent ei ꝛ benedi-
cant in nomine eius. et ad verbū eoꝝ omne
negotiū pendet ꝛ quicquid mūdum vel im-
mūdum ē iudicet̄: et venient maiores natu
ciuitatis illius ad interfectū lauabūtq; ma-
nus suas sup vitulā que in valle ꝑcussa est:
et dicent. Manus nostre nō effuderūt san-
guinē hūc: nec oculi viderūt. Propicius e-
sto ꝑplo tuo isrl' quē redimisti dn̄e: et non re-
putes sanguinē innocentē in medio ꝑpli tui
israhel. Et auferet' ab eis reatus saguinis:
tu aūt alienus eris ab innocentis cruore q̄
fusus est cū feceris qđ ꝓcepit dominus. Si
egressus fueris ad pugnā contra inimicos
tuos ꝛ tradiderit eos dn̄s deus tuus in ma-
nu tua captiuosq; duxeris: et videris in nu-
mero captiuoꝝ mulierē pulcram ꝛ adama-
ueris eā volueris q; habere vxorē: introdu-
ces eam in domū tuā. Que radet cesariē et
circūcidet vngues. et deponet vestē in qua
capta est: sedensq; in domo tua flebit patrē
et matrē suā vno mense: et postea intrabis
ad eā. dormiesq; cū illa: et erit vxor tua. Si
aūt postea non sederit animo tuo. dimittes
eam liberā: nec vendē poteris pecunia nec
opprimē p potētiam: qꝛ humiliasti eam. Si
habuerit homo vxores duas vnā dilectā;
et alterā odiosam genueritq; ex eis liberos
et fuerit filius odiose ꝓmogenitus volueit-
q; substantiā inter filios suos diuidē: non
poterit filiū dilecte facē ꝓmogenitū ꝛ ꝓfer-
re filio odiose: sed filiū odiose agnoscet ꝓ-
mogenitū dabitq; ei de hijs q̄ habueit cun-
cta duplicia. Iste est enim ꝑ̄cipiū liberoꝝ
eius: et huic debent' primogenita. Si genu-
erit homo filiū cōtumacē et ꝓteruū qui non
audierit patris ac matris imperium. et co-
hercitus obedire cōtempserit: apphendent
eū ꝛ ducent eū ad seniores ciuitatis illius ꝛ
ad portam iudicij: dicentq; ad eos. Filius
noster iste ꝓteruus ꝛ contumax ē: monita
nostra audire contemnit. cōmessationibus
vacat ꝛ luxurie atq; conuiuijs: lapidibꝯ eū
obruet ꝑplus ciuitatis ꝛ morietur ut aufera-
tis malū de medio vestri: et vniūsus israhel
audiens ꝑtimescat. Quādo peccauerit hō
qđ morte plectēduz ē. et adiudicatus morti
appensus fuerit in patibulo: non ꝑmanebit
cadauer eius in ligno. sed in eadē die sepe-
lietur: qꝛ maledictus a deo est qui pendet in
ligno: et nequaq̄ contaminabis terrā tuam
quā dn̄s deꝰ tuus dederit tibi in possessionē.

XXII

Non videbis bouē ꝛ ouem
fratris tui errantē et ꝓteribis: ꝫ redu-
ces fratri tuo: etiā si non ē ꝓpinquus frater
tuus nec nosti eū. Duces in domū tuā: et erit
apud te q̄diu querat ea frater tuus et reci-
piat. Similiter facies de asino ꝛ de vestimē-
to. et de omni re fratris tui que perierit: si in-
ueneris eam ne negligas quasi alienā. Si
videris asinū fratris tui. aut bouē cecidisse
in via: nō despicies ꝫ subleuabis cū eo. Nō
induet' mulier veste virili: nec vir vtetur ve-
ste feminea. Abominabilis enim apud deū
est qui facit hoc. Si ambulans per viā. in
arbore vel in terra nidū auis inueneris ꝛ ma-
trem pullis vel ouis desup incubantē: nō te-
nebis eam cū filijs ꝫ abire patieris captos
tenens filios: ut bene sit tibi ꝛ longo viuas
tēpore. Cū edificaueris domū nouā facies
murū tecti p circuitū ne effundat' sanguis
in domo tua: et sis reus labente alio. et in ꝓ-
ces ruente. Nō seres vineā tuā altero semi-
ne: ne ꝛ sementis quā seuisti ꝛ que nascūtur
ex vinea pariter sanctificent'. Non arabis
in boue simul ꝛ asino. Non indueris vestimē-
to qđ ex lana lino q; contextū est. Funiculos
in fimbrijs facies p quatuor angulos pal-
lij tui quo operiris. Si duxerit vir vxorem
et postea odio habuerit eā quesieritq; oc-
casiones quibꝯ dimittat eam obiciens ei no-
men pessimū. et dixerit vxorem hanc accepi
et ingressus ad eā nō inueni virginem: tol-
lent eam pater ꝛ mater eius ꝛ ferent secū si-
gna virginitatis eius ad seniores vrbis q̄
in porta sūt: et dicet pater. Filiā meam dedi
huic vxorem: quā quia odit imponit ei no-
men pessimū ut dicat nō inueni filiā tuā vir-
ginem: et ecce hec sunt signa virginitatis fi-
lie mee. Expandent vestimentū corā seniori-
bus ciuitatis: apphendentq; senes vrbis il-
lius virū ꝛ verberabūt illū. cōdemnantes in-
super centū siclis argenti quos dabit patri
puelle. quī diffamauit nomen pessimū sup
virginem israhel: habebitq; eam vxorem et

non poterit dimittē omib⁹ diebus vite sue. Quod si verū est qđ obicit ⁊ nō est in puella inuenta virginitas: eicient eam extra fores domus patris sui et lapidib⁹ obruent viri ciuitatis illius ⁊ morietur qm̄ fecit nephas in israhel ut fornicaret᷑ in domo patris sui: et auferes malum de medio tui. Si dormierit vir cū vxore alterius vterqꝫ morient᷑ id ē adulter ⁊ adultera: et auferes malū de isrl'. Si puellā virginē desponderit vir ⁊ inuenerit eam aliquis in ciuitate ⁊ concubuerit cū ea: educes vtrūqꝫ ad portā ciuitatis illius ⁊ lapidib⁹ obruent᷑: puella q̄ non clamauit cū esset in ciuitate: vir q̄ humiliauit vxorē ꝓximi sui: et auferes malum de medio tui. Sin aūt in agro repererit vir puellam que desponsata est ⁊ apꝓhendens ꝯcubuerit cū ea ipse moriet᷑ solus: puella nichil patietur nec est rea mortis: qm̄ sicut latro consurgit contra fratrē suū ⁊ occidit animā eius: ita et puella ꝑpessa est. Sola erat in agro: clamauit: et nullus affuit qui liberaret eam. Si inuenerit vir puellam virginē que nō habet sponsū ⁊ apꝓhendens ꝯcubuerit cū illa ⁊ res ad iudiciū venerit: dabit qui dormiuit cū ea patri puelle centū quīquaginta siclos argēti: et habebit eā vxorē q̄ humiliauit illā. Non poterit dimittē eam cunctis dieb⁹ vite sue.

XXIII

Non accipiet homo vxorē patris sui: nec reuelabit operimentū eius. Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis ⁊ absciso veretro ecclesiā dn̄i. Nō ingrediet᷑ manser hoc ē de scorto natus in ecclesiam dn̄i usqꝫ ad decimā generacōnem. Ammonites ⁊ moabites etiā post decimā generacōnē non intrabūt ecclesiam dn̄i in eternū: q̄ noluerūt vobis occurrē cū pane ⁊ aqua in via quando egressi estis de egipto: et q̄ cōduxerūt contra te balaam filiū beor de mesopotamia sirie ut malediceret tibi: et noluit dn̄s deus tuus audire balaam: vertitqꝫ maledictionē eius in benedictionē tuam eo q̄ diligeret te. Non facies cū eis pacem: nec queras eis bona cunctis diebus vite tue in sempiternū. Non abhominaberis ydumeū q̄ frater tuus ē: nec egiptium q̄ aduena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis tercia generacōne intrabunt in ecclesiā domini. Quando egressus fueris adūsus hostes tuos in pugnā: custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit sompnio egrediet᷑ extra castra: et nō reūtet᷑ priusq̄ ad vesperā lauetur aqua: et post solis occasū regrediet᷑ in castra. Habebis locū extra castra ad quē egrediaris ad requisita nature: gerens paxillū in baltheo. Cumqꝫ sederis fodies per circuitum: et egesta humo operies quo releuatus es. Dn̄s enim deus tuus ambulat in medio castroꝝ ut eruat te ⁊ tradat tibi inimicos tuos: ut sint castra tua sancta ⁊ nichil in eis appareat feditatis: ne derelinquat te. Non trades seruū dn̄o suo qui ad te cōfugerit. Habitabit tecū in loco qui ei placuerit: et in vna vrbiū tuaꝝ requiescet: ne cōtristes eū. Non erit meretrix de filiab⁹ israhel: nec scortator de filijs israhel. Non offeres mercedem ꝓstibuli: nec p̄ciū canis in domo dn̄i dei tui quicquid illud ē qđ vouerint: q̄ abominacō est vtrūqꝫ apud dn̄m deū tuū. Nō fenerabis fratri tuo ad vsurā pecuniam nec fruges nec quālibet aliā rē: sed alieno. Fratri aūt tuo absqꝫ vsura id quo indiget commodabis: ut benedicat tibi dn̄s deus tuus in omni opere tuo in terra ad quā ingredieris possidendā. Cum votū voueris dn̄o deo tuo nō tardabis reddē quia requiret illud dn̄s deus tu⁹: ⁊ si moratus fueris reputabit᷑ tibi in peccatū. Si nolueris polliceri: absqꝫ peccato eris. Quod aūt semel egressum est de labijs tuis obseruabis ⁊ facies sicut ꝓmisisti dn̄o deo tuo: et ꝓpria voluntate ⁊ ore tuo locutus es. Ingressus vineā ꝓximi tui comede vuas quātū tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui franges spicas et manu conteres: falce autem non metes.

XXIIII

Si acceperit homo vxorem ⁊ habuerit eam ⁊ nō inuenerit gratiā ante oculos eius ꝓpter aliquā feditatē: scribet libellū repudij et dabit in manū illius: et dimittet eam de domo sua. Cūqꝫ egressa alterū maritū duxerit et ille quoqꝫ oderit eam dederitqꝫ ei libellū repudij et dimiserit de domo sua vel certe mortuus fuerit: nō poterit p̄or maritus recipere eam in vxorē q̄ polluta est ⁊ abominabilis

facta coram dño: ne peccare facias terram tuam quā dñs deus tuus tradiderit tibi possidendā. Cū acceperit homo nup vxorē nō pcedet ad bellū nec ei quipiā necessitatis iniūgetur publice: sed vacabit absq culpa domui sue: ut vno anno letetur cū vxore sua.

II

Non accipies loco pignoris inferiorē et superiorē molam: qz animā suam apposuit tibi. Si dephensus fuerit homo sollicitās fratrē suū de filijs israhel. et vendito eo acceperit pciū interficietur: et auferes malū de medio tui. Obserua diligēter ne incurras plagā lepre: sed facies quecūq docuerint te sacerdotes leuitici generis iuxta id qđ pcepi eis: et imple sollicite. Memento te q fecerit dñs deus vester marie in via cū egrederemini de egipto. Cū repetes a pximo tuo rem aliquam quā debet tibi. nō ingredieris domū eius ut pignus auferas: sed stabis foris et ille tibi pferet qđ habuerit. Si aūt paup est. non pnoctabit apud te pignus: sed statī reddes ei ante solis occasū: ut dormiēs in vestimēto suo benedicat tibi: et habeas iusticiā coram dño deo tuo. Non negabis mercedem indigentis et paupis fratris tui. siue aduene q tecū moratur in terra et intra portas tuas ē: sed eadē die reddes ei pciū laboris sui ante solis occasū. qz pauper est et ex eo sustentat animā suam: ne clamet contra te ad dñm: et reputetur tibi in peccatū.

II

Non occident patres p filijs nec filij p patribus: sed vnusquisq p peccato suo morietur. Non pūtes iudiciū aduene et pupilli: nec auferes pignoris loco vidue vestimentū. Memēto qz seruieris in egipto: et eruerit te dominus deus tuus inde. Idcirco pcipio tibi ut facias hanc rem. Quando messueris segetē in agro tuo. et oblitus manipulū reliqueris: nō reuerteris ut tollas illū. sed aduenā et pupillū et viduā auferre patieris: ut benedicat tibi dñs deus tuus in omi opere manuū tuarum. Si fruges collegeris oliuarum: quicquid remanserit in arboribus non reuteris ut colligas: sed relinques aduene pupillo ac vidue. Si vindemiaueris vineā tuam. nō colliges remanētes racemos: sed cedēt in vsus aduene pupilli ac vidue. Memento qz et tu seruieris in egipto: et idcirco pcipio tibi ut facias hanc rē.

S

XXV

Si fuerit causa inter aliquos et interpellauerint iudices: quē iustū esse pspexerint illi iusticie palmam dabūt: quē impiū condemnabūt impietatis. Sin autē eū qui peccauit dignū viderint plagis: psternent et coram se faciant verberari. Pro mensura peccati erit et plagarum modus: ita dūtaxat vt quadragenariū numerū nō excedant: ne fede laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.

IIII

Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Quando habitauerint fratres simul et vnus ex eis absq liberis mortuus fuerit: vxor defuncti nō nubet alteri sed accipiet eam frater eius et suscitabit semen fratris sui: et pmogenitū ex ea filiū nomine illius appellabit ut nō deleatur nomen eius ex israhel. Sin autē noluerit accipē vxorem fratris sui q ei lege debetur: perget mulier ad portam ciuitatis et interpellabit maiores natu: dicetq. Non vult frater viri mei suscitare semen fratris sui in israhel: nec me in coniugiū sumere. Statimq accersiri eū facient: et interrogabūt. Si responderit nolo eam vxorē accipē: accedet mulier ad eū coram senioribus. et tollet calciamentū de pede eius spuetq in faciem eius: et dicet. Sic fiet homini q non edificat domū fratris sui. Et vocabitur nomen illius in israhel domus discalciati. Si habuerint inter se iurgiū viri duo et vnus contra alterū rixari ceperit: volensq vxor alterius eruere virum suū de manu fortioris. miseritq manum et apphenderit verēda eius: absciđes manū illius. nec flecteris sup eam vlla misericordia.

b

Nō habebis in sacculo diūsa pondera maius et minus: nec erit in domo tua modius maior et minor. Pondus habebis iustum et verum: et modius equalis et verus erit tibi: ut multo viuas tempore sup terrā quā dñs deus tuus dederit tibi. Abominatur enim dñs eū qui facit hec: et adūsatur omnem iniusticiā. Memento que fecerit tibi amalech in via qñ egrediebaris ex egipto: quō occurrerit tibi et extremos agminis tui qui lassi residebāt ceciderit. quādo tu eras fame et labore cōfectus: et non timuerit deū. Cum ergo dñs deus tuus dederit tibi requiem. et subiecerit cūctas p circuitū nationes in terra quā tibi

pollicitus est: delebis nomen eius sub celo.
Caue ne obliuiscaris. XXVI
Cum intraueris terrā quā dominus
deus tuus tibi daturus est possidendā ⁊ ob-
tinueris eam. atq; habitaueris in illa: tolles
de cunctis frugib⁹ tuis primicias et pones
in cartallo pgesq; ad locū quē dominus de-
us tuus elegerit ut ibi inuocet᷑ nomē eius:
accedesq; ad sacerdotē qui fuerit in dieb⁹
illis ⁊ dices ad eū. Profiteor hodie corā do-
mino deo tuo: q͛ ingressus sū in terrā ꝓ qua
iurauit patrib⁹ nostris ut daret eam nobis.
Suscipiensq; sacerdos cartallū de manū tua
ponet ante altare domini dei tui: et loqueris
in ɔspectu domini dei tui. Sirus ꝑsequebat᷑
patrē meū: qui descendebat in egiptū ⁊ ibi
pegrinatus est in paucissimo numero: cre-
uitq; in gentē magnā ac robustā ⁊ infinite
multitudinis. Afflixeruntq; nos egiptij ⁊ ꝑse-
cuti sūt imponētes onera grauissima: et cla-
mauimus ad dominū deū patrū nr̄oꝝ. q̄ ex-
audiuit nos ⁊ respexit humilitatē nr̄am ⁊ la-
borē atq; angustiā: ⁊ eduxit nos de egipto
in manu forti ⁊ brachio extēto. in ingēti pa-
uore. in signis atq; portentis: ⁊ introduxit
ad locū istū: et tradidit nobis terram lacte
⁊ melle manantē. Et idcirco nūc offero pri-
micias frugū terre: quā dominus dedit mi-
chi. Et dimittes eas in ɔspectu dn̄i dei tui: ⁊
adorato dn̄o deo tuo epulaberis in omnibus
bonis que dominus deus tuus dederit tibi ⁊
domui tue: tu ⁊ leuites et aduena qui tecum
est. Quando ɔpleueris decimā cunctaꝝ fru-
gū tuaꝝ. āno decimaꝝ tercio: dabis leuite
et aduene ⁊ pupillo ⁊ vidue ut comedant
intra portas tuas ⁊ saturentur: loquerisq; in
conspectu domini dei tui. Attuli quod sancti-
ficatū est de domo mea ⁊ dedi illud leuite et
aduene ⁊ pupillo ac vidue sicut iussisti mi-
chi. Nō p̄teriui mandata tua: nec sū oblitus
imperij. Nō ɔmedi ex eis in luctu meo: nec
separaui ea in qualibet immundicia: nec ex-
pendi ex hijs quicq̄ in re funebri. Obediui
voci domini dei mei: et feci omnia sicut p̄cepi-
sti michi. Respice de sanctuario tuo ⁊ de ex-
celso celoꝝ habitaculo: et benedic ꝑplo tuo
israhel. et terre quā dedisti nobis sicut iura-
sti patrib⁹ nr̄is: terre lacte ⁊ melle manāti.

Hodie dn̄s deus tuus p̄cepit tibi ut facias
mandata hec atq; iudicia: ut custodias et
impleas ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua.
Dominū elegisti hodie ut sit tibi deus ⁊ am-
bules in vijs ei⁹: ut custodias cerimonias
illius ⁊ mādata atq; iudicia: et obedias ei⁹
imperio. En dominus elegit te hodie vt sis
ei populus peculiaris sicut locutus est tibi ⁊
custodias omnia p̄cepta illius: et faciet te
excelsiorē cūctis gētib⁹ quas creauit in lau-
dē ⁊ nomē ⁊ gloriā suā: vt sis populus scūs
domini dei tui sicut locutus ē. XXVII
Precepit aūt moyses ⁊ seniores ꝑplo
israhel dicētes. Custodite omne māda-
tum quod p̄cipio vobis hodie. Cūq; trāsie-
ritis iordanen in terrā quā dominus deus
tuus dabit tibi. eriges ingentes lapides
et calce leuigabis eos ut possis in eis scribe-
re omnia verba legis huius iordane trans-
misso: ut introeas terrā quā dn̄s deus tuus
dabit tibi: terram lacte ⁊ melle manantem
sicut iurauit patrib⁹ tuis. Quādo ergo trā-
sieritis iordanen erigite lapides quos ego
hodie p̄cipio vobis in monte hebal: et leui-
gabis eos calce. et edificabis ibi altaē dn̄o
deo tuo de lapidib⁹ quos ferrū non tetigit.
et de saxis informib⁹ et impolitis: et offeres
sup eo olocausta dn̄o deo tuo et immolabis
hostias pacificas: comedesq; ibi ⁊ epulabe-
ris coram domino deo tuo. Et scribes sup la-
pides omnia verba legis huius plane ⁊ luci-
de. Dixeruntq; moyses ⁊ sacerdotes leuitici
generis ad omnē israhelē. Attende ⁊ audi
israhel. Hodie factus es populus domini
dei tui. Audies vocem eius: ⁊ facies māda-
ta atq; iusticias quas ego p̄cipio tibi. Pre-
cepitq; moyses populo in die illo dicens.
Hij stabūt ad benedicendū dn̄o sup mōtē
garizim iordane transmisso: symeon leui iu-
das ysachar ioseph ⁊ beniamin. Et eregio-
ne isti stabūt ad maledicendū in mōte he-
bal: ruben gad ⁊ aser zabulon dan ⁊ nepta-
lim. Et ꝓnunciabūt leuite: dicētq; ad omnes
viros israhel excelsa voce. Maledictus hō
qui facit sculptile ⁊ cōflatile abominacōnē
domini. opus manuū artificū: ponitq; illud
in abscondito. Et respōdebit omnis ꝑplus:
et dicet amē. Maledictus qui non honorat

patrem suū et matrē. Et dicet omnis ppłus
amen. Maledictus qui transfert terminos
pximi sui. Et dicet omnis ppłus amen. Ma-
ledictus qui errare facit cecū in itinere. Et
dicit omnis ppłus amen. Maledictus qui
pūtit iudiciū advene pupilli et vidue. Et
dicet oīs populus amen. Maledictus q̄
dormit cū vxore patris sui: et revelat operi-
mentū lectuli eius. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus qui dormit cum omni iu-
mento. Et dicet omnis ppłus amen. Male-
dictus qui dormit cū sorore sua filia patris
sui vel matris sue. Et dicet omnis populus
amen. Maledictus qui dormit cū socru sua.
Et dicet omnis ppłus amen. Maledictus q̄
clam pcusserit pximū suū. Et dicet oīs po-
pulus amē. Maledictus qui accipit mune-
ra: ut pcuciat animā sanguinis innocentis.
Et dicet omnis populus amen. Maledict⁹
qui nō pmanet in sermonib⁹ legis huius: nec
eos opere pficit. Et dicet oīs ppłus amen.

II

Si autē audieris vocē XXVIII
dñi dei tui ut facias atq; custodias o-
mnia mandata eius que ego pcipio tibi ho-
die: faciet te dñs deus tuus excelsiorē cūctis
gentib⁹ que vsantur in terra. Venientq; sup
te vniuse benedictiones iste et apphendent
te: si tamē pcepta eius audieris. Bñdictus
tu in ciuitate: et bñdictus in agro. Benedi-
ctus fructus ventris tui et fructus terre tue:
fructusq; iumētoꝝ tuoꝝ greges armētoꝝ
tuoꝝ et caule ouiū tuaꝝ. Bndicta horrea
tua: et benedicte reliquie tue. Benedictus
eris ingrediēs et egrediēs. Dabit dominus
inimicos tuos qui cōsurgent adūsum te cor-
ruentes in conspectu tuo. Per viam vnam
venient contra te: et p septē fugient a facie
tua. Emittet dñs benedictionē sup cellaria
tua et sup oīa opera manuū tuaꝝ: benedi-
cetq; tibi in terra quam acceperis. Suscita-
bit te dñs sibi in ppłm sanctū sicut iuravit tibi:
si custodieris mandata dñi dei tui et ambu-
laveris in viis eius. Videbūtq; omnes terra-
rum populi q nomen dñi invocatū sit super
te: et timebunt te. Abundare te faciet dñs
oīb⁹ bonis: fructu vteri tui et fructu iumē-
toꝝ tuoꝝ: fructu terre tue quā iuravit dñs
patrib⁹ tuis ut daret tibi. Apiet dñs thesauru

III

suū optimū celū: ut tribuat pluviā terre tue in
tempore suo. Benedicetq; cūctis opib⁹ ma-
nuū tuaꝝ: et fenerabis gentibus multis: et
ipe a nullo fenus accipies. Constituet te do-
minus deus tuus in caput et non in caudā: et
eris semp supra et nō subter: si tamen audi-
eris mādata dñi dei tui que ego pcipio tibi
hodie et custodieris et feceris: ac nō declina-
veris ab eis nec ad dextrā nec ad sinistram:
nec secutus fueris deos alienos neq; colue-
ris eos. Quod si audire nolueris vocē dñi
dei tui ut custodias et facias oīa mādata
eius et cerimonias quas ego pcipio tibi ho-
die: venient super te omnes maledictiones
iste et apphendent te. Maledictus eris in
civitate: maledictus in agro. Maledictum
horreū tuū: et maledicte reliquie tue. Male-
dictus fructus ventris tui et fructus terre
tue: armenta boum tuoꝝ et greges ovium
tuaꝝ. Maledictus eris ingrediens: et ma-
ledictus egrediens. Mittet dñs super te
famem et esuriem et increpationē in omnia
opera tua que tu facies: donec conterat te et
perdat velociter pter adinvenciones tuas
pessimas in quib⁹ reliquisti me. Adiūgat
tibi dñs pestilentiam: donec consumat te de
terra ad quā ingredieris possidendā. Per-
cutiat te dñs egestate et febri et frigore ar-
dore et estu et aere corrupto ac rubigine: et p-
sequat᷑ donec pereas. Sit celū qd supra te
est eneū: et terra quā calcas ferrea. Det dñs
ymbrem terre tue puluerē: et de celo descen-
dat sup te cinis donec conteraris. Tradat
te dominus corruentē ante hostes tuos: et
per vnā viam egrediaris contra eos et p se-
ptem fugias: et dispergaris p omnia regna
terre. Sitq; cadaver tuū in escam cūctis vo-
latilib⁹ celi et bestiis terre: et nō sit qui abi-
gat. Percutiat te dñs vlcere egipti et ptē
corpis p quā stercora digerūtur: scabie q̄q
et prurigine: ita ut curari nequeas. Percu-
tiat te dñs amentia et cecitate ac furore mē-
tis: et palpes in meridie sicut palpare solet
cecus in tenebris: et non dirigas vias tuas.
Omniq; tempore calūniā sustineas: et oppri-
maris violētia nec habeas q liberet te. Vxo-
rē accipias: et alius dormiat cū ea. Domū
edifices: et nō habites in ea. Plātes vineā:

IIII

et nō vindemies eā. Bos tuus immolet᷑ coram te: et non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo: et nō reddat᷑ tibi. Oues tue dent᷑ inimicis tuis: et nō sit qui te adiuuet. Filij tui et filie tue tradant᷑ alteri populo videntibꝫ oculis tuis ⁊ deficientibꝫ ad conspectū eoꝝ tota die: et non sit fortitudo in manu tua. Fructus terre tue ⁊ oīes labores tuos comedat ꝑplꝰ quē ignoras: et sis semꝑ calūniā sustinēs. et opressus cūctis diebus: et stupens ad terrorē eoꝝ q̄ videbūt oculi tui. Percutiat te dn̄s vlcere pessimo in genibꝫ ⁊ in suris: sanariq; nō possis a plāta pedis vsq; ad verticē tuū. Ducet q; te dn̄s et regem tuū quē constitues sup te in gentē quā ignoras tu ⁊ patres tui: et seruies ibi dijs alienis ligno ⁊ lapidi: et eris ꝑditus in ꝓuerbiū ac fabulā oīibus ꝑplis ad quos te introduxerit dominus. Sementē multā iacies in terrā ⁊ modicū congregabis: q꜡ locuste deuorabūt omnia. Vineā plantabis et fodies ⁊ vinū non bibes nec colliges ex ea quippiā: q̄m vastabit᷑ vermibꝫ. Oliuas habebis in oīibꝫ terminis tuis et nō vngeris oleo: q꜡ defluent ⁊ deperibūt. Filios generabis ⁊ filias ⁊ non frueris eis: q̄m ducent᷑ in captiuitatē. Omnes arbores tuas ⁊ fruges terre tue rubigo cōsumet. Aduena qui tecū versat᷑ in terra ascendet sup te: eritq; sublimior: tu aūt descendes ⁊ eris inferior. Ipse fenerabit tibi: et tu nō fenerabis ei. Ipse erit in caput: et tu eris in caudā. Et venient sup te oīes maledictiones iste. et ꝑsequētes apprehendent te donec intereas: q꜡ non audisti vocem dn̄i dei tui: nec seruasti mādata eius et cerimonias quas p̄cepit tibi. Et erunt in te signa atq; ꝓdigia ⁊ in semine tuo usq; in sempiternū: eo q꜡ nō seruieris dn̄o deo tuo in gaudio cordisq; leticia ꝓpter reꝝ oīiū abundantiā. Seruies inimico tuo quē emittet tibi dn̄s in fame ⁊ siti ⁊ nuditate ⁊ omni penuria: et ponet iugū ferreū super ceruicē tuā donec te conterat. Adducet dn̄s super te gentē de longinquo et de extremis terre finibꝫ in similitudinē aquile volantis cū impetu cuius linguā intelligē non possis: gentem ꝑcacissimā que nō deferat seni nec misereatur paruuli: et deuoret fructū iumentoꝝ tuoꝝ ac fruges terre tue. donec intereas: et nō relinquat tibi triticū vinū ⁊ oleū armēta boū et greges ouiū donec te disperdat et conterat in cūctis vrbibus tuis: et destruāt᷑ muri tui firmi atq; sublimes. in quibꝫ habebas fiduciā in omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua quā dabit tibi dn̄s deus tuus: et comedes fructum vteri tui ⁊ carnes filioꝝ tuoꝝ ⁊ filiaꝝ tuaꝝ q̄s dederit tibi dn̄s deus tuus. in angustia et vastitate qua opprimet te hostis tuꝰ. Homo delicatus in te et luxuriosus valde inuidebit fratri suo ⁊ vxori que cubat in sinu suo ne det eis de carnibꝫ filioꝝ suoꝝ quas comedet: eo q꜡ nichil aliud habeat in obsidione et penuria qua vastauerint te inimici tui intra oīes portas tuas. Tenera mulier ⁊ delicata que sup̄ terrā ingredi non valebat nec pedis vestigiū figere ꝓpter mollitiem ⁊ teneritudinē nimiā: inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius super filij ⁊ filie carnibꝫ ⁊ illuuie secūdinaꝝ que egrediunt᷑ de medio feminū eius: et sup liberis qui eadē hora nati sunt. Comedent enim eos clam ꝓpter rerū omniū penuriam: in obsidione ⁊ vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris ⁊ feceris omnia v̄ba legis huius que scripta sūt in hoc volumie. et timueris nomē eius gloriosū et terribile hoc est dn̄m deū tuū: augebit dn̄s plagas tuas. et plagas seminis tui plagas magnas et ꝑseuerantes infirmitates pessimas et ꝑpetuas: et conūtet in te oīes afflictiones egipti quas timuisti ⁊ adherebūt tibi. Insuper et vniūsos languores ⁊ plagas que nō sūt scripte in volumie legis huius inducet dn̄s super te: donec te conterat. Et remanebitis pauci numero q̄ prius eratis sicut astra celi pre multitudine: q̄m non audisti vocē dn̄i dei tui. Et sicut ante letatus est dn̄s sup vos. bene vobis faciens vosq; multiplicans: sic letabit᷑ disperdens vos atq; subuētens: vt auferamini de terra ad quā ingredieris possidendā. Dispgēt te dn̄s in oīes ꝑplos a sūmitate terre vsq; ad terminos eius: ⁊ seruies ibi dijs alienis q̄s ⁊ tu ignoras ⁊ patres tui lignis ⁊ lapidibꝫ. In gentibꝫ q̄q; illis nō q̄esces: neq; erit requies vestigio pedis tui.

Dabit enim tibi dñs ibi cor pauidū et defici-
entes oculos. et animā consūptam merore:
et erit vita tua quasi pēdens ante te. Time-
bis nocte et die: et non credes vite tue. Ma-
ne dices quis michi det vesperū: et vespere
quis michi det mane: ꝓpter cordis tui formi-
dinē qua terreberis: et ꝓpter ea que tuis vi-
debis oculis. Reducet te dñs classibꝫ in egi-
ptū: per viā de qua dixit tibi ut eā amplius
non videres. Ibi venderis inimicis tuis in
seruos et ācillas: et nō erit q̄ emat. XIX

Hec sunt verba federis qđ p̄cepit dñs
moysi vt feriret cum filiis isrl̄ in terra
moab: p̄ter illud fedus qđ cū eis pepigit
in oreb. Vocauitq̄ȝ moyses omnē israhel: et
dixit ad eos. Vos vidistis vniūsa que fecit
dñs coram vobis in terra egipti pharaoni
et omnibꝫ seruis eius vniūseq̄ȝ terre illius:
temptacōes magnas quas viderūt oculi
tui: signa illa portentaq̄ȝ ingentia: et non de-
dit vobis dñs cor intelligēs et oculos vidē-
tes: et aures q̄ possint audire usq̄ȝ in p̄sentē
diem. Adduxit vos quadraginta annis p̄
desertū: non sūt attrita vestimenta vr̄a: nec
calciamēta pedū vestrorum vetustate consum-
pta sunt. Panē nō comedistis vinū et siceram
non bibistis: ut sciretis q̄ȝ ipse est dñs deus
vester. Et venistis ad hūc locū: egressusq̄ȝ
est seon rex esebon et og rex basan occurrē-
tes nobis ad pugnam. et p̄cussimus eos et
tulimus terrā eorum: ac tradidimus possidē-
dam ruben et gad et dimidie tribui manasse.
Custodite ergo verba pacti huius et imple-
te ea: ut intelligatis vniūsa que facitis. Vos
statis hodie cuncti coram dño deo vestro.
principes vestri et tribus ac maiores natu
atq̄ȝ doctores omnis ꝓplus israhel liberi et
vxores vestre et aduene qui tecū morantur
in castris exceptis lignorum cesoribꝫ. et his
qui comportant aquas: vt transeas in fede-
re dñi dei tui: et in iureiurādo qđ hodie dñs
deꝰ tuus p̄cutit tecū: vt suscitet te sibi i ꝓplm̄
et ipse sit dñs deus tuus sicut locutus ē tibi:
et sicut iurauit patribꝫ tuis abraham ysaac
et iacob. Nec vobis solis ego hoc fedus
ferio et hec iuramenta cōfirmo: sed cūctis p̄-
sentibꝫ et absentibꝫ. Vos enim nostis quō ha-
bitauerimꝰ in t̄ra egipti. et quō trāsierimꝰ
p̄ mediū nacōnū: q̄s transeūtes vidistis ab-
ominacōnes et sordes id ē ydola eorum lignū
et lapidē argentū et aurū q̄ colebāt. Ne for-
te sit inter vos vir aut mulier familia aut tri-
bus cuius cor auersū ē hodie a dño deo vr̄o
ut vadat et seruiat diis illarum gentiū: et sit in-
ter vos radix germinās fel et amaritudinē.
Cumq̄ȝ audierit verba iuramenti huius bene-
dicat sibi in corde suo dicēs pax erit michi.
et ambulabo in prauitate cordis mei: et as-
sumat ebria sitientē et dñs non ignoscat ei:
s̄ȝ tūc q̄ maxime furor eius fumet et zelus cō-
tra hominē illū. et sedeant sup̄ eū om̄ia male-
dicta que scripta sūt in hoc volumine: et de-
leat dominus nomen eius sub celo et consu-
mat eū in perdicione ex om̄ibꝫ tribubꝫ isrl̄:
iuxta malediciones q̄ in libro legis huius
ac federis cōtinētur. Dicetq̄ȝ sequens gene-
ratio et filii qui nascent̄ deinceps. et peregri-
ni q̄ de longe venerint vidētes plagas terre
illius et infirmitates quibꝫ eā afflixerit dñs
sulphure et solis ardore comburens ita ut
ultra non seratur nec virens quippiā germi-
net in exēplū subūsionis zodome et gomor-
re adame et seboim quas subūtit dñs in ira
et in furore suo: et dicēt om̄es gentes. Qua-
re sic fecit dñs terre huic? Que est hec ira
furoris eius immensa? Et respōdebūt. Quia
dereliquerūt pactū dñi qđ pepigit cū p̄ribꝫ
eorum: qñ eduxit eos de terra egipti et seruiert
diis alienis. et adorauerūt eos quos nescie-
bant a quibꝫ nō fuerant attributi: idcirco
iratus est furor dñi contra terrā istam ut in-
duceret sup̄ eā om̄ia maledicta que in hoc
volumine scripta sunt: et eiecit eos de terra
sua in ira et in furore et in indignacōe maxi-
ma: p̄iecit in terrā alienam sicut hodie compro-
batur. Abscondita a dño deo nostro que
manifesta sūt nobis et filiis nostris usq̄ȝ in
sempiternū: ut faciamus vniūsa legis huius. XXX

Cum ergo venerint sup̄
te om̄es sermones isti. bn̄dictio siue
maledictō quā ꝓposui in cōspectu tuo: et du-
ctus penitudie cordis tui in vniūsis gētibꝰ
in quas dispserit te dñs deus tuus et reūsus
fueris ad eū. et obedieris eius imperiis sicut
ego hodie p̄cipio tibi cum filiis tuis in toto
corde tuo et in tota aīa tua: reducet te dñs

III

S IIII

II

deus tuus de captiuitate tua ac miserebitur
tui: et rursum congregabit te de cūctis ppl'is
in quos te ante dispsit. Si ad cardines celi
fueris dissipatus inde te retrahet dn̄s deus
tuus: et assumet atq3 introducet in terram
quā possederūt patres tui et obtinebis eā:
et bn̄dicēs tibi maioris numeri te esse faci-
et q̄ fuerūt patres tui. Circūcidet dominus
deus tuus cor tuū et cor seminis tui: ut dili-
gas dominū deū tuū ex toto corde tuo et in
tota anima tua: ut possis viuē. Omnes aūt
malediciones has: conuertet sup inimicos
tuos: et eos qui oderūt te et psequūtur. Tu
autē reuerteris et audies vocē dn̄i dei tui: fa-
ciesq3 vniūsa mādata que ego p̄cipio tibi
hodie: et abūdare te faciet dn̄s deus tuus
in cūctis operib3 manuū tuar3: in sobole vte-
ri tui et in fructu iumētor3 tuor3: in vbertate
terre tue et in rerū omniū largitate. Reuerte-
tur enim dn̄s ut gaudeat sup te in omnibus
bonis sicut gauisus ē in patrib3 tuis: si tamē
audieris vocem dn̄i dei tui et custodieris p̄-
cepta eius et cerimonias q̄ in hac lege con-
scripta sūt: et reuertaris ad dn̄m deū tuū in to-
to corde tuo et in tota anima tua. Mandatū
hoc quod ego p̄cipio tibi hodie non supra
te est neq3 procul positū. nec in celo situm: ut
possis dicē quis nostrū valet ad celū ascen-
dere ut deferat illud ad nos ut audiamus
atq3 opere cōpleamus: neq3 trās mare po-
situ ut causeris et dicas quis e nobis poterit
mare trāsfretare et illud ad nos usq3 defer-
re ut possimus audire et facere qd̄ p̄ceptum
est: sed iuxta te est sermo valde in ore tuo et
in corde tuo ut facias illū. Considera q̄ ho-
die proposuerim in conspectu tuo vitā et bonū
et econtrario mortē et malū: ut diligas dn̄m
deū tuū et ambules in vijs eius et custodias
mandata illius et cerimonias atq3 iudicia
et viuas: atq3 multiplicet te b̄ndicatq3 tibi
in terra ad quā ingredieris possidendam.
Si aūt auersū fuerit cor tuū et audire nolu-
eris atq3 errore deceptus adoraueris deos
alienos et seruieris eis: p̄dico tibi hodie q̄
pereas: et paruo tēpore moreris in terra ad
quam iordane transmisso ingredieris possi-
dendam. Testes inuoco hodie celū et terrā
q̄ proposuerim vob' vitā et bonū: b̄ndictionē
et maledictionez. Elige ergo vitam ut et tu
viuas et semen tuū: et diligas dn̄m deū tuū
atq3 obedias voci eius: et illi adhereas. Ipe
est enim vita tua et lōgitudo dier3 tuor3: ut
habites in terra pro qua iurauit dn̄s prib3
tuis abrahā ysaac et iacob ut daret eā illis.

XXXI

Abijt quoq3 moyses et
locutus ē omnia v'ba hec ad vniūsum
israhel: et dixit ad eos. Centū viginti anno-
rum sū hodie: non possum ultra egredi et in-
gredi: presertim cū et dn̄s dixerit michi nō
trāsibis iordanen istū. Dominus ergo deus
tuus trāsibit ante te. Ipe delebit oēs gentes
has in conspectu tuo: et possidebis eas. Et
iosue iste transibit ante te: sicut locutus est
dominus. Facietq3 dn̄s eis sicut fecit seon et
og regib3 amorreor3 et t're eorum: delebitq3
eos. Cum ergo et hos tradiderit vobis si-
militer: facietis eis sicut p̄cepi vobis. Vi-
riliter agite: et confortamini. Nolite timere:
ne paueatis ad conspectū eor3: q2 dn̄s deus
tuus ipe est ductor tuus: et nō dimittet nec
derelinquet te. Vocauitq3 moyses iosue: et
dixit ei coram omni israhel. Confortare: et e-
sto robustus. Tu enim introduces populū
istū in terrā quam daturū se prib3 eor3 iura-
uit dn̄s: et tu eā diuides sorte. Et dn̄s q̄ du-
ctor est vr̄ ipse erit tecū: nō dimittet nec de-
relinquet te. Noli timē nec paueas. Scri-
psit itaq3 moyses legem hāc et tradidit eā
sacerdotib3 filijs leui qui portabāt archam
federis dn̄i: et cūctis seniorib3 israhel. Pre-
cepitq3 eis dicēs. Post septē annos remis-
sionis in solemnitate tabernaculorum cōue-
nientib3 cūctis ex israhel ut appareant in cō-
spectu dn̄i dei tui in loco quem elegerit dn̄s
leges verba legis huius coram omni israhel:
audientib3 eis et in vnū omni pplo ꝯgrega-
to. tam viris q̄ mulierib3 paruulis et adue-
nis qui sūt intra portas tuas: ut audientes
discant et timeāt dn̄m deū vr̄m: et custodiāt
impleantq3 omēs s'mones legis huius. Fi-
lij quoq3 eor3 qui nūc ignorant: ut audire
possint et timeant dn̄m deū suū cunctis dieb3
quib3 versant' in terra: ad quā vos iordane
trāsmisso p'gitis obtinendā. Et ait dn̄s ad
moysen. Ecce prope sunt dies mortis tue. Vo-
ca iosue: et state in tabernaculo testimonij

ut p̄cipiā ei. Abierūt ergo moyses et iosue et steterūt in tabnaculo testimonij: apparuitq; dn̄s ibi in colūna nubis que stetit in introitu tabernaculi. Dixitq; dn̄s ad moysen.

III

Ecce tu dormies cū prib; tuis: et pp̄ls iste cōsurgēs fornicabit᷑ post deos alienos in terra ad quā ingrediet᷑ ut habitet in ea: ibi derelinquet me et irritū faciet fedus qd̄ pepigi cū eo. Et irascet᷑ furor meus cōtra eū in die illo: et derelinquā eum et abscondam faciem meā ab eo: et erit in devoracōez. Invenient eū om̄ia mala et afflictiones: ita ut dicat in illa die. Vere q̄ non est deus mecū: invenerūt me hec mala. Ego autē abscondā et celabo faciē meā in die illo ꝓpter om̄ia mala que fecit: q̄ secutus est deos alienos. Nūc itaq; scribite vobis canticū istud et docete filios israhel ut memoriter teneant et ore decātent: et sit michi carmen istud ꝓ testimonio inter filios israhel. Introducā enim eum in terrā ꝓ qua iuravi patrib; eius lacte et melle manantez. Cumq; comederint et saturati crassiq; fuerint av̄tent᷑ ad deos alienos et servient eis: detrahentq; michi et irritū faciēt pactū meū. Postq̄ invenerint eū mala multa et afflictōes: respondebit ei canticū istud pro testimonio: qd̄ nulla delebit oblivio ex ore seminis tui. Scio enim cogitacōes eius que facturus sit hodie anteq̄ introducam eū in terrā quā ei pollicitus sū. Scripsit ergo moyses cāticū: et docuit filios israhel. Precepitq; dn̄s iosue filio nun: et ait. Confortare: et esto robustus. Tu enim introduces filios israhel in terrā quā pollicitus sū: et ego ero tecū. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumie atq; cōplevit: p̄cepit levitis qui portabant archam federis domini dicens. Tollite librū istum et ponite eū in latere arche federis dn̄i dei vestri: ut sit ibi contra te in testimoniū. Ego enim scio contēcionē tuā: et cervicē tuā durissimā. Adhuc vivēte me et ingrediente vobiscū semp cōtēciose egistis contra dn̄m: quāto magis cū mortuus fuero? Congregate ad me om̄es maiores natu p tribus vr̄as atq; doctores: et loquar audientib; eis s̄mones istos: et invocabo cōtra eos celū et terrā. Novi enī q̄ post mortē meā inique agetis: et declinabitis cito de via quam precepi vobis: et occurrent vobis mala in extremo tēpore quādo feceritis malum in conspectu dn̄i ut irritetis eū p opera manuū vr̄az. Locutus est ergo moyses audiente vniūso cetu israhel verba carminis huius: et ad finem usq; complevit.

II

XXXII

Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluviā doctrina mea: fluat ut ros eloquiū meū. Quasi ymber sup herbā et quasi stille sup gramina: q̄ nomen domini invocabo. Date magnificentiaz deo nr̄o dei pfecta sunt opera: et omnes vie eius iudicia. Deus fidelis et absq; ulla iniq̄tate: iustus et rectus. Peccaverūt ei: non filij eius in sordib;. Generatio prava atq; pversa: heccine reddis dn̄o pp̄lo stulte et insipiēs? Nūquid nō ipse est pater tuus qui possedit te. et fecit et creavit te? Memento dierz antiquorz: cogita generationes singulas. Interroga patrez tuū et annūciabit tibi: maiores tuos et dicēt tibi. Quādo dividebat altissimus gentes: quando separabat filios adam: constituit t͛minos populorz iuxta numerū filiorz isrl̄. Pars autē dn̄i populus eius: iacob funiculus hereditatis eius. Invenit eū in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis. Circūduxit eū et docuit: et custodivit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila ꝓvocans ad volandū pullos suos: et super eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eum: atq; portavit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit: et nō erat cū eo deus alienus. Constituit eū sup excelsam terram: ut comederet fructus agrorum: Ut sugeret mel de petra: oleūq; de saxo durissimo. Butirū de armēto et lac de ovib;: cū adipe agnorū et arietū filiorz basan. Et hircos cū medulla tritici: et sanguinē uve biberent meracissimū. Incrassatus est dilectus et recalcitravit: incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deū factorē suū: et recessit a deo salutari suo. Provocaverūt eū in dijs alienis: et in abominacōib; ad iracūdiā ꝯcitaverūt. Immolaverunt demonijs et nō deo: dijs quos ignorabāt. Novi recētesq; venerūt: quos non coluerūt patres eorz. Deum qui te genuit dereliquisti: et oblitus es dn̄i creatoris

III

tui. Vidit dñs et ad iracū diam concitatus ē:
q2 puocauerūt eū filij sui et filie. Et ait abscō=
dam faciem meam ab eis: et cōsiderabo no=
uissima eoꝝ. Generatio enim puersa est: et
infideles filij. Ipsi me puocauerūt in eo qui
non erat deus: et irritauerūt in vanitatibus
suis. Et ego puocabo eos in eo qui non est
ppłus: et in gente stulta irritabo illos. Ignis
succensus est in furore meo: et ardebit usq3
ad inferni nouissima. Devorabitq3 terrā cū
germine suo: et montiū fundamēta cōburet.
Congregabo super eos mala: et sagittas
meas complebo in eis. Consumentur fame:
et devorabunt eos aves morsu amarissimo.
Dētes bestiaꝝ immittā in eos: cū furore tra=
hencium sup terrā atq3 serpentiū. Foris vasta=
bit eos gladius et intus pavor: iuuenē simul
ac virginē lactentē cum homine sene. Et di=
xi: Ubinam sūt: Cessare faciā ex hominibꝰ
memoriā eoꝝ. Sed ppter irā inimicoꝝ
distuli: ne forte supbirent hostes eoꝝ. Et
dicerent manus nostra excelsa: et non dñs
fecit hec omnia. Gens absq3 consilio est et
sine prudentia: utinā saperēt et intelligerēt:
ac nouissima puiderēt. Quō psequebatur
unus mille: et duo fugarent decē milia? Nō=
ne ideo q2 deus suus vendidit eos: et dñs
conclusit illos? Non enim ē deus noster ut
deus eoꝝ: et inimici nostri sunt iudices. De
vinea sodomoꝝ vinea eoꝝ: et de suburba=
nis gomorre. Uva eoꝝ uva fellis: et botri
amarissimi. Fel draconū vinū eoꝝ: et vene=
nū aspidū insanabile. Nōne hec cōdita sūt
apud me et signata in thesauris meis? Mea
est ultio et ego retribuam eis in tempore: ut
labatur pes eoꝝ. Iuxta est dies pditionis:
et adesse festinant tempora. Iudicabit dñs
ppłm suū: et in servis suis miserebitur. Videbit
q2 infirmata sit manus: et clausi q3 defecerūt:
residuiq3 consumpti sūt. Et dicent: Ubi sūt
dij eoꝝ: in quibꝰ habebāt fiduciā? De quo=
rū victimis comedebāt adipes: et bibebāt
vinū libaminū. Surgāt et opitulētur vobis:
et in necessitate vos ptegāt. Videte q2 ego
sim solus: et non sit alius deus preter me.
Ego occidam et ego vivere faciam: percuti=
am et ego sanabo: et non est qui de manu
mea possit eruere. Levabo ad celum manū

ut precipiā ei. Abierūt ergo in eternū. Si
acuero ut fulgur gladiū meū: et arripuerit
iudiciū manus mea. Reddam ultionē hosti=
bus meis: et hijs qui oderūt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine: et gla=
dius meus devorabit carnes. De cruore oc=
cisoꝝ: et de captiuitate nudati inimicoꝝ ca=
pitis. Laudate gentes ppłm eius: q2 sangui=
nem servoꝝ suoꝝ ulciscetur. Et vindictam
retribuet in hostes eoꝝ: et ppicius erit terre
populi sui. Venit ergo moyses et locutus ē
oīa verba cantici huius in auribꝰ populi:
ipse et iosue filius nun. Compleuitq3 omnes
ſmones istos loquēs ad universum israhel: et
dixit ad eos. Ponite corda vestra in omnia
verba mea que ego testificor vobis hodie:
ut mandetis ea filijs vestris custodire et fa=
cere et implere universa que scripta sūt in vo=
lumine legis huius: q2 non in cassum prece=
pta sunt vobis: sed ut singuli in eis viuerent:
que facientes longo tempore pseueretis in
terra ad quā iordane trāsmisso ingredimi=
ni possidendam. Locutusq3 est dominus ad
moysen in eadē die dicens. Ascende in mō=
tem istū abarim id est transitū in montē ne=
bo qui est in terra moab contra ihericho: et
vide terrā chanaan quā ego tradam filijs
israhel obtinendā: et morere in monte. Quē
conscendēs iungeris populis tuis. sicut mor=
tuus est aaron frater tuus in monte hor et
appositus populis suis: q2 prevaricati estis
contra me in medio filioꝝ israhel ad aquas
contradictionis in cades deserti syn: et non
sanctificastis me inter filios israhel. E cōtra
videbis eā: et non ingredieris in eā: quā
ego dabo filijs israhel.

XXXIII

Hec est bñdictio qua bñdixit moyses
homo dei filios israhel ante mortē suā.
Et ait. Dominus de syna venit: et de seir ortus
est nobis. Apparuit de monte pharan: et cū
eo sanctoꝝ milia. In dextra eius ignea lex:
dilexit populos. Omēs sancti in manu illius
sūt: et qui appropinquant pedibus eius ac=
cipient de doctrina illius. Legem precepit
nobis moyses: hereditatē multitudinis ia=
cob. Erit apud rectissimū rex: congregatis
principibꝰ populi cū tribubꝰ israhel. Vivat
ruben et nō moriatur: et sit parvus in numero.

Hec ē iude benedictio. Audi dn̄e vocē iu=
de: et ad ꝑplm suū introduc eū. Manus eius
pugnabūt ꝓ eo: et adiutor illius ꝯtra adu̇=
sarios eius erit. Leui q̃z ait. Perfectio tua
et doctrina tua a viro sancto tuo quem pro=
basti in temptatione: et iudicasti ad aquas
cōtradictōnis. Qui dixit patri suo et matri
sue nescio vos: et frib; suis ignoro illos: et
nescierūt filios suos. Hij custodierūt eloq̄=
um tuū· ꝛ pactū tuū ſuauerūt: iudicia tua o
iacob: et legē tuā o israhel. Ponent thimia=
ma in furore tuo: et olocausta sup altare tuū.
Benedic dn̄e fortitudini eius: et opera ma=
nuū illius suscipe. Percute dorsa inimicoꝝ
eius: et qui oderūt eum nō consurgant. Et
beniamin ait. Amantissimus dn̄i habitabit
confidēter: in eo quasi in thalamo tota die
morabitur: et inter humeros illius req̄escet.

VII

Joseph quoq; ait. De bn̄dictione dn̄i terra
eius: de pomis celi et rore atq; abisso subia=
cente. De pomis fructuū solis ac lune: de
vertice antiquoꝝ montiū: de pomis collium
eternoꝝ: et de frugibus terre et de plenitu=
dine eius. Bn̄dictio illius q̃ apparuit in ru=
bo veniat super caput ioseph: et sup verticē
nazarei inter fratres suos. Quasi ꝑmogeni=
ti thauri pulcritudo eius: cornua rinocero=
tis cornua illius. In ipsis ventilabit gentes
usq; ad terminos terre. Hee sūt multitudi=
nes ephraim: et hec milia manasse. Et zabu=
lon ait. Letare zabulon in exitu tuo: et ysa=
char in tabnaculis tuis· populos vocabunt
ad montem: ibi immolabūt victimas iusti=
cie. Qui inundationem maris quasi lac su=
gent: et thesauros absconditos arenaꝝ. Et
gad ait. Bn̄dictus in latitudine gad. Qua=
si leo requieuit: cepitq; brachiū ꝛ verticem.
Et vidit principatū suum q᷑ in parte sua do=
ctor esset repositus: qui fuit cū principibus
populi et fecit iusticias domini: et iudiciū su=
um cū israhel. Dan quoq; ait. Dan catulus
leonis: fluet largiter de basan. Et neptali
dixit. Neptalim abundantia perfruetur: et
plenus erit benedictionib; domini. Mare
et meridiē possidebit. Aser quoq; ait. Be=
nedictus in filijs aser. Sit placēs fratrib;
suis: et intinguat in oleo pedem suum. Fer=
rum et es calciamentum eius. Sicut dies
iuuentutis tue: ita et senectus tua. Non
est alius ut deus rectissimus. Ascensor celi
auxiliator tuus. Magnificentia eius discur=
rūt nubes: habitaculū eius sursū: et subter
brachia sempiťna. Eiciet a facie tua inimicū:
dicetq; conterere. Habitabit isrł confiden=
ter ꝛ solus. Oculus iacob in terra frumenti
et vini: celiq; caligabūt rore. Beatus tu isrł.
Quis similis tui· popule qui saluaris in dn̄o?
Scutū auxilij tui: et gladius glorie tue. Ne=
gabūt te inimici tui: et tu eoꝝ colla calcabis.

VIII

XXXIIII

Ascendit ergo moy=
ses de campestrib; moab super montē
nebo in verticem phasga cōtra iherichо: ostē=
ditq; ei dn̄s oēm terrā galaad usq; dan· et
vniuersum neptalim terramq; ephraim et
manasse ꝛ omnem terram usq; ad mare no=
uissimū· et australem partem et latitudinem
campi iericho ciuitatis palmaꝝ usq; segor.
Dixitq; dominus ad eum. Hec est terra ꝓ
qua iuraui abraham ysaac et iacob dicens.
Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis
tuis: et non transibis ad illam. Mortuusq;
est ibi moyses seruus domini in terra moab
iubēte domino: et sepeliuit eū in valle terre
moab contra phogor: et nō cognouit homo
sepulcrū eius usq; in presentē diem. Moy=
ses centū et viginti annoꝝ erat qn̄ mortuus
est. Non caligauit oculus eius: nec dentes
illius moti sunt. Fleuerūtq; eū filij israhel in
campestribus moab triginta dieb;: et com=
pleti sunt dies planctus lugentiū moysen.
Josue vero filius nun repletus est spiritu sa=
pientie: q᷑ moyses posuit super eum manus
suas. Et obedierūt ei filij israhel: feceruntq;
sicut precepit dominus moysi. Et non surre=
xit ꝓpheta vltra in israhel sicut moyses quē
nosset dominus facie ad faciem in omnibus
signis atq; portentis que per eum misit vt
faceret in terra egipti pharaoni et oībus
ſuis eius vniūseq; terre illius: et cunctā ma=
nū robustā magnaq; mirabilia q̃ fecit moy=
ses corā vniūso isrł. Explicit deuteronomiū

Incipit plogus beati Jeronimi presbiteri in librū iosue.

Tandem finito pentatheuco moysi velut grā=
di fenore liberati ad ihesum
filium naue manū mittimus
quē hebrei iosue bennun id ē
iosue filiū nun vocant: et ad iudicū librum
quē soptim appellant: ad ruth q3 et hester
quos ijsdē nominib9 efferūt. Monemusq3
lectorē ut siluā hebraico2 nominū. et distin=
ctiones p mēbra diuisas diligēs scriptura
conseruet: ne et noster labor et illius studiū
pereat. Et ut in p̄mis qđ sepe testatus sum
sciat me non in rephensionē veterū noua cu=
dere sicut amici mei criminātur: sed pro vili
porcōe offerre lingue mee hominib9 quos
tamē nostra delectant: ut pro greco2 exa=
plois que et sumptu et labore maximo indi=
gent. editionē nostrā habeant. Et sicubi in
antiquo2 voluminū lectione dubitarint:
hec illis conferentes inueniāt qđ requirūt.
Maxime cū apud latinos tot sint exempla=
ria quot codices: et vnusquisq3 p arbitrio
suo vel addiderit vel subtraxerit qđ ei visū
est: et vtiq3 nō possit verū esse quod disso=
nat. Unde cesset arcuato vulnere ɔtra nos
insurgē scorpius. et sanctū opus venenata
carpē lingua desistat: vel suscipiēs si placet
vel ɔtemnēs si displicet: memineritq3 illo2
versuū. Os tuū abūdauit malicia: et lingua
tua ɔcīnabat dolos. Sedēs adūsus fratrē
tuū loquebaris: et aduersus filiū matris tue
ponebas scandalū: hec fecisti et tacui. Existi=
masti inique q2 ero tui similis: arguam te et
statuā illa ɔtra faciem tuā. Que enim audi=
entis vel legentis vtilitas ē nos laborando
sudare. et alios detrahendo laborare: dole=
re iudeos q2 calūniandi eis et irridendi cri=
stianos sit oblata occasio: et ecclesie homi=
nes id despicere ymmo lacerare vnde adū=
sarij torqueant᷑: Quod si vetus eis tantū
interp̄tatio placet. que et michi nō displicet
et nichil extra recipiendū putāt: cur ea que
sub asteriscis et obelis vel addita sūt vel am=
putata legūt et negligūt: Quare danielem
iuxta theodotionis translacōnem ecclesie su=
sceperunt: Cur origenē mirant᷑ et eusebiū
pāphili: cūctas edicōes similiter deserētes:
Aut que fuit stulticia: postq͞ꝫ vera dixerint
pferre que falsa sūt: Unde aūt in nouo te=
stamento pbare poterūt assumpta testimo=
nia: que in libris veteribus non habentur:
Hec dicimus: ne omīno calūniātib9 tacere
videamur. Ceterū post sancte paule dormi=
tionē cuius vita virtutis exēplū est. et hos
libros quos eustochio virgini xpi negare
non potui. decreuimus dū spiritus hos regit
artus pphetaꝝ explanationi incumbere. et
omissum iam diu opus quodā postliminio
repetē: presertim cū et ammirabilis sanctus=
q3 vir pammachius hoc idem litteris flagi=
tet: et nos ad patriā festināntes. mortiferos
syrenaꝝ cātus surda debeamus aure trāsire.

Expl' plogus. Incip. liber iosue.

Et factū est post mortē moysi serui
domini. ut loqueretur
dominus ad iosue filiū
nun ministrū moysi: et
diceret ei. Moyses ser=
uus meus mortuus est. Surge et transi ior=
danen istū tu et omnis populus tecū: in ter=
ram quā ego dabo filijs israhel. Omnē locū
quē calcauerit vestigiū pedis vr̄i vobis tra=
dam: sicē locutus sū moysi. A deserto et libano
usq3 ad fluuiū magnū eufraten: omis terra
etheo2. usq3 ad mare magnū ɔtra solis oc=
casum erit terminus vester. Nullus poterit
vobis resistē cunctis diebus vite tue. Sicē
fui cū moyse ero et tecū: non dimittā nec de=
relinquam te. Confortare et esto robustus.
Tu enim sorte diuides populo huic terraꝫ:
pro qua iuraui patrib9 tuis ut traderē eam
illis. Confortare igitur et esto robustus val=
de: ut custodias et facias omnē legē quam
p̄cepit tibi moyses s̄uus meus. Ne declines
ab ea ad dextrā vel ad sinistrā: ut intelligas
cuncta que agis. Non recedat volumen le=
gis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo
diebus ac noctibus: ut custodias et facias
omnia que scripta sūt in eo. Tūc diriges vi=
am tuā: et intelliges eam. Ecce p̄cipio tibi:
confortare et esto robustus. Noli metuere
et noli timere: qm̄ tecū est dn̄s deus tuus in
omib9 ad quecūq3 prexeris. Precepitq3 io=
sue principib9 populi dicens. Transite per

mediū castroꝝ: et imperate populo ⁊ dicite.
Preparate vobꝫ cibaria: qm̄ post diē terciū
trāsibitis iordanem: et intrabitis ad possiden-
dam terrā quā dn̄s deus noster daturus ē
nobis. Rubenitis q̄ꝫ et gaddītis et dimidie
tribui manasse ait. Memētote ſmonis quē
precepit vobis moyses famulus dn̄i dicēs.
Dominus deus vester dedit vobis requiē et
omnē terrā. Vxores vr̄e ⁊ filij ac iumēta ma-
nebūt in terra: quā tradidit vobis moyses
trans iordanen. Vos autē transite armati
ante fratres vestros omnes fortes manu et
pugnate p̄ eis donec det requiē dn̄s fratri-
bus vestris sicut et vobis dedit: et possideāt
ipsi q̄ꝫ terrā quā dn̄s deus vester daturus ē
eis: et sic reuertimini in terrā possessionis vr̄e
et habitabitis in ea quā vobis dedit moyses
famulus dn̄i trans iordanen ↄtra solis ortū.
Responderūtq̄ꝫ ad iosue: atq̄ꝫ dixerūt. Omīa
que p̄cepisti nobis faciemus: et quocunq̄ꝫ
miseris ibimus. Sicut obediuimus in cūctis
moysi ita obediemus ⁊ tibi: tantum sit dn̄s
deus tecū sicut fuit cū moyse. Qui contradi-
xerit ori tuo et nō obedierit cūctis ſmonibꝫ
quos preceperis ei: moriatur. Tu tantum
confortare: et viriliter age. II

III Misit igitur iosue filius nun de sethim
duos viros exploratores abscondite: et di-
xit eis. Ite et considerate terrā: vrbemq̄ꝫ ihe-
richo. Qui pergentes ingressi sūt domū mu-
lieris meretricis nomine raab: et quieuerūt
apud eam. Nūciatūq̄ꝫ est regi iherichō ⁊ di-
ctum. Ecce viri ingressi sūt huc p̄ noctē de fi-
lijs isrl̄ ut explorarēt terrā. Misitq̄ꝫ rex
iherichō ad raab meretricē dicens. Educ vi-
ros qui venerūt ad te: et ingressi sunt domū
tuā. Exploratores quippe sūt: et omnē terrā
considerare venerūt. Tollensq̄ꝫ mulier viros
abscondit et ait. Fateor venerūt ad me: sed
nesciebā vnde essent. Cūq̄ꝫ porta clauderet-
tur in tenebris: et illi pariter exierūt: nescio
quo abierūt. Persequimini cito: et compre-
hendetis eos. Ipsa aūt fecit ascendere viros in so-
lariū domus sue: operuitq̄ꝫ eos stipula lini
que ibi erat. Hij aūt qui missi fuerant secuti
sunt eos p̄ viam que ducit ad vadū iorda-
nis: illisq̄ꝫ egressis statī porta clausa ē. Nec
dū obdormierant q̄ latebāt: et ecce mulier
ascendit ad eos et ait. Noui q̄ dn̄s tradi-
derit vobꝫ terrā. Etenim irruit in nos terror
vester: et elanguerūt omnes habitatores
terre. Audiuimus q̄ siccauerit dn̄s aquas
maris rubri ad vr̄m introitum qn̄ egressi e-
stis ex egipto: et que feceritis duobꝫ amor-
reorū regibus qui erāt trans iordanen seon
et og quos interfecistis. Et hec audientes
p̄timuimus ⁊ elanguit cor nostrū: nec remā-
sit in nobis spiritus ad introitū vestrū. Dn̄s
enim deus vester ipse est deus in celo sursū:
et in terra deorsū. Nūc ergo iurate michi per
dn̄m ut quō ego misericordiā feci vobiscū
ita et vos faciatis cū domo patris mei: detis-
q̄ꝫ michi verū signū ut saluetis patrē meū et
matrem, fratres ac sorores meas, et omnia
que illoꝝ sūt: et eruatis animas nostras a
morte. Qui responderunt ei. Anima nostra
sit p̄ vobis in morte si tamen nō p̄dideris
nos. Cumq̄ꝫ tradiderit nobis dn̄s terram:
faciemus in te misericordiā et veritatē. Di-
misit ergo eos per funē de fenestra. Domus
enim eius herebat muro. Dixitq̄ꝫ ad eos.
Ad montana conscendite ne forte occurrāt
vobis reuertentes: ibiq̄ꝫ latitate tribꝫ diebus
donec redeant: et sic ibitis p̄ viam vestram.
Qui dixerūt ad eam. Innoxij erimus a iura-
mento hoc quo iurasti nos si ingredientibꝫ
nobis terrā signū fuerit funiculus iste cocci-
neus ⁊ ligaueris eū in fenestra p̄ quā dimi-
sisti nos: et patrē tuū ac matrē fratresq̄ꝫ et
omnē cognationē tuam congregaueris in
domū tuam. Qui hostiū domus tue egressus
fuerit: reus sibi erit. Sanguis ipsius erit
in caput eius: et nos erimus alieni. Cūctoꝝ
autē sanguis qui tecū in domo fuerint redū-
dabit in caput nostrū: si eos aliquis tetige-
rit. Quod si nos p̄dere volueris ⁊ ſmonē
istū p̄ferre in mediū: erimus mūdi ab hoc
iuramēto quo adiurasti nos. Et illa respon-
dit. Sicut locuti estis ita fiat. Dimittensq̄ꝫ
eos ut p̄gerent: appendit funiculū coccineū
in fenestra. Illi vero ambulantes puenerūt
ad montana: et manserūt ibi tres dies donec
reuerterent qui fuerāt p̄secuti. Querētes eni
per omnē viam nō repererūt eos. Quibus
vrbem ingressis, reuersi sūt et descenderūt ex-
ploratores de monte: et transmisso iordane

venerūt ad iosue filiū nun: narrauerūtq3 ei
omnia que acciderāt sibi·atq3 dixerūt. Tra-
didit dn̄s omnē terrā hanc in manus nr̄as:
et timore pstrati sūt cūcti habitatores eius.

III

Igitur iosue de nocte consurgens
mouit castra: egredientesq3 de sethim vene-
rūt ad iordanen ipse et omnes filij israhel: et
morati sūt ibi per tres dies. Quibꝰ euolutis
transierūt precones per castrorū mediū: et
clamare ceperūt. Quādo videritis archā
federis domini dei vestri et sacerdotes stir-
pis leuitice portantes eam vos q3 consurgi-
te et sequimini precedentes: sitq3 inter vos
et archā spaciū cubitorū duū miliū ut pcul
videre possitis et nosse per quā viam ingre-
diamini: quia prius non ambulastis per eam:
et cauete ne appropinquetis ad archam. Di-
xitq3 iosue ad populū. Sanctificamini: cras
enim faciet dn̄s inter vos mirabilia. Et ait
ad sacerdotes. Tollite archam federis: et
precedite populū. Qui iussa complētes tu-
lerūt: et ambulauerūt ante eos. Dixitq3 dn̄s
ad iosue. Hodie incipiam exaltare te corā
omni israhel: ut sciant quod sicut cū moyse fui.
ita et tecū sim. Tu aūt precipe sacerdotibus
qui portant archam federis: et dic eis. Cū
ingressi fueritis partē aque iordanis: state
eaꝝ. Gabaon et rama et beroth et mesphe
caphara ⁊ amosa ⁊ recem iarephel ⁊ tharela
et sela heleph ⁊ iebus q̄ est ihrlm. gabaad
et cariath: civitates q̄tuordecī et ville earū.
Fiunt omnes civitates viginti sex. Hec est
possessio filioꝝ beniamin iux̄ familias suas.

Et egressa ē sors scd̄a filioꝝ XIX
symeon ꝑ cognacōnes suas: fuitqꝫ he=
reditas eoꝝ in medio possessionis filioꝝ iu=
da. bersabee ⁊ sabee ⁊ molada ⁊ asersua baa=
la et asem ⁊ heltholad bethularma et siceleg
et bethmarchaboth et asersua et bethlepa=
both et sarohem: civitates tredecim et ville
eaꝝ. Ayn ⁊ remmon ⁊ athar et asan: civita=
tes quatuor ⁊ ville eaꝝ. Omnes viculi per
circuitū urbium istaꝝ usqꝫ ad balaad berca=
meth contra australē plagā. Fuerūtqꝫ oēs
civitates decem et septē. Hec est hereditas
filioꝝ symeon. iux̄ possessiones suas in pos=
sessione et funiculo filioꝝ iuda. quia maior
erat: et idcirco filij symeon possederūt in me=
dio hereditatis eius. Cecidit qꝫ sors tercia
filioꝝ zabulon per cognacōnes suas: et fa=
ctus est terminus possessionis filioꝝ zabu=
lon usqꝫ sarith. Ascenditqꝫ de mari ⁊ meda=
laa. ⁊ ꝑuenit in debbaseth usqꝫ ad torrentē
qui est contra ieconan. et revertit᷑ de sarith
contra orientē in finē sicelech thabor ⁊ egre=
ditur ad daberet: ascenditqꝫ contra iasie. et
inde ꝑtransit usqꝫ ad orientalē plagam ge=
thefer et thachasin. et egreditur in remmon
amphar ⁊ noa. et circuit ad aquilonē et na=
thon. Suntqꝫ egressus eius vallis ieptahel
et cathethet naalol ⁊ semron ⁊ iedaba ⁊ beth=
leem: civitates duodecim ⁊ ville eaꝝ. Hec
est hereditas tribus filioꝝ zabulon per co=
gnationes suas: urbes et viculi eaꝝ. Ysa=
char egressa est sors quarta ꝑ cognationes
suas: fuitqꝫ eius hereditas iezrahel et casa=
loth ⁊ sunem ⁊ affraim ⁊ senon ⁊ naarath et
rabboth ⁊ cesien haemes ⁊ rameth ⁊ engan=
nim ⁊ henadda ⁊ bethfeses: et ꝑuenit termin⁹
eius usqꝫ thabor et seesima et bethsemes:
erantqꝫ exitus eius iordanis civitates sede=
cim et ville eaꝝ. Hec est possessio filiorum
ysachar ꝑ cognacōnes suas. urbes ⁊ viculi
eaꝝ. Ceciditqꝫ sors quīta tribui filioꝝ aser
per cognacōnes suas: fuitqꝫ terminus eoꝝ
alchat et cali et bethen et axab et elmeleth et
amaad et messal. et ꝑuenit usqꝫ ad carmelū
maris ⁊ syor ⁊ labanath: ac revertit᷑ contra
orientem bethdagon. et ꝑtransit usqꝫ zabu=
lon ⁊ vallem ieptael contra aquilonē in he=
themeth et neiel: egrediturqꝫ ad levā cabul
et acran et roob ⁊ amon et chana usqꝫ ad sy=
donem magnā: reverteturqꝫ in orma usqꝫ ad
civitatē munitissimā tyrū et usqꝫ osam: erūt=
qꝫ exitus eius in mare de funiculo acziba et
amma et afeg et roob: civitates viginti due
et ville eaꝝ. Hec est possessio filioꝝ aser per
cognationes suas: urbesqꝫ ⁊ viculi eaꝝ. Fili=
orū neptalim sexta pars cecidit ꝑ familias
suas: et cepit terminus de heleb et helon san=
nanim. et adami q̄ est neceb ⁊ iebnahel. usqꝫ
lecum. et egressus eoꝝ usqꝫ ad iordanem: re=
verteturqꝫ terminus contra occidentē ⁊ aza=
noth thabor. atqꝫ inde egreditur in vcuca
⁊ ꝑtransit in zabulō contra meridiē ⁊ in aser
contra occidentem. et in iuda ad iordanem
cōtra ortū solis civitates munitissiē: assedim
ser ⁊ ammad ⁊ rechath ⁊ cenereth ⁊ edema
et arama asor ⁊ cedes ⁊ edrai nasor ⁊ ieron
et magdihel horez ⁊ bethanath ⁊ bethsemes:

ciuitates decem et nouem: et ville earum. Hec est possessio tribus filiorum neptalim per cognationes suas. urbes et viculi earum. Tribui filiorum dan per familias suas egressa est sors septima: et fuit terminus possessionis eius saraa et hestaol et hair semes. id est ciuitas solis: selebim et ahialon et iethela helon et thena et achron helchetem iebton et baalad iud et bane et barach et iethremon atque ihercon et arechon cum termino qui respicit ioppen et ipso fine concluditur. Ascenderuntque filii dan et pugnauerunt contra lesen. ceperuntque eam. et percusserunt eam in ore gladii. et possederunt et habitauerunt in ea: vocantes nomen eius lesen dan ex nomine dan patris sui. Hec est possessio tribus filiorum dan per cognationes suas: vrbes et viculi earum.

II

Cumque complesset sorte terram diuidere singulis per tribus suas: dederunt filii israel possessionem iosue filio nun in medio sui iuxta preceptum domini. vrbem quam postulauit tamnath saraa in monte ephraim. Et edificauit ciuitatem: habitauitque in ea. Hee sunt possessiones quas sorte diuiserunt eleazar sacerdos et iosue filius nun et principes familiarum ac tribuum filiorum israhel in sylo coram domino ad ostium tabernaculi testimonii: partitique sunt terram.

XX

Et locutus est dominus ad iosue dicens. Loquere filiis israhel et dic eis. Separate vrbes fugitiuorum. de quibus locutus sum ad vos per manum moysi: ut confugiat ad eas quicumque animam percusserit nescius. et possit euadere iram proximi. qui vltor est sanguinis. cum ad vnam harum confugerit ciuitatum: stabitque ante portam ciuitatis. et loquetur senioribus vrbis illius. ea que se comprobent innocentem: sicque suscipient eum. et dabunt ei locum ad habitandum. Cumque vltor sanguinis eum fuerit persecutus non tradent in manus eius. quia ignorans percussit proximum eius: nec ante biduum triduumue eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa donec stet ante iudicium causam reddens facti sui: et moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore. Tunc reuertetur homicida: et ingredietur ciuitatem et domum suam de qua fugerat.

III

Decreueruntque cedes in galilea montis neptalim. et sychem in monte ephraim. et cariatharbe ipsa est ebron in monte iuda: et trans iordanen contra orientalem plagam iericho statuerunt bosor que sita est in campestri solitudine de tribu ruben. et ramoth galaad de tribu gad. et gaulon in basan de tribu manasse. Hee ciuitates constitute sunt cunctis filiis israhel et aduenis qui habitabant inter eos. ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset: et non moreretur in manu proximi. effusum sanguinem vindicare cupientis: donec staret ante populum expositurus causam suam.

XXI

S

Accesseruntque principes familiarum leui ad eleazarum sacerdotem. et iosue filium nun. et ad duces cognationum per singulas tribus filiorum israhel: locutique sunt ad eos in sylo terre canaan atque dixerunt. Dominus precepit per manum moysi ut darentur nobis vrbes ad habitandum: et suburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntque filii israhel de possessionibus suis iuxta imperium domini. ciuitates et suburbana earum. Egressaque est sors in familiam caath filiorum aaron sacerdotis de tribu iuda. et symeon et beniamin ciuitates tredecim: et reliquis filiorum caath id est leuitis qui superfuerant. de tribubus ephraim et dan et dimidie tribus manasse ciuitates decem. Porro filiis gerson egressa est sors ut acciperent de tribubus ysachar et aser et neptalim. dimidiaque tribu manasse in basan: ciuitates numero tredecim. Et filiis merari per cognationes suas de tribubus ruben et gad et zabulon vrbes duodecim.

IIII

Dederuntque filii israhel leuitis ciuitates et suburbana earum. sicut precepit dominus per manum moysi: singulis sorte tribuentes. De tribubus filiorum iuda et symeon dedit iosue ciuitates quarum ista sunt nomina: filiis aaron per familias caath leuitici generis. prima enim sors illis egressa est: cariatharbe patris enach que vocatur ebron in monte iuda. et suburbana eius per circuitum. Agros vero et villas eius dederat caleph filio iephone ad possidendum. Dedit ergo filiis aaron sacerdotis hebron confugii ciuitatem ac suburbana eius. et lobnam cum suburbanis suis. et iether et istimon et helon et dabir et aim et iethan et bethsames cum suburbanis suis ciuitates nouem: de tribubus ut dictum est duabus. De tribu autem filiorum beniamin gabaon et gabae et anatoth et

non moretur qui interfecerat donec

almon · cū ſuburbanis ſuis ciuitates quatu-
or: om̄es ſimul ciuitates filiorꝝ aaron ſacer-
dotis tredecim cū ſuburbanis ſuis. Reliq̄s
vero per familias filiorꝝ caath leuitici gene-
ris hec eſt data poſſeſſio. De tribu ephraim
vrbes confugij ſichem cū ſuburbanis ſuis
in monte ephraim: et gazer et iebſam et be-
thoron cū ſuburbanis ſuis ciuitates quatu-
or. De tribu quoqꝫ dan helteco ⁊ gabathon
et haialon et gethremmon cū ſuburbanis
ſuis ciuitates quatuor. Porro de dimidia
tribu manaſſe tanach ⁊ gethremmon cum
ſuburbanis ſuis ciuitates due. Om̄es ciui-
tates decē et ſuburbana earꝝ date ſūt filijs
caath inferioris gradus. Filijs q̄ꝫ gerſon
leuitici generis dedit de dimidia tribu ma-
naſſe confugij ciuitates · gaulon in baſan et
boſram cū ſuburbanis ſuis ciuitates duas.
Porro de tribu yſachar ceſion ⁊ dabreth et
iaramoth et engannim cū ſuburbanis ſuis
ciuitates quatuor. De tribu aūt aſer maſan
et abdon ⁊ elrath ⁊ roob cū ſuburbanis ſuiſ
ciuitateſ quatuor. De tribu q̄ꝫ neptalim ciui-
tates cōfugij cedes in galilea ⁊ amothdor
et carthan cū ſuburbanis ſuis ciuitates treſ.
Om̄es vrbes familiarꝝ gerſon tredecim cū
ſuburbanis ſuis. Filijs autē merari leuitis
inferioris gradus per familias ſuas · data
ē de tribu zabulon iecnala ⁊ cartha ⁊ damna
et naalol ciuitates q̄tuor cū ſburbanis ſuis.
De tribu gad ciuitates confugij ramoth in
galaad · et manaim ⁊ eſebon ⁊ iazer ciuitateſ
quatuor cū ſburbanis ſuis. De tribu ruben
vltra iordanen contra iericho ciuitates re-
fugij · boſor in ſolitudine miſor ⁊ iazer ⁊ ieth-
ſon et maſpha ciuitates quatuor cū ſburba-
nis ſuis. Omnes vrbes filiorꝝ merari per fa-
milias ⁊ cognationes ſuas duodecī. Itaqꝫ
ciuitates vniuſe leuitarꝝ in medio poſſeſſio-
nis filiorꝝ iſrahel · fuerūt quadraginta octo
cū ſuburbanis ſuis ſingule per familias di-
ſtribute. Deditqꝫ dn̄s deus iſraheli omnem
terraꝫ quā traditurū ſe patrib⁊ eorꝝ iurauer-
at: et poſſederūt illam atqꝫ habitauerūt in
ea. Dataqꝫ ē ab eo pax in om̄es per circuitū
nationes: nulluſqꝫ eis hoſtiū reſiſtere auſuſ
eſt: ſed cūcti in eorꝝ ditionem redacti ſunt.
Ne vnū quidē verbū qđ illis p̄ſtiturū ſe eē
p̄miſerat irritū fuit: ſꝫ reb⁊ expleta ſūt om̄ia.

XXII

Eodem temp̄e vocauit ioſue
rubenitas et gadditas · et dimidiam
tribū manaſſe: dixitqꝫ ad eos. Feciſtis om̄ia
que p̄cepit vobis moyſes famulus domini.
michi quoqꝫ in om̄ib⁊ obediſtis: nec reliqui-
ſtis fratres vr̄os longo tēpore uſqꝫ in p̄ſen-
tem diem: cuſtodientes imperiū domini dei
veſtri. Quia igit̄ dedit dn̄s deus veſter fra-
tribus veſtris quietem et pacem ſicut polli-
citus eſt: reuertimini et ite in tabnacula vr̄a
et in terram poſſeſſionis · quā tradidit vobis
moyſes famulus dn̄i trans iordanē: ita du-
taxat · ut cuſtodiatis attente · et opere ꝯple-
atis mandatū et legem quā precepit vobis
moyſes famulus dn̄i: ut diligatis dn̄m deū
veſtrū ⁊ ambuletis in om̄ib⁊ vijs eius · et ob-
ſeruetis mandata illius: adhereatiſqꝫ ei ac
ſeruiatis in omni corde ⁊ in omni anima vr̄a.
Benedixitqꝫ eis ioſue et dimiſit eos. Qui
reuerſi ſūt in tabnacula ſua. Dimidie autē
tribui manaſſe poſſeſſionē moyſes dederat
in baſan: et idcirco medie que ſupfuit dedit
ioſue ſortem inter ceteros fratres ſuos · trāſ
iordanen ad occidentalē eius plagā. Cūqꝫ
dimitteret eos in tabernacula ſua et benedi-
xiſſet eis: dixit ad eos. In multa ſubſtantia
atqꝫ diuicijs reuertimini ad ſedes veſtras:
cū argento et auro ere ac ferro et veſte mul-
tiplici. Diuidite predam hoſtiū cū fratribuſ
veſtris. Reuerſiqꝫ ſūt et abierūt filij ruben et
filij gad · et dimidia tribus manaſſe a filijs
iſrahel · de ſylo que ſita eſt in chanaan: ut in-
trarent galaad terrā poſſeſſionis ſue · quā
obtinuerant iuxta imperiū domini in manu
moyſi. Cūqꝫ veniſſent ad tumulos iordaniſ
in terra chanaan: edificauerunt iuxta iorda-
nen altare infinite magnitudinis. Quod cū
audiſſent filij iſrahel · et ad eos certi nūcij de-
tuliſſent edificaſſe filios ruben et gad et di-
midie tribus manaſſe altare · in terra chana-
an ſup iordanis tumulos contra filios iſrl̄:
cōuenerūt omnes in ſylo · ut aſcenderent et
dimicarent contra eos. Et interim miſerunt
ad illos in terrā galaad phinees filiū elea-
zari ſacerdotē: et decem principes cū eo ſin-
gulos de ſingulis tribub⁊. Qui venerūt ad
filios ruben et gad ⁊ dimidie trib⁊ manaſſe

in terram galaad: dixerūtq̧ ad eos. Hec mandat om̄is p̄plus dñi. Que est ista transgressio? Cur reliquistis dñm deū isrl' edificātes altare sacrilegū. et a cultu illius recedentes? An parū vobis est q̄ peccastis in beelphegor. et usq̧ in presentē diē macula huius sceleris in nobis p̄manet: multiq̧ de populo corruerūt? Et vos hodie reliquistis dñm: et cras in vniuersū israhel ira eius deseuiet. Q̄d si putatis immundā esse terrā possessionis vestre. transite ad terrā in qua tabnaculū domini est. et habitate inter nos: tātum ut a domino et a nostro ꝯsortio non recedatis. edificato altari p̄ter altare domini dei nostri. Nonne achan filius zare p̄terijt mandatū domini: et sup om̄ez pop̄lm israhel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo: atq̧ vtinā solus p̄isset in scelere suo! Rn̄derūtq̧ filij ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse principib; legationis israhel. Fortissimus deus dñs ipse nouit. et israhel simul intelliget: si p̄uaricationis animo hoc altare construximus: nō custodiat nos ſ; puniat nos in p̄nti. Et si ea mēte fecimus ut olocausta ⁊ sacrificiū ⁊ pacificas victimas sup eo imponeremus. ip̄e querat ⁊ iudicet: et non ea magis cogitacōne atq̧ tractatu. ut diceremus: cras dicent filij vestri filijs nostris. Quid vobis ⁊ dño deo israhel? Terminū posuit dñs inter nos ⁊ vos o filij ruben et filij gad iordanen fluuiū: et idcirco partē nō habetis in domino: et p̄ hāc occasionē auertent filij vestri filios nostros a timore domi. Putauimus itaq̧ melius ⁊ diximus. Extruamus nobis altare nō in olocausta neq̧ ad victimas offerēdas. sed in testimoniū int' nos ⁊ vos. ⁊ sobolē nostrā vestrāq̧ ꝓgeniē ut seruiamus dño: et iuris nostri sit offerre et olocausta ⁊ victimas ⁊ pacificas hostias: et nequaq̄ dicāt cras filij vr̄i filijs nostris. nō est vobis pars in domīo. Q̄d si voluerint dicere: respondebūt eis. Ecce altare domini quod fecerūt p̄res nostri. nō in olocausta neq̧ in sacrificiū: ſ; in testimoniū nostrū ac vestrū. Absit a nobis hoc scelus ut recedamus a dño ⁊ eius vestigia relinquamus. extructu altari ad olocausta ⁊ sacrificia et victimas offerendas: p̄ter altare domini dei nostri q̄d extructū est ante tabernaculū eius.

II

Quib; auditis phinees sacerdos ⁊ principes legationis israhel qui erāt cū eo placati sūt: et v̄ba filiorū ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribus manasse libentissime susceperūt. Dixitq̧ phinees filius eleazari sac̄dos ad eos. Nūc scimus q̄ nobiscū sit dñs. qm̄ alieni estis a p̄uaricacōe hac: et liberastis filios israhel de manū domini. Reuersusq̧ est cū principib; a filijs rubē. et gad de terra galaad finiū chanaan ad filios israhel: et retulit eis. Placuitq̧ sermo cūctis audiētib;. Et laudauerunt deū filij israhel: et nequaq̄ vltra dixerunt ut ascenderēt ꝯtra eos atq̧ pugnarēt. et delerēt terrā possessionis eorū. Vocauerūtq̧ filij rubē ⁊ filij gad altarē q̄d extruxerāt: testimoniū nostrum. q̄ dñs ipse sit deus.

XXIII

Euoluto autē multo tempore postq̄ pacem dederat dñs israheli. subiectis in gyro nationib; vniuersis. et iosue iam lōgeuo ⁊ p̄senilis etatis: vocauit iosue omnē israhelē. maioresq̧ natu ⁊ principes ac duces et magistros: dixitq̧ ad eos. Ego senui et p̄gressioris etatis sū: vosq̧ cernitis om̄ia q̄ fecerit dñs deus vester cūctis p̄ circuitū nacōnibus. quomodo p̄ vobis ip̄e pugnauerit. Et nūc q̄ vobis sorte diuisit om̄em terrā ab oriētali p̄te iordanis usq̧ ad mare magnū. multeq̧ adhuc supsūt nacōes: dñs deus vr̄ disp̄det eas ⁊ auferet a facie vr̄a: et possidebitis terrā sicut vobis pollicitus est. Tantū confortamini ⁊ estote solliciti ut custodiatis cūcta q̄ scripta sūt in volumīe legis moysi: et non declinetis ab eis nec ad dexterā neq̧ ad sinistrā: ne postq̄ intrauerītis ad gētes que inter vos future sūt. iuretis in nomine deorū earū et seruiatis eis et adoretis illos ſ; adhereatis dño deo vr̄o q̄d fecistis usq̧ in diem hāc. Et tūc auferet dñs deus in ꝯspcū vestro gētes magnas et robustissimas: et nullus vobis resistere poterit. Vnus e vob̄ p̄sequetur hostiū mille viros: q̄ dñs deus vester p̄ vobis ipse pugnabit sic pollicitus est: hoc tantū diligētissime p̄cauete ut diligatis dñm deū vestrū. Q̄d si volueritis gentiū harū q̄ inter vos habitāt erroribꝰ adherē. et cū eis miscere cōnubia atq̧ amicicias copulaē: iam tūc scitote q̄ dñs deus vester nō

III

eas deleat ante faciē vestrā. ſꝫ ſint vobis in foueam ac laqueū et offendiculū ex latere vestro. et ſudes in oculis vestris: donec vos auferat atqꝫ diſperdat de terra hac optima quā tradidit vobis. En ego hodie ingrediar viam vniuſe terre: et toto animo cognoſcetis qꝫ de omnibꝫ verbis que ſe dn̄s pſtiturum vobis eſſe pollicitus eſt: vnū non pterierit incaſſum. Sicut ergo impleuit opere quod pmiſit et pſpera cūcta venerūt: ſic adducet ſuper vos quicquid maloꝝ cōminatus eſt. donec vos auferat atqꝫ diſperdat de terra hac optima quā tradidit vobis: eo qꝫ preterieritis pactū dn̄i dei veſtri qđ pepigit vobiſcū. et ſeruieritis dijs alienis et adoraueritis eos. Cito atqꝫ velociter conſurget in vos furor domini: et auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

XXIIII

Congregauitqꝫ ioſue om̄es tribꝫ iſrl̄ in ſychem. et vocauit maiores natu ac principes ⁊ iudices ⁊ magiſtros. ſteterūtqꝫ in conſpectu dn̄i: et ad ꝑplm̄ ſic locutus eſt. Hec dicit dn̄s deus iſrahel. Tranſfluuiū habitauerūt patres veſtri ab inicio. thare pater abraham et nachor: ſeruierūtqꝫ dijs alienis. Tuli ego patrē veſtrū abraham de meſopotamie finibꝫ: et adduxi eū in terra chanaan. multiplicauiqꝫ ſemē eius ⁊ dedi ei yſaac: illiqꝫ rurſū dedi iacob et eſau. E quibus eſau dedi montē ſeir ad poſſidendū: iacob vero et filij eius deſcenderūt in egiptū. Miſiqꝫ moyſen et aaron. et pcuſſi egiptū multis ſignis atqꝫ portentis: eduxiqꝫ vos ⁊ patres vr̄os de egipto et veniſtis ad mare: pſecutiqꝫ ſūt egiptij patres vr̄os cū curribꝫ ⁊ equitatu uſqꝫ ad mare rubrū. Clamauerūt autē ad dn̄m filij iſrahel: q̄ poſuit tenebras inter vos et egiptios: et adduxit ſup eos mare et operuit eos. Viderūt oculi veſtri cuncta que in egipto fecerim: et habitaſtis in ſolitudine multo tempore: et introduxi vos in terrā amorrei q̄ habitabat trans iordanen. Cūqꝫ pugnarent contra vos. tradidi eos in manus veſtras: et poſſediſtis terrā eoꝝ atqꝫ interfeciſtis eoſ. Surrexit aūt balach filius ſephor rex moab: et pugnauit contra iſrahelē. Miſitqꝫ et vocauit balaam filiū beor ut malediceret vobꝫ: et ego nolui audire eum. ſed econtrario per illū benedixi vobis: et liberaui vos de manū eius. Tranſiſtiſqꝫ iordanē et veniſtis ad iericho: pugnauerūtqꝫ ɔtra vos viri ciuitatis eius. amorreus ⁊ pherezeus et chananeus ⁊ etheus et gergeſeus et eueus ⁊ iebuſeus: et tradidi illos in manus veſtras. Miſiqꝫ ante vos ſcrabrones et eieci eos de locis ſuis. duos reges amorreorum. nō in gladio et in arcu tuo: dediqꝫ vobis terrā in qua nō laboraſtis. et vrbes quaſ nō edificaſtis. ut habitaretis in eis: vineas et oliueta que nō plantaſtis. Nunc ergo timete dn̄m et ſeruite ei pfecto corde atqꝫ veriſſimo: et auferte deos quibꝫ ſeruierūt pr̄eſ veſtri in meſopotamia et in egipto: ac ſeruite dn̄o. Sin autē malū vobis videtur ut dn̄o ſeruiatis: optio vobis datur. Eligite hodie quod placet. cui ſeruire potiſſimū debeatis: vtrū dijs quibꝫ ſeruierūt patres veſtri in meſopotamia: an dijs amorreoꝝ in quoꝝ terra habitatis. Ego aūt ⁊ domus mea ſeruiemus dn̄o. Reſponditqꝫ ꝑplus et ait. Abſit a nobis ut relinquamus dn̄m: et ſeruiamus dijs alienis. Dominus deus noſter ip̄e eduxit nos et patres noſtros de terra egipti. et de domo ſeruitutis: fecitqꝫ videntibꝫ nobis ſigna ingentia. et cuſtodiuit nos in om̄i via per quā ambulauimus. et in cūctis ꝑplis per quos tranſiuimus: et eiecit vniuſas gentes. amorreū habitatorē terre quā nos intrauimus. Seruiemus igitur dn̄o: qꝛ ipſe ē deuſ noſter. Dixitqꝫ ioſue ad ꝑplm̄. Non poteritis ſeruire dn̄o: deus enim ſanctus et fortis emulator eſt: nec ignoſcet ſcelerībꝫ veſtris atqꝫ peccatis. Si dimiſeritis dn̄m et ſeruieritis dijs alienis: conuītet ſe et affliget vos atqꝫ ſubūtet: poſtq̄ vobꝫ pſtiterit bona. Dixitqꝫ ꝑplus ad ioſue. Nequaq̄ ita ut loqueris erit: ſed dn̄o ſeruiemus. Et ioſue ad ꝑplm̄: teſtes inquit vos eſtis: quia ipſi elegeritis vobis dn̄m ut ſeruiatis ei. Reſponderūtqꝫ. Teſtes. Nūc ergo ait auferte deos alienos de medio veſtri: et inclinate corda veſtra ad dn̄m deū iſrahel. Dixitqꝫ ꝑplus ad ioſue. Domino deo nr̄o ſeruiemus: et obedientes erimus pceptis eius. Percuſſit ergo ioſue in die illo fedus: et ꝓpoſuit ꝑplo pcepta atqꝫ iudicia in ſychem. Scripſit qꝫ omnia verba

hec in volumine legis dñi: et tulit lapidem pgrandem. posuitqꝫ eũ subter quercũ que erat in sanctuario dñi: et dixit ad omnẽ populũ. En lapis iste erit vob in testimoniũ. q audieritis oĩa v̄ba dñi que locutus est vobis: ne forte postea negare velitis ⁊ mentiri dño deo vr̃o. Dimisitqꝫ pplm: singulos in possessionẽ suã. Et post hec mortuus ẽ iosue filius nun seruus dñi. centũ decem annoꝝ: sepelierũtqꝫ eũ in finibus possessionis sue in thamnathsare: q̃ sita ẽ in monte ephraim. a septentrionali parte montis gaas. Seruiuitqꝫ israhel dño cũctis diebus iosue ⁊ senioꝝ. q̃ longo vixerãt tempore post iosue: et q̃ nouerãt oĩa opera dñi q̃ fecerat in israhel. Ossa q̃qꝫ ioseph q̃ tulerant filij israhel de egipto. sepelierunt in sychem in parte agri quẽ emerat iacob a filijs emmor patris sychem centũ nouellis ouib: et fuit in possessionẽ filioꝝ ioseph. Eleazar q̃qꝫ filius aaron mortuus ẽ: et sepelierũt eũ in gabaath phinees filij eius: q data ẽ ei in mõte ephraim.

Expl. liber iosue. Incipit liber sopthim quẽ nos iudicũ apellam⁹

IIII

Ost mortẽ iosue consuluerũt filij israhel dominũ dicentes. Quis ascendet ante nos cõtra chananeuꝫ: et erit dux belli? Dixitqꝫ dñs. Iudas ascendet. Ecce tradidi terrã in manũ eius. Et ait iudas symeoni fratri suo. Ascende mecũ in sorte mea. et pugna cõtra chananeum: ut et ego pergam tecũ in sorte tua. Et abijt cum eo symeon. Ascenditqꝫ iudas. et tradidit dñs chananeũ ac pherezeũ in manus eoꝝ: et pcusserũt in bezech decem milia viroꝝ. Inueneritqꝫ adonibezech in bezech: et pugnauerũt contra eũ: ac pcusserũt chananeũ et pherezeũ. Fugit aũt adonibezech: quẽ psecuti comphenderũt. cesis sũmitatib manuũ eius ac pedũ. Dixitqꝫ adonibezech. Septuaginta reges amputatis manuũ ac pedũ sũmitatib colligebãt sub mensa mea ciboꝝ reliquias: sicut feci ita reddidit michi deus. Adduxerũtqꝫ eũ in iherusalẽ: et ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filij iuda iherusalẽ ceperũt eam: et percusserũt in ore

II

gladij: tradentes cunctã incendio ciuitatẽ. Et postea descendẽtes pugnauerũt contra chananeũ qui habitabat in mõtanis: et ad meridiẽ in campestrib. Pergensqꝫ iudas contra chananeũ qui habitabat in hebron. cuius nomẽ fuit antiquitus cariatharbe. percussit sysai et hayman et tholmai: atqꝫ inde pfectus abijt ad habitatores dabir: cuius nomen vetus erat cariathsepher id ẽ ciuitas litteraꝝ. Dixitqꝫ caleph. Qui pcusserit cariathsepher et vastauerit eam: dabo ei axam filiam meã vxorem. Cumqꝫ cepisset eã othoniel filius cenez frater caleph minor: dedit ei axam filiã suam coniugẽ. Quam pergentẽ in itinere monuit vir suus ut peteret a patre suo agrũ. Que cũ suspirasset sedẽs in asino: dixit ei caleph. Quid habes? At illa respondit. Da michi benedictionẽ: quia terrã arentem dedisti michi: da et irriguã aquis. Dedit ergo ei caleph irriguũ superius ⁊ irriguum inferius. Filij autem cinei cognati moysi ascenderũt de ciuitate palmaꝝ cũ filijs iuda. in desertũ sortis eius qd ẽ ad meridiẽ arath: et habitauerũt cum eo. Abijt aũt iudas cũ symeone fratre suo: et percusserũt simul chananeũ q̃ habitabat in sephat: et interfecerũt eum. Vocatũ est nomẽ vrbis horma id est anathema. Cepitqꝫ iudas gazam cũ finib suis: et ascalonẽ atqꝫ accaron cũ terminis suis. Fuitqꝫ dñs cũ iuda: et montana possedit. Nec potuit delere habitatores vallis: quia falcatis currib abũdabant. Dederũtqꝫ caleph hebron sicut dixerat moyses: qui deleuit ex ea tres filios enach. Iebuseum autẽ habitatorẽ ihrlm nõ deleuerũt filij beniamin: habitauitqꝫ iebuseus cũ filijs beniamin in ihrlm usqꝫ in presentẽ diem. Domus quoqꝫ ioseph ascendit in bethel: fuitqꝫ dñs cũ eis. Nam cũ obsiderẽt vrbem que prius luza vocabat᷑. viderũt hominẽ egredientem de ciuitate: dixerũtqꝫ ad eũ. Ostende nobis introitũ ciuitatis: et faciemus tecũ misericordiam. Qui cũ ostendisset eis pcusserũt vrbẽ in ore gladij: hominẽ autem illũ et omnẽ cognationẽ eius dimiserũt. Qui dimissus abijt in terrã ethim: et edificauit ibi ciuitatẽ: Vocauitqꝫ eam luzam: que ita appellat᷑ usqꝫ in psentẽ diem. Manasses quoqꝫ non deleuit

III

IIII

bethsan et chanath cũ viculis suis et habitatores dor et ieblaam et maieddo cũ viculis suis: cepitqꝫ chananeus habitare cum eis. Postq̃ autẽ confortatus ẽ israhel fecit eos tributarios: et delere noluit. Ephraim etiã non interfecit chananeũ q̄ habitabat in gazer: sed habitauit cũ eo. Zabulon non deleuit habitatores cethron et naalon: sed habitauit chananeus in medio eius: factusqꝫ est ei tributarius. Aser q̃qꝫ non deleuit habitatores accho et sydonis alab et achazib et amma et aphech et roob: habitauitqꝫ in medio chananei habitatoris illius terre: nec interfecit eũ. Neptalim quoqꝫ non deleuit habitatores bethsemes et bethanath: et habitauit inter chananeũ habitatorez terre: fuerũtqꝫ ei bethsemite et bethanite tributarij. Artauitqꝫ amorreꝰ filios dan in mõte: nec dedit eis locũ ut ad planiora descenderent: habitauitqꝫ in mõte hares q̄d interp̃tatur testatio in haylon et salabim. Et aggrauata est manus domus ioseph: factusqꝫ est ei tributarius. Fuit autez terminus amorrei ab ascensu scorpionis petra et superiora loca.

II

Ascenditqꝫ angelus domini de galgala ad locũ flentiũ et ait. Eduxi vos de egipto et introduxi in terram pro qua iuraui patribꝰ vestris: et pollicitus sum ut non facerem irritũ pactũ meũ vobiscũ in sempiternũ: ita dumtaxat ut nõ feriretis fedus cum habitatoribꝰ terre huius: et aras eoꝝ subuerteretis: et noluistis audire vocẽ meã. Cur hoc fecistis? Quamobrem nolui delere eos a facie vr̃a: ut habeatis hostes: et dij eoꝝ sint vobis in ruinã. Cumqꝫ loqueretur angelus dñi hec verba ad omnes filios israhel: eleuauerũtqꝫ vocem suã et fleuerũt. Et vocatũ est nomẽ loci illius flentiũ siue lacrimaꝝ: immolauerũtqꝫ ibi hostias domino. Dimisit ergo iosue p̃p̃lm: et abierũt filij israhel vnusquisqꝫ in possessionẽ suã: ut obtinerent eam: seruieruntqꝫ dño cũctis diebꝰ eiꝰ et seniorũ qui longo post eũ vixerũt tẽpore: et nouerãt omnia opera domini que fecerat cũ israhel. Mortuus ẽ autez iosue filius nun famulus dñi centũ et decẽ annoꝝ: et sepelierũt eum in finibus possessionis sue in thamnathsare in mõte ephraim a septẽtrionali plaga montis gaas. Omnisqꝫ illa generatio congregata est ad patres suos: et surrexerunt alij qui nõ nouerũt dñm: et opera que fecerat cũ israhel. Feceruntqꝫ filij isr̃l malũ in conspectu dñi: et seruierũt baalim: ac dimiserunt dñm deũ patrũ suoꝝ qui eduxerat eos de terra egipti: et secuti sũt deos alienos deos quoqꝫ p̃p̃loꝝ qui habitabant in circuitu eoꝝ: et adorauerũt eos: et ad iracũdiã concitauerũt dñm: dimittentes eũ et seruientes baal et astaroth. Iratusqꝫ dñs cõtra israhel tradidit eos in manus diripientiũ: qui ceperunt eos et vendiderũt hostibꝰ qui habitabant p̄ gyrũ: nec potuerũt resistẽ aduersarijs suis: sed quocũqꝫ p̄gere voluissent: manus dñi super eos erat sicut locutus ẽ et iurauit eis: et vehemẽter afflicti sũt. Suscitauitqꝫ dñs iudices qui liberarent eos de vastantiũ manibꝰ: sed nec eos audire voluerũt: fornicantes cũ dijs alienis et adorãtes eos. Cito deseruerũt viam per quã ingressi fuerãt patres eoꝝ: et audientes mandata dñi: omnia fecere contraria. Cũqꝫ dñs iudices suscitaret in diebus eoꝝ flectebatur misericordia: et audiebat afflictorũ gemitus: et liberabat eos de cede vastantiũ. Postq̃ autẽ mortuus esset iudex: reuertebantur et multo faciebãt maiora q̃ fecerant patres eoꝝ: sequẽtes deos alienos: seruientes eis et adorãtes illos. Nõ dimiserũt adinuentiones suas: et viam durissimã per quã ambulare consueuerãt. Iratusqꝫ est furor dñi in israhel et ait. Quia irritum fecit gens ista pactũ meũ q̄d pepigerã cũ patribꝰ eoꝝ: et vocem meã audire contempsit: et ego nõ delebo gentes quas dimisit iosue et mortuus est: ut in ipsis experiar isr̃l vtrũ custodiant viã dñi: et ambulent in ea sicut custodierũt patres eoꝝ an nõ. Dimisit ergo dñs omnes has nationes: et cito subuertere noluit: nec tradidit in manibꝰ iosue.

III

Hec sunt gentes quas dñs dereliquit ut erudiret in eis israhelem: et omnes qui nõ nouerãt bella chananeoꝝ: et postea discerent filij eoꝝ certare cũ hostibꝰ: et habere consuetudinẽ preliandi: quinqꝫ satrapas philistinoꝝ: omnemqꝫ chananeũ et sydoniũ atqꝫ eueũ qui habitabat in monte libano de mõte baalhermon usqꝫ ad introitũ

emath. Dimisitqꝫ eos ut in ipsis experiret̃ israhelē: vtrum audirent mandata dñi que p̃ceperat patrib9 eoꝝ p manū moysi: an nō. Itaqꝫ filij israhel habitauerīt in medio chananei et ethei et amorrei et pherezei et euei et iebusei: et duxerūt vxores filias eoꝝ. ipsiqꝫ filias suas filijs eoꝝ tradiderūt: et seruierīt dijs eoꝝ. Feceruntqꝫ malū in conspectu dñi: et obliti sūt dei sui seruientes baalim ꝛ astharoth. Iratusqꝫ dñs ɔtra israhel tradidit eos in manus chusan rasathaim regis mesopotamie: seruieruntqꝫ ei octo annis. Et clamauerunt ad dñm: qui suscitauit eis saluatorem et liberauit eos. othoniel videlicet filiū cenez fratrem caleph minorem: fuitqꝫ in eo spūs dñi et iudicauit israhel. Egressusqꝫ ē ad pugnam: et tradidit dñs in manus eius chusamrasataim regē sirie: et oppressit eū. Quieuitqꝫ terra quadraginta annis: et mortu9 ē othoniel filius cenez. Addiderūt autē filij israhel facere malū in conspectu dñi: qui confortauit aduśū eos eglon regē moab: quia fecerūt malū in cōspectu eius. Et copulauit ei filios ammon et amelech: abijtqꝫ et ꝑcussit israhel. atqꝫ possedit vrbē palmaꝝ. Seruierūtqꝫ filij israhel eglon regi moab decem et octo annis: et postea clamauerūt ad dñm. Qui suscitauit eis saluatorē vocabulo aoth inclitū filiū gera filij iemini: qui vtraqꝫ manū pro dextra vtebatur. Miserūtqꝫ filij israhel per illū munera eglon regi moab. Qui fecit sibi gladiū ancipitē habentē in medio capulū longitudinis palme manus: et accinctus est eo subter sagum in dextro femore. Obtulitqꝫ munera eglon regi moab. Erat autē eglon crassus nimis. Cūqꝫ obtulisset ei munera ꝓsecutus est socios qui cū eo venerant: et reuersus de galgalis vbi erant ydola dixit ad regē: Verbū secretū habeo ad te o rex. Et ille imperauit silentiū. Egressisqꝫ omnibus qui circa eum erant ingressus est aoth ad eū. Sedebat autē in estiuo cenaculo solus. Dixitqꝫ: Verbū dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditqꝫ aoth sinistrā manū et tulit sicam de dextro femore suo: infixitqꝫ in ventrē eius tam valide ut capulus sequeret̃ ferrū in vulnere: ac pinguissimo adipe stringeret̃. Nec eduxit gladiū sed ita ut ꝑcusserat reliquit in corpe: statimqꝫ per secreta nature aluī stercora proruperunt. Aoth aūt clausis diligentissime hostijs cenaculi et obfirmatis: per posticā egressus ē. Seruiqꝫ regis ingressi viderūt clausas fores cenaculi: atqꝫ dixerūt. Forsitan purgat aluū in estiuo cubiculo. Expectantesqꝫ diu donec erubescerent et vidētes ꝙ nullus aperiret. tulerūt clauē: et aperientes inuenerūt dñm suū in terra iacentē mortuū. Aoth aūt dū illi turbarent̃ effugit: et ꝑtransijt locum ydoloꝝ vnde reuersus fuerat. Venitqꝫ in seyrath et statim insonuit bucina in monte ephraim: descenderūtqꝫ cū eo filij israhel ipso in fronte gradiente. Qui dixit ad eos. Sequimini me. Tradidit enī dñs inimicos nostros moabitas in manus nr̃as. Descenderuntqꝫ post eū et occupauerūt vada iordanis que transmittūt in moab ꝛ nō dimiserūt transire quenqꝫ: sed ꝑcusserūt moabitas in tempore illo circiter decē milia omnes robustos et fortes viros. Nullus eoꝝ euadere potuit. Humiliatusqꝫ ē moab in die illo sub manu israhel: et quieuit terra octoginta annis a prelijs. Post hunc fuit samgar filius anath: qui percussit de philistijm sexcentos viros vomere. Et ipse quoqꝫ defendit isrl̃.

IIII

Addiderūtqꝫ filij isrl̃ facere malum in conspectu dñi post mortem aoth: et tradidit illos dñs in manus iabin regis chanan qui regnauit in asor. habuitqꝫ ducem exercitus sui nomine sisaram. Ipse autē habitabat in arozeth gentiū. Clamaueruntqꝫ filij israhel ad dñm. Nongentos enim habebat falcatos currus: et per viginti annos vehemēter oppresserat eos. Erat aūt debbora ꝓphetes vxor lapidoth que iudicabat ꝑplm̃ in illo tempore: et sedebat sub palma que nomine illius vocabat̃. inter rama et bethel in monte ephraim: ascendebantqꝫ ad eam filij israhel in omne iudiciū. Que misit et vocauit barach filiū abinoem de cedes neptalim: dixitqꝫ ad eū. Precepit tibi dñs deus israhel: Vade descende: et duc exercitum in montem tabor: tollesqꝫ tecum decem milia pugnatoꝝ de filijs neptalim et de filijs zabulon. Ego autē adducā ad te in loco torrentis cyson sysaram principem exercitus

iabin et currus eius atq₃ omnẽ mlťitudinẽ:
et tradam eos in manu tua. Dixitq₃ ad eam
barach. Si venis mecũ vadã: si nolueris ve-
nire mecũ non pergam. Que dixit ad eum.
Ibo quidẽ tecũ: sed in hac vice victoria nõ
reputabit᷑ tibi: quia in maũ mulieris trade-
tur sisara. Surrexit itaq₃ debbora et pᵽexit
cũ barach in cedes. Qui accitis zabulon et
neptalim ascendit cũ decem milib₉ pugna-
torũ: habens debborã in comitatu suo. Aber

V

autẽ cineus recesserat quondã a ceteris ci-
neis fratrib₉ suis filijs obab cognati moy-
si: ⁊ tetenderat tabernacula usq₃ ad vallem
que vocatur sennim: et erat iuxta cedes. Nũ-
ciatũq₃ est sisare ꝙ ascendiss₃ barach filius
abinoem in monte thabor. Et congregauit
nõgentos falcatos currus: et omnẽ exerci-
tum de aroseth gentiũ ad torrentem cyson.
Dixitq₃ debbora ad barach. Surge: hec est
enim dies in qua tradidit dñs sisarã in ma-
nus tuas. En ipse ductor ẽ tuus. Descendit
itaq₃ barach de monte thabor: et decẽ milia
pugnatorꝝ cũ eo. Perterruitq₃ dñs sisarã
et oĩes currus eius vniũsamq₃ multitudi-
nem in ore gladij ad conspectũ barach: in-
tantũ ut sisara de curru desiliens pedibus fu-
geret: et barach ᵽsequeret᷑ fugientes cur-
rus et exercitum usq₃ ad aroseth gentiũ: et
omnis hostiũ multitudo usq₃ ad interitio-
nem caderet. Sisara autẽ fugiens peruenit
ad tentoriũ iahel vxoris aber cinei. Erat au-
tem pax inter iabin regẽ asor: et domũ aber
cinei. Egressa igitur iahel in occursũ sisare
dixit ad eũ. Intra ad me dñe mi: ne timeas.
Qui ingressus tabernaculũ eius et opertus
ab ea pallio: dixit ad eã. Da michi obsecro
paululũ aque: q2 sitio valde. Que aperuit
vtrem lactis et dedit ei bibere: et operuit il-
lum. Dixitq₃ sisara ad eã. Sta ante hostiũ
tabnaculi: et cũ venerit aliquis interrogãs
te. et dicens nũquid hic est aliquis: respon-
debis. Nullus est. Tulit itaq₃ iahel vxor

VI

aber clauũ tabernaculi assumens pariter et
malleũ: et ingressa abscondite et cũ silentio
posuit super timpus capitis eius clauũ pcus-
sumq₃ malleo defixit in cerebrũ usq₃ ad ter-
ram: q̃ soporem morti socians defecit et mor-
tuus est. Et ecce barach sequens sisaram
veniebat: egressaq₃ iahel in occursũ eius di-
xit ei. Veni: et ostendã tibi virũ quẽ queris.
Qui cũ intrass₃ ad eã. vidit sisaram iacentẽ
mortuũ: et clauũ infixũ in timpore eius. Hu-
miliauit ergo deus in die illo iabin regẽ cha-
naan coram filijs israhel: qui crescebãt quo-
tidie et forti manu opprimebant iabin regẽ
chanaan donec delerent eum.

V

Cecineruntq₃ debbora et barach filius
abinoem in die illo dicentes. Qui sponte
obtulistis de israhel animas vr̃as ad pericu-
lum: benedicite dño. Audite reges: auribus
percipite pᵱncipes. Ego sũ que dño canam:
psallã dño deo israhel. Dñe cũ exires de seir.
et transires ᵽ regiones edom. terra mota
est: celiq₃ ac nubes distillauerũt aquis. Mon-
tes fluxerũt a facie dñi: et synai a facie dñi
dei israhel. In diebus samgar filij anath in
diebus iahel quieuerũt semite: et qui ingre-
diebant᷑ ᵽ eas ambulauerũt ᵽ calles deui-
os. Cessauerũt fortes in israhel: et quieuerũt
donec surgeret debbora: surgeret mater in
israhel. Noua bella elegit dñs: et portas ho-

VII

stiũ ipse subuertit. Clipeus et hasta si appa-
ruerũt in quadraginta milibus israhel. Cor
meũ diligit principes israhel. Qui ꝓpria vo-
luntate obtulistis vos discrimini bñdicite
dño: qui ascenditis super nitentes asinas. et
sedetis supᵽ iudiciũ. et ambulatis in via lo-
quimini. Ubi collisi sũt currus et hostiũ suffoca-
tus ẽ exercitus: ibi narrent᷑ iusticie dñi: et cle-
mẽtie fortes israhel. Tunc descẽdit ꝑpl's dñi
ad portas: et obtinuit principatũ. Surge
surge debbora surge: loquere canticũ. Sur-
ge barach: et apphende captiuos tuos fili a-
binoem. Saluate sũt reliquie ꝑpli. Dñs in
fortib₉ dimicauit: ex ephraim deleuit eos in
amalech: et post eũ ex beniamin in populos
tuos o amalech. De machir principes descẽ-
derunt: et de zabulon qui exercitũ ducerent
ad bellandũ. Duces ysachar fuere cũ debbo-
ra: barach vestigia sunt secuti: qui quasi in
ᵽceps ac baratrũ se discrimini dedit. Diuiso
contra se ruben: magnanimorꝝ repta contẽ-
tio est. Quare habitas inter duos termi-
nos: ut audias sibilos gregũ. Diuiso con-
tra se ruben: magnanimorꝝ repta contentio
est. Galaad trans iordanen quiescebat: et

l' galaad

dan vacabat nauibus. Aser habitabat in
litore maris: et in portib⁹ morabatur. Zabu=
lon vero ⁊ neptalim obtulerūt animas suas
morti in regione merome. Venerūt reges
et pugnauerūt: pugnauerūt reges chana=
an in thanac iuxta mageddon: et tamen ni=
chil tulere predantes. De celo dimicatū est
IIII contra eos: stelle manentes in ordine ⁊ cur=
su suo aduersus sisarā pugnauerūt. Torrens
cison traxit cadauera eorum: torrens cadu=
mim torrens cison. Conculca anima mea ro=
bustos. Vngule equoꝝ ceciderūt: fugien=
tibus impetu. et p̄ p̄ceps ruentib⁹ fortissimis
hostiū. Maledicite terre meroz dixit ange=
lus dn̄i: maledicite habitatorib⁹ eius: quia
non venerūt ad auxiliū dn̄i et adiutoriū for=
tissimoꝝ eius. Benedicta inter mulieres ia=
hel vxor aber cinei: et benedicat͛ in tabnacu=
lo. Aquā petenti lac dedit: et in phiala prin=
cipū obtulit butirum. Sinistrā manū misit
ad clauū: et dextram ad fabroꝝ malleos. p=
cussitq3 sisaram querens in capite vulneri lo=
cū: et timpus valide pforans. Inter pedes
eius ruit: defecit ⁊ mortuus est. Voluebat͛
ante pedes eius: et iacebat exanimis et mi=
serabilis. Per fenestrā respiciens vlulabat
mater eius: et de cenaculo loquebatur. Cur
moratur regredi currus eius: quare tarda=
uerūt pedes quadrigaꝝ illius? Vna sapi=
entior ceteris vxorib⁹ eius hec socrui verba
respondit. Forsitā nūc diuidit spolia: et pul=
cerrima feminaꝝ eligitur ei. Vestes diuer=
sorū coloꝝ sisare tradūtur in p̄dam: et sup=
pellex varia ad ornanda colla congeritur.
Sic pereant oēs inimici tui dn̄e: qui autē
diligūt te sic̄ sol in ortu suo splendet ita ruti=
lent. Quieuitq3 terra p quadraginta annos.

VI

Fecerūt aūt filij isrl̄ malū in ɔspe=
ctu dn̄i: q̄ tradidit illos in maū madi=
an septē annis: et oppressi sūt valde ab eis.
Fecerūtq3 sibi antra et spelūcas in montib⁹:
et munitissima ad repugnandū loca. Cūq3
seuissꝫ isrl̄ ascendebat madian ⁊ amalech et
ceteri orientaliū nationū: et apud eos figen=
tes tentoria. sicut erant in herbis cūcta va=
stabant usq3 ad introitū gaze. nichilq3 omi=
no ad vitam pertinens relinquebant in isrl̄:
non oues nō boues nō asinos. Ipsi enim et
vniūsi greges eoꝝ veniebant cū tabernacu=
lis suis: et instar locustaꝝ vniūsa cōplebāt.
innumera multitudo hominū et camelorum.
quicquid tetigerant deuastantes. Humilia=
tusq3 est israhel valde in conspectu madian.
Et clamauit ad dn̄m postulans auxiliū con=
tra madianitas. Qui misit ad eos virū pro=
phetam: et locutus est. Hec dicit dn̄s deus
israhel. Ego feci vos conscendere de egipto
et eduxi vos de domo suitutis: et liberaui de
manu egiptioꝝ et omniū inimicoꝝ qui affli=
gebant vos. Eieciq3 eos ad introitū vestrū:
et tradidi vobis terrā eoꝝ: et dixi. Ego dn̄s
deus vester. Ne timeatis deos amorreoꝝ
in quoꝝ terra habitatis. Et noluistis audi=
re vocem meam. Venit aūt angelus dn̄i et
II sedit sub quercu que erat in efra: et ptinebat
ad ioas patrem familie ezri. Cunq3 gede=
on fili⁹ eius excuteret atq3 purgaret frumē=
ta in torculari ut fugeret madian: apparuit
ei angelus dn̄i et ait. Dn̄s tecū viroꝝ fortissi=
me. Dixitq3 ei gedeon. Obsecro dn̄e mi si
dn̄s nobiscū est. cur ergo apphenderūt nos
hec oīa? Vbi sūt mirabilia ei⁹ que narra=
uerūt patres nostri: atq3 dixerūt de egipto
eduxit nos dn̄s? Nūc autē dereliquid nos
dn̄s: et tradidit in maū madian. Respexitq3
ad eum dn̄s. et ait. Vade in hac fortitudine
tua: et liberabis isrl̄ de maū madian. Scito
q͏ miserim te. Qui respondens ait. Obsecro
dn̄e mi in quo liberabo israhel? Ecce familia
mea infima est in manasse: et ego minimus
in domo patris mei. Dixitq3 ei dn̄s. Ego ero
tecū: et percuties madian quasi vnū virū. Et
ille: si inueni inquit gratiā corā te da michi
signū q͏ tu sis qui loqueris ad me: nec rece=
das hinc donec reūtar ad te portans sacri=
ficiū et offerens tibi. Qui respondit. Ego
prestolabor aduentū tuū. Ingressus ē itaq3
gedeon et coxit hedum et de farine modio
azimos panes: carnesq3 ponēs in canistro et
ius carniū mittens in ollam. tulit omnia sub
quercu: et obtulit ei. Cui dixit angelus dn̄i.
Tolle carnes et azimos panes ⁊ pone super
petram illā: et ius desup funde. Cunq3 fecissꝫ
III ita. extendit angelus domini sūmitatem vir=
ge quam tenebat in maū et tetigit carnes et
azimos panes: ascenditq3 ignis de petra et

carnes azimosq; panes consũpsit: angelus
autē dñi euanuit ex oculis eius. Vidensq;
gedeon q esset angelus dñi ait. Heu mi do-
mine deus: q vidi angelũ dñi facie ad faci-
em. Dixitq; ei dñs. Pax tecũ. Ne timeas:
non morieris. Edificauit ergo ibi gedeon
altare dño: vocauitq; illud dñi pax usq; in
presentē diem. Cũq; adhuc esset in efra que
est familie ezdri: nocte illa dixit dñs ad eũ.
Tolle thaurũ patris tui et alterũ thaurũ an-
noꝝ septem. destruesq; aram baal que ē pa-
tris tui. et nemus qđ circa aram baal est suc-
cide: et edificabis altare dño deo tuo in sum-
mitate petre huius super quā ante sacrificiũ
posuisti: tollesq; thaurũ secũdm et offeres olo-
caustũ sup struem lignoꝝ que de nemore
succideris. Assumptis ergo gedeon decem
viris de seruis suis: fecit sicut preceperat ei do-
minus. Timens autē domũ patris sui et ho-
mines illius ciuitatis p diem noluit facere:
sed oĩa nocte cõpleuit. Cũq; surrexissent
viri oppidi eius mane. viderũt destructam
aram baal lucũq; succisũ: et thaurũ alterũ
impositũ sup altare. qđ tunc edificatũ erat:
dixerũtq; adinuicē. Quis hoc fecit? Cũq;
pquirerent auctorem facti: dictũ est. Gede-
on filius ioas fecit hec oĩa. Et dixerũt ad
ioas. Produc filiũ tuũ huc ut moriatur: q
destruxit aram baal: et succidit nemus. Qui-
bus ille respondit. Nũquid vltores estis
baal. ut pugnetis pro eo? Qui aduersarius
est eius moriatur: anteq lux crastina veni-
at. Si deus est: vindicet se de eo q suffodit
aram eius. Ex illo die vocatus est gedeon
iherobaal: eo q dixisset ioas vlciscatur se de
eo baal. q suffodit altare eius. Ergo oĩs
madian et amalech et orientales populi cõ-
gregati sũt simul: et transeũtes iordanen ca-
strametati sũt in valle iezrahel. Spiritus au-
tem dñi induit gedeon: qui clangens bu-
cina conuocauit domũ abiezer ut sequeret
se. Misitq; nũcios in vniũsum manassen: q
et ipse secutus est eũ. Et alios nũcios in aser
et zabulon et neptalim: qui occurrerũt ei. Di-
xitq; gedeon ad dñm. Si saluũ facis per
manũ meā pplm israhel sicut locutus es: po-
nam hoc vellus lane in area. Si ros in solo
vellere fuerit et in omni terra siccitas: sciam
q per manũ meā sicut locutus es liberabis
israhel. Factũq; est ita. Et de nocte consur-
gens: expsso vellere concam rore impleuit.
Dixitq; rursus ad dñm. Ne irascatur furor
tuus contra me: si adhuc semel tēptauero
signũ querens in vellere. Oro ut solũ vellus
siccũ sit: et oĩs terra rore madens. Fecitq;
dñs nocte illa ut postulauerat: et fuit sicci-
tas in solo vellē: et ros in oĩ terra.

VII

Igitur iherobaal qui et gedeon de nocte cõ-
surgens et oĩs pplus cũ eo venit ad fontē
qui vocatur arad. Erant aũt castra madian
in valle ad septentrionalem plagam collis
excelsi. Dixitq; dñs ad gedeon. Multus te-
cũ est pplus: nec tradetur madian in manus
eius: ne glorietur contra me israhel et dicat
meis viribus liberatus sũ. Loquē ad pplm:
et cũctis audientibꝰ predica. Qui formido-
losus et timidus est reuertat. Recesserũtq;
de monte galaad: et reuersi sũt ex pplo viginti
duo milia viroꝝ: et tantũ decē milia reman-
serũt. Dixitq; dñs ad gedeon. Adhuc pplus
multus est. Duc eos ad aquas et ibi proba-
bo illos: et de quo dixero tibi ut tecũ vadat
ipse pergat: quē ire prohibuero reuertat.
Cũq; descendisset pplus ad aquas: dixit dñs
ad gedeon. Qui manũ et lingua lambuerint
aquas sicut solent canes lambere separabis
eos seorsũ: qui aũt curuatis genibꝰ biberint
in altera parte erũt. Fuit itaq; numerus eo-
rum qui manũ ad os proiciente lambuerunt
aquas trecenti viri: oĩs autē reliqua multi-
tudo. flexo poplite biberat. Et ait dñs ad
gedeon. In trecentis viris qui lambuerunt
aquas liberabo vos. et tradam in manu tua
madian: omnis autē reliqua multitudo re-
uertatur in locũ suũ. Sumptis itaq; pro nu-
mero cibarijs et tubis: omnē reliquā multi-
tudinē abire pcepit ad tabernacula sua: et
ipse cũ trecentis viris se certamini dedit. Ca-
stra autē madian erant subter in valle. Ea-
dem nocte dixit dñs ad eũ. Surge et descen-
de in castra: q tradidi eos in manu tua. Sin
autē solus ire formidas: descendat tecum
phara puer tuus. Et cum audieris quid lo-
quantur tunc confortabũtur manus tue: et se-
curior ad hostiũ castra descendes. Descendit
ergo ipe et phara puer eius in pte castroꝝ:

S

IIII

vbi erant armatorꝫ vigilie. Madian autē
et amalech ⁊ omnes orientales ppli fusi iace-
bāt in valle ut locustarꝫ multitudo: cameli
autem innumerabiles erant sicut harena q̄
iacet in litore maris. Cūq; venisset gedeon
narrabat aliquis somniū proximo suo: et in
hūc modū referebat quod viderat. Vidi
somniū: ⁊ videbat' michi quasi subcinericiꝰ
panis ex ordeo volui: ⁊ in castra madian de-
scendere. Cūq; pervenisset ad tabernaculū
percussit illud atq; subvertit: et terre fundit⁹
coequauit. Rn̄dit is cui loquebatur. Nō
est hoc aliud: nisi gladius gedeonis filij io-
as viri israhelite. Tradidit enim dominus
in manus eius madian: et oīa castra eius.
Cūq; audiss; gedeon somniū ⁊ interptatio-
nem eius adorauit: et reuersus ē ad castra
israhel ⁊ ait. Surgite: tradidit enī dominus
in manus nostras castra madian. VII Diuisitq;
trecentos viros in tres partes: et dedit tu-
bas in manibus eorꝫ: lagenasq; vacuas ac
lampades in medio lagenarꝫ. Et dixit ad
eos. Quod me facere videritis hoc facite.
Ingrediar partē castrorꝫ: et quod fecero
sectamini. Quando psonuerit tuba in ma-
nu mea: vos q̄q; p castrorꝫ circuitū clangite
et cōclamate domino ⁊ gedeoni. Ingressusq;
est gedeon ⁊ trecēti viri qui erāt cum eo in
partē castrorꝫ incipientibꝫ vigilijs noctis
medie: et custodibꝫ suscitatis ceperūt bucci-
nis clangere: et cōplodere inter se lagenas.
Cūq; p girū castrorꝫ in tribꝫ psonarent lo-
cis. et ydrias confregissent. tenuerūt sinistris
manibꝫ lampades. et dextris sonātes tubas:
clamaueruntq;. gladius dn̄i ⁊ gedeonis:
stantes singuli in loco suo. per circuitum ca-
strorꝫ hostiliū. Omnia itaq; castra turbata
sūt: et vociferātes vlulātesq; fugerūt. Et ni-
chilominus insistebant trecēti viri buccinis
psonātes. Immisitq; dominus gladium in
omnibꝫ castris: et mutua se cede truncabāt
fugiētes usq; ad bethseca ⁊ crepidinē abel
meula in tebbath. Conclamātes autē viri
israhel de neptalim ⁊ aser ⁊ omni manasse pse-
quebāt' madian. Et dedit dn̄s victoriā po-
pulo israhel in die illa. Misitq; gedeon nū-
cios in omē; montē ephraim dicēs. Descē-
dite in occursū madian: et occupate aquas
usq; bethbera atq; iordanen. Clamauitq; oīs
ephraim: ⁊ p̄occupauit aquas atq; iordanē
usq; bethbera. Apprehensosq; duos viros ma-
dian oreb ⁊ zeb. interfecit oreb in petra oreb:
zeb vero in torculari zeb. Et persecuti sunt
madian: capita oreb et zeb portantes ad
gedeon trans fluenta iordanis.

VIII

Dixerūtq; ad eū viri ephraim. Quid
est hoc quod facere voluisti: ut non
nos vocares cū ad pugnā pgeres contra
madian? Iurgātes fortiter: et ppe vim infe-
rētes. Quibꝫ ille respondit. Quid enim ta-
le facere potui: quale vos fecistis? Non-
ne melior est racemus ephraim vindemijs
abiezer? In manus vr̄as dominus tradidit
principes madian oreb ⁊ zeb. Quid tale fa-
cere potui: quale vos fecistis? Quod cū locutus
esset: requieuit spūs eorꝫ quo tumebāt cōtra
eū. Cūq; venisset gedeon ad iordanē trans-
iuit eū cū trecētis viris qui secū erant: et pre
lassitudine fugiētes psequi nō poterāt. Dixit-
q; ad viros socoth. Date obsecro panes
populo qui mecū est: qr valde defecerunt: ut
possimus psequi zebee ⁊ salmana reges ma-
dian. Rn̄derūt principes socoth. Forsitan
palme manuū zebee ⁊ salmana in manu tua
sunt: et idcirco postulas ut demus exercitui
tuo panes. Quibꝫ ille ait. Cū ergo tradide-
rit dominus zebee ⁊ salmana in manus meas:
conterā carnes vestras cū spinis tribulisq;
deserti. Et inde conscendēs venit i phanuel:
locutusq; est ad viros loci illius similia. Cui
et illi responderūt sicut responderāt viri soc-
coth. Dixit itaq; eis. Cū reuersus fuero victor
in pace: destruā turrim hāc. Zebee autem et
salmana requiescebāt cum omni exercitu suo.
Quindecim enim milia viri remanserāt ex
oībꝫ turmis orientaliū populorꝫ: cesis cē-
tumuiginti milibꝫ bellatorꝫ ⁊ educentiū gla-
diū. Ascendēsq; gedeon p viam eorꝫ qui in
tabernaculis morabāt' ad orientalē partē
nobe ⁊ iecbaa pcussit castra hostiū qui securi
erāt ⁊ nichil aduersi suspicabātur: fugeruntq;
zebee ⁊ salmana: quos psequēs gedeon cō-
phendit turbato oīm exercitu eorꝫ. Reuertēs-
q; de bello ante solis ortū apphendit puerū
de viris socoth: interrogauitq; eū nomina
principum et seniorum socoth et descripsit

septuagītaseptē viros. Venitq; ad soccoth:
et dixit eis. En zebee et salmana sup quibus
exprobrastis michi dicētes forsitan man⁹
zebee et salmana in manib⁹ tuis sūt: et ideo
postulas ut demus viris qui lassi sūt et defe-
cerūt panes. Tulit ergo seniores ciuitatis
et spinas deserti ac tribulos: et contriuit cū
eis atq; cominuit viros soccoth. Turrim q₃
phanuel subuertit: occisis habitatoribus
ciuitatis. Dixitq; ad zebee et salmana. Qua-
les fuerūt viri quos occidistis in thabor:
Qui responderūt. Similes tui: et vnus ex
eis quasi filius regis. Quibus ille respōdit.
Fratres mei fuerūt: filij matris mee. Viuit
dominus: q; si seruassetis eos non vos occi-
derem. Dixitq; iether p̄mogenito suo. Sur-
ge et interfice eos. Qui nō eduxit gladiū.
Timebat enim: q; adhuc puer erat. Dixe-
rūtq; zebee et salmana. Tu surge et irrue in
nos: q; iuxta etatē robur est hominis. Sur-
rexit gedeon et interfecit zebee et salmana:
et tulit ornamēta ac bullas quibus colla re-
galiū camelorū decorari solēt. Dixeruntq;
omnes viri israhel ad gedeon. Dn̄are nostri
tu et filius tuus et filius filij tui: q; liberasti
nos de manu madian. Quibus ille ait. Non
dominabor vestri: nec dn̄abitur in vos filius
meus: sed dominabitur dominus. Dixitq;
ad eos. Vnam peticōnem postulo a vobis.
Date michi inaures ex p̄da vr̄a. Inaures
enim aureas ysmahelite habere cōsueuerāt.
Qui rn̄derūt. Libentissime dabim⁹. Expā-
dentesq; sup terrā palliū piecerūt in eo inau-
res de p̄da: et fuit pondus postulatarū inau-
riū mille septingēti auri sicli: absq; ornamē-
tis et monilib⁹ et veste purpurea quibus re-
ges madian vti soliti erāt: et p̄ter torques
aureas camelorum. Fecitq; ex eo gedeon
ephod: et posuit illud in ciuitate sua ephra.
Fornicatusq; est omnis israhel in eo: et factū
est gedeom et omni domui eius in ruinam.
Humiliatus est aūt madian corā filijs isrl'
nec potuerūt vltra ceruices eleuare: s₃ quie-
uit terra p quadraginta ānos quib⁹ gede-
on p̄fuit. Abijt itaq; ierobaal filius ioas et
habitauit in domo sua: habuitq; septuagi-
ta filios qui egressi sūt de femore eius: eo q;
plures haberet vxores. Concubina autem
illius quā habebat in sichem genuit ei filiū
nomine abimelech. Mortuusq; est gedeon
filius ioas in senectute bona: et sepultus est
in sepulcro ioas p̄ris sui in ephra de familia
ezri. Postq̄ autē mortuus est gedeon aūer-
si sūt filij israhel: et fornicati sūt in baalim. Per-
cusseruntq; cū baal fedus ut esset eis in deū:
nec recordati sunt domini dei sui q̄ eruit eos
de manib⁹ inimicorū suorū omniū p circuitū:
nec fecerūt misericordiā cū domo ierobaal
gedeō iuxta oīa bona q̄ fecerat israheli.

IX

Abijt autē abimelech filius ierobaal
in sichem ad fratres mr̄is sue: et locut⁹
ē ad eos et ad omnē cognationē domus pr̄is
matrisq; sue dicēs. Loquimini ad oēs viros
sichem. Quid vobis est melius: ut dn̄ent̄
vestri septuaginta viri omnes filij ierobaal.
an ut dominetur vobis vnus vir: Simulq;
considerate: q; os vestrū et caro vr̄a sum. Lo-
cutiq; sūt fratres mr̄is eius de eo ad omnes
viros sichem vniuersos sermones istos: et
inclinauerūt cor eorū post abimelech dicen-
tes. Frater noster ē. Dederūtq; illi septuagi-
ta pondera argēti de phano baalberith. Qui
conduxit sibi ex ea viros inopes et vagos:
secutiq; sunt eū. Et venit in domū patris sui
ephra: et occidit frēs suos filios ierobaal se-
ptuaginta viros sup lapidē vnū. Remāsitq;
ioathan filius ierobaal minimus: et abscon-
ditus est. Congregati sunt autē oēs viri
sichem et vniuerse familie vrbis mello: abie-
rūtq; et cōstituerūt regem abimelech iuxta
quercū que stabat in sichem. Quod cum
nunciatū esset ioathan iuit et stetit in v'tice
montis garizim: eleuataq; voce clamauit et
dixit. Audite me viri sichem: ita ut audiat
vos dn̄s. Ierunt ligna ut vngerēt sup se re-
gē. Dixerūtq; oliue. Impera nobis. Que re-
spondit. Nunquid possum deserē pinguedi-
nē meā quā et dij vtunt̄ et homines: et venire
ut inter ligna p̄mouear: Dixeritq; ligna ad
arborem ficū. Veni: et sup nos regnū accipe.
Que rn̄dit eis. Nūquid possum deserē dul-
cedinē meā fructusq; suauissimos: et ire ut
inter cetera ligna p̄mouear: Locutaq; sūt
ligna ad vitē. Veni et impera nobis. Que rn̄-
dit eis. Nūquid possum deserē vinū meum
quod letificat deū et homines: et inter ligna

cetera commouerí? Dixerūtqꝫ oīa ligna ad ramnū: Veni ⁊ impera sup nos. Qui rn̄dit eis. Si vere me regē vobis constituitis venite et sub vmbra mea requiescite: sin autē nō vultis: egrediat̄ ignis de ramno ⁊ deuoret cedros libani. Nunc igitur si recte ⁊ absqꝫ pcc̄o ꝯstituistis sup vos regē abimelech et bene egistis cū ierobaal ⁊ cū domo eius: et reddidistis vicē beneficijs eius ꝗ pugnauit ꝓ vobis ⁊ animā suam dedit piculis. ut eruēt vos de manu madian: qui nūc surrexistis ꝯtra domū pr̄is mei ⁊ interfecistis filios eius septuaginta viros sup vnū lapidem: ⁊ constituistis regē abimelech filiū ancille eius sup habitatores sichē eo ꝙ frater vester sit: si ergo recte et absqꝫ vicio egistis cum ierobaal ⁊ domo eius. hodie letemini in abimelech ⁊ ille letet̄ in vobis. Sin autē pūse: egrediat̄ ignis ex eo ⁊ ꝯsumat habitatorēs sichem ⁊ oppidū mello: egrediat̄qꝫ ignis de viris sichem ⁊ de oppido mello ⁊ deuoret abimelech. Que cum dixisset fugit et abijt in bera: habitauitqꝫ ibi ob metū abimelech fratris sui. Regnauit itaqꝫ abimelech sup isrl̄ trib⁹ annis. vi Misitqꝫ dominus spiritū pessimū inter abimelech ⁊ habitatores sichem: qui ceperūt eum detestari: et scel⁹ interfectionis septuaginta filioꝝ ierobaal et effusionē sanguinis eoꝝ conferre in abimelech frēm suū: et in ceteros sichimorum pn̄cipes qui eū adiuuerāt. Posuerūtqꝫ insidias aduersū eū in sūmitate montiū: et dum illius pstolabant̄ aduentū exercebant latrocinia: agētes pdas de ptereūtib⁹. Nunciatūqꝫ ē abimelech. Venit autē gaal filius obed cū fratrib⁹ suis: et transiuit in sichimā. Ad cuius aduentum erecti habitatores sichem egressi sūt in agros vastātes vineas vuasqꝫ calcātes: et factis cantantiū choris. ingressi sūt phanū dei sui: et inter epulas et pocula maledicebāt abimelech clamāte gaal filio obed. Quis ē iste abimelech ⁊ ꝗ est sichem ut seruiamus ei? Nunquid nō est filius ierobaal? Et constituit principem zebul suū suū sup viros emor pr̄is sichem. Cur ergo seruiemus ei? Utinā daret aliqꝭ populū istū sub manu mea: ut auferrem de medio abimelech. Dictumqꝫ ē abimelech.

Congrega exercitus multitudinem et veni. Zebul enim pn̄ceps ciuitatis auditis ſmonib⁹ gaal filij obed iratus est valde: ⁊ misit clā ad abimelech nūcios dicēs. Ecce gaal filius obed venit in sichimā cū fratrib⁹ suis: ⁊ oppugnat aduersū te ciuitatē. Surge itaqꝫ nocte cū populo qui tecum est et latita in agro: et p̄mo mane oriēte sole irrue sup ciuitatē. Illo autē egrediēte aduersū te cū pplo suo: fac ei quod poteris. vii Surrexit itaqꝫ abimelech cū oīm exercitu suo nocte: ⁊ tetēdit insidias iuxta sichimiam in quatuor locis. Egressusqꝫ ē gaal filius obed: et stetit in introitu porte ciuitatis. Surrexit autē abimelech. ⁊ oīs exercitus cū eo de insidiaꝝ loco. Cumqꝫ vidisset populū gaal: dixit ad zebul. Ecce de mōtib⁹ multitudo descendit. Cui ille rn̄dit: Umbras montiū vides quasi capita hominū: et hoc errore deciperis. Rursumqꝫ gaal ait. Ecce populus de vmbilico terre descēdit: et vnus cuneus venit ꝑ viā ꝗ respicit quercū. Cui dixit zebul: Ubi est nūc os tuū quo loquebaris: quis est abimelech ut seruiamus ei? Nōne hic pplus ē quē despiciebas? Egredē ⁊ pugna ꝯtra eū. Abijt ergo gaal exspectāte sichimoꝝ populo ⁊ pugnauit contra abimelech: qui psecutus est eū fugientē: et in vrbē ꝯpulit. Cecideruntqꝫ ex parte eius plurimi usqꝫ ad portam ciuitatis: et abimelech sedit in ruma. Zebul autē gaal et socios eius expulit de vrbe: nec in ea passus est ꝯmorari. viii Sequēti ergo die egressus est populus in campū: quod cū nūciatū esset abimelech tulit exercitū suū ⁊ diuisit in tres turmas: tēdēs insidias in agris. Vidensqꝫ ꝙ egrederet̄ populus de ciuitate surrexit ⁊ irruit in eo cum cuneo suo oppugnans ⁊ obsidens ciuitatem: due autē turme palātes ꝑ campū aduersarios psequebātur. Porro abimelech oīm die illo oppugnabat vrbem: quā cepit interfectis habitatorib⁹ eius: ipaqꝫ destructa ita ut sal in ea dispgēt. Quod cū audissent ꝗ habitabāt in turre sichimorū: ingressi sūt phanū dei sui berith vbi fed⁹ cū eo pepigerāt ⁊ ex eo locus nomē acceperat: qui erat munitus valde. Abimelech qꝫ audiēs viros turris sichimoꝝ pariter conglobatos ascendit in montē selmon cū oīm

populo suo: et arrepta securi p̄cidit arboris
ramū: impositūq; ferēs humero: dixit ad so-
cios. Quod me vidistis facere cito facite.
Igitur certatim ramos de arboribus p̄cidētes
sequebantur ducē. Qui circūdantes p̄sidiū
succenderūt: atq; ita factum est ut fumo et
igne mille hominū necarētur viri pariter et
mulieres habitatorum turris sichem. Abime-
lech aūt inde p̄ficiscens venit ad oppidum
thebes: quod circundās obsidebat exercitu.
Erat autē turris excelsa in media ciuitate:
ad quā confugerāt simul viri ac mulieres
et om̄es p̄ncipes ciuitatis clausa firmissime
ianua: et sup turris tectū stātes p p̄pugna-
cula. Accedensq; abimelech iuxta turrim
pugnabat fortiter: et appropinquās ostio
ignē supponere nitebatur. Et ecce vna muli-
er fragmē mole desup iaciēs illisit capiti abi-
melech: et confregit cerebrū eius. Qui vo-
cauit cito armigerū suū: et ait ad eū. Euagi-
na gladiū tuū et p̄cute me: ne forte dicatur
q a femina interfectus sim. Qui iussa p̄fici-
ens interfecit eū. Illoq; mortuo omnes qui
cū eo erant de isrl̄. reuersi sūt in sedes suas: et
reddidit deus malū qd̄ fecerat abimelech
contra patrem suū interfectis septuaginta
fratribus suis. Sichimitis quoq; quod opera-
ti erant retributū est: et venit sup eos male-
dictio ioathan filij ierobaal. X

POst abimelech surrexit dux in israhel
thola filius phua patrui abimelech vir de
isachar qui habitauit in samir mōtis effraim:
et iudicauit israhel viginti et tribus annis:
mortuusq; ē ac sepultus in samir. Huic suc-
cessit iair galaadites qui iudicauit israhel
per viginti et duos annos: habens triginta
filios sedentes super triginta pullos asina-
rum et principes triginta ciuitatum: que ex
nomine eius sunt appellate anothiair id ē
oppida iair usq; in presentem diem in terra
galaad. Mortuusq; est iair: ac sepultus in
loco cui ē vocabulū camon. Filij autē israhel
p̄ccis veteribus iungētes noua fecerūt malū
in conspectu domini: et seruierūt ydolis ba-
alim et astharoth et dijs syrie ac sidonis et
moab et filiorum ammon et philistijm: dimise-
rūtq; dominū et nō coluerūt eū. Cōtra quos
iratus tradidit eos in manus philistijm et
filiorum ammō: afflictiq; sūt et vehemēter op-
pressi p annos decē et octo. om̄es qui habi-
tabāt trans iordanen in terra amorrei que
est in galaad. intantū ut filij āmon iordane
transmisso vastarent iudam et beniamin et
ephraim. Afflictusq; est israhel nimis. Et cla-
mantes ad dominū dixerūt. Peccauimus ti-
bi: q derelíquimus dominū deū nostrū et ser-
uiuimus baalim. Quibus locutus ē dominus.
Numquid nō egiptij et amorrei filijq; am-
mon et philistijm sidonij quoq; et amalech et cha-
naan oppresserūt vos. et clamastis ad me et
erui vos de manu eorum? Et tamē reliquistis
me: et coluistis deos alienos. Idcirco non
addam ut vltra vos liberem. Ite et inuocate
deos quos elegistis. Ipsi vos liberēt in tpe
angustie. Dixeruntq; filij israhel ad dn̄m. Pec-
cauimus: redde tu nobis quicquid placet
tibi: tantū nūc libera nos. Que dicētes om̄ia
de finibus suis alienorum deorum ydola p̄iecerūt:
et seruierūt domino deo: qui doluit sup miserijs
eorum. Itaq; filij āmon conclamātes in galaad
fixere tentoria: contra quos congregati filij
israhel in maspha castrametati sūt. Dixeruntq;
principes galaad singuli ad p̄ximos suos.
Qui p̄imus ex nobis contra filios ammō ce-
perit dimicare: erit dux ip̄si galaad. XI

FUit itaq; illo in tempore iepthe gala-
adites vir fortissimus atq; pugnator
filius mulieris meretricis: qui natus est de ga-
laad. Habuit autē galaad vxorem de qua
suscepit filios: qui postq̄ creuerāt eiecerūt
iepthe dicētes. Heres in domo p̄ris nostri
esse nō poteris: q de adultera matre natus
es. Quos ille fugiēs atq; deuitās habita-
uit in terra thob. Congregatiq; sunt ad eū
viri inopes et latrocinātes: et quasi p̄ncipē
sequebantur. In illis diebus pugnabant filij
āmon contra israhel: quibus acriter instātibus
perrexerūt maiores natu de galaad ut tolle-
rēt in auxiliū sui iepthe de terra thob. Dixerūt-
q; ad eū. Veni et esto princeps noster: et pu-
gna contra filios āmon. Quibus ille r̄ndit.
Nonne vos estis qui odistis me et eiecistis de
domo p̄ris mei: et nūc venistis ad me necessi-
tate compulsi? Dixerūtq; p̄ncipes galaad ad
iepthe. Ob hāc igitur causam nūc ad te veni-
mus ut p̄ficiscaris nobiscū: et pugnes cōtra

filios āmon: sisqꝫ dux omniū qui habitant in galaad. Iepthe qꝫ dixit eis. Si vere venistis ad me ut pugnē ꝓ vobis contra filios ammō· tradideritqꝫ eos dn̄s in manus meas: ego ero vester princeps? Qui rn̄derūt ei. Dn̄s q̄ hec audit ipe mediator ac testis est: ꝙ nostra ꝓmissa faciamus. Abijt itaqꝫ iepthe cū principibꝫ galaad: fecitqꝫ eū oīs populus principē suī. Locutusqꝫ est iepthe oīes sermones suos corā domino in masphā. Et misit nūcios ad regē filiorꝫ āmon: q̄ ex ꝑsona sua diceret. Quid michi et tibi est ꝙ venisti contra me ut vastares terram meā? Quibꝫ ille rn̄dit. Quia tulit isrl' terrā meā quādo ascendit de egipto: a finibꝫ arnon usqꝫ iaboc atqꝫ iordanen. Nūc ergo cū pace redde michi eā. Per quos rursum mādauit iepthe: et imperauit eis ut diceret regi ammon. Hec dicit iepthe. Non tulit israhel terrā moab nec terrā filiorꝫ ammon: sed quādo de egipto ꝯscenderūt āmbulauit ꝑ solitudinē usqꝫ ad mare rubrū: et venit in cades. Misitqꝫ nūcios ad regē edom dicēs. Dimitte me ut transeā terrā tuā. Qui noluit acquiescere p̄cibꝫ eius. Misit qꝫ ad regē moab: q̄ et ipse transitum p̄bere contempsit. Mansit itaqꝫ in cades: et circuiuit ex latere terrā edom ⁊ terrā moab: Venitqꝫ ad orientalem plagā terre moab ⁊ castrametatus ē trans arnon: nec voluit intrare terminos moab. Arnon quippe confiniū est terre moab. Misit itaqꝫ israhel nuncios ad seon regem amorreorꝫ q̄ habitabat in esebon: ⁊ dixerīt ei. Dimitte ut transeā ꝑ terrā tuā usqꝫ ad fluuiū. Qui et ipse israhel v̄ba despiciens non dimisit eum transire ꝑ terminos suos: sed infinita multitudine ꝯgregata egressus est contra eū in iasa: et fortiter resistebat. Tradiditqꝫ eū dn̄s in manu israhel cū oīni exercitu suo ⁊ ꝑcussit eū: et possedit oīnē terrā amorrei habitatoris regionis illius ⁊ vniuersos fines eius de arnon usqꝫ iaboc: et de solitudine usqꝫ ad iordanē. Dn̄s ergo deus isrl' subuertit amorreū pugnāte ꝯtra illū ꝑplō suo israhel. Et tu nunc vis possidere terram eius? None ea q̄ possedit chamos deus tuꝰ tibi iure debentur? Que autē dn̄s deus nr̄ victor obtinuit: in nostrā cedēt possessionē.

Nisi forte melior es balac filio sephor rege moab· aut docere potes ꝙ iurgatus sit cōtra israhel et pugnauerit contra eum quando habitauit in esebon ⁊ viculis eius ⁊ in aroer et villis illius: vel in cūctis ciuitatibꝫ iux̄ iordanen ꝑ trecentos annos? Quare tāto tp̄e nichil sup hac repeticōne temptastis? Igitur nō ego pecco in te: sꝫ tu cōtra me male agis· indicens michi bella nō iusta. Iudicet dn̄s arbiter huius diei inter israhel ⁊ inter filios ammō. Noluitqꝫ acquiescere rex filiorum ammō verbis iepthe q̄ ꝑ nūcios mādauerat. Factus est ergo sup iepthe spūs dn̄i: et circuiēs galaad et manasse maspha quoqꝫ galaad: et inde transiēs ad filios ammō votū vouit domino dicēs. Si tradideris filios āmon in manus meas: quicūqꝫ p̄mus fuerit egressus de foribus domus mee· michiqꝫ occurrerit reuertēti cū pace a filijs āmon: eum olocaustū offerā domino. Transiuitqꝫ iepthe ad filios ammon ut pugnaret contra eos: quos tradidit dn̄s i manus eius: ꝑcussitqꝫ ab aroer usqꝫ dū venias in mennith viginti ciuitates: et usqꝫ ad abel q̄ est vineis consita plaga magna nimis: humiliatiqꝫ sunt filij āmon a filijs israhel. Reuertēti autē iepthe in maspha domū suā: occurrit ei vnigenita filia cū tympanis et choris. Nō enī habebat alios liberos. Qua visa: scidit vestimēta sua et ait. Heu me filia mi: decepisti me· et ipa decepta es. Aperui enī os meū ad dn̄m: ⁊ aliud facere nō potero. Cui illa rn̄dit. Pater mi si aperuisti os tuū ad dn̄m· fac michi quodcūqꝫ pollicitus es: ꝯcessa tibi vlcōne atqꝫ victoria de hostibꝫ tuis. Dixitqꝫ ad prē. Hoc solū michi p̄sta quod deꝑcor. Dimitte me ut duobꝫ mensibꝫ circueā montes: et plangā virginitatē meā cū sodalibꝫ meis. Cui ille respōdit: Vade· Et dimisit eā duobꝫ mēsibꝫ. Cūqꝫ abisset cū socijs ⁊ sodalibꝫ suis: flebat v̄ginitatē suā in montibus. Expletisqꝫ duobus mensibus reuersa est ad patrem suū: ⁊ fecit ei sicut vouerat. Que ignorabat virū. Exinde mos increuit in israhel ⁊ consuetudo seruata est: ut post anni circulū conueniāt in vnum filie israhel et plangant filiam iepthe galaadite diebus quatuor.

XII

Ecce autē in ephraim orta est seditio.

VIII

Nam transeūtes contra aquilonē · dixerūt ad iepthe. Quare vadēs ad pugnā contra filios āmon vocare nos noluisti: ut pcremus tecū? Igitur incendemus domū tuā. Quibꝫ ille rñdit. Disceptatio erat michi ⁊ populo meo ↄtra filios ammon vehemēs: vosqꝫ vocaui ut pberetis michi auxiliū: et facere noluistis. Quod cernēs posui animā meā in manibus meis: transiuiqꝫ ad filios ammon: et tradidit eos dñs in manus meas. Quid cōmerui: ut aduersū me ↄsurgatis in pliū? Vocatis itaqꝫ ad se cunctis viris de galaad pugnabat contra ephraim. Percusseruntqꝫ viri galaad ephraim: quia dixerat fugitiuus est galaad de ephraim ⁊ habitat ī medio ephraim ⁊ manasse. Occupaueruntqꝫ galaadite vada iordanis p quę ephraim reuersurus erat. Cūqꝫ venisset ad ea de ephraim numero fugiēs · atqꝫ dixisset obsecro ut me trāsire pmittas: dicebāt ei galaadite. Nūquid ephrateus es? Quo dicēte non sū: interrogabāt eū. Dic ergo sebboleth: qđ interptatur spica. Qui rñdebat thebboleth: eadem lr̄a spicā exprimere nō valēs: statimqꝫ apprehensū iugulabāt in ipo iordanis trāsitu. Et ceciderūt in illo tempore de ephraim quadraginta duo milia. Iudicauit itaqꝫ iepthe galaadithes israhel sex ānis: ⁊ mortuus est ac sepultus in ciuitate sua galaad. Post hūc iudicauit israhel abessan de bethleem: qui habuit triginta filios ⁊ totidem filias. Quas emittēs foras maritis dedit: ⁊ eiusdē numeri filijs suis accepit vxoēs: introducens in domū suā. Qui septē ānis iudicauit israhel mortuusqꝫ est ac sepultus in bethleem. Cui successit abialon zabulonites: et iudicauit israhel decē annis: mortuusqꝫ ē ac sepultus in zabulō. Post hūc iudicauit israhel abdō filius hellel pharatonites qui habuit quadraginta filios ⁊ triginta ex eis nepotes ascendentes sup septuaginta pullos asinarū: et iudicauit isrl̄ octo ānis: mortuusqꝫ ē ac sepultus ī pharatō t̄re ephraim ī mōte amalech.

XIII

Rursūqꝫ filij isrl̄ fecerūt malū in conspectu domini: qui tradidit eos in manꝰ philistinorū quadraginta ānis. Erat autē quidā vir de saraa ⁊ de stirpe dan noīe manue habens vxorē sterilē: cui apparuit angelus domini: et dixit ad eā. Sterilis es et absqꝫ liberis: sed concipies ⁊ paries filium. Caue ergo ne bibas vinū ac siceram nec inmundū quicq̄ comedas: quia concipies ⁊ paries filiū: cuius non tanget caput nouacula. Erit enim nazareus dei ab infancia sua et ex matris vtero: et ipse incipiet liberare israhel de manu philistinorū. Que cū venisset ad maritū suū: dixit ei. Vir dei venit ad me habens vultū angelicū: terribilis nimis. Quem cū interrogassem quis esset ⁊ vnde venisset ⁊ quo nomine vocaretur noluit michi dicē: sed hoc rñdit. Ecce concipies ⁊ paries filium. Caue ne vinū bibas nec siceram: et ne aliquo vescaris immūdo. Erit enim puer nazareus ab infantia sua ⁊ ex vtero matris sue: usqꝫ ad diē mortis sue. Orauit itaqꝫ manue dñm et ait. Obsecro domīe ut vir dei quē misisti veniat iterū: et doceat nos quid nos debeamus facere de puero qui nasciturus ē. Exaudiuitqꝫ dñs deprecantē manue: et apparuit rursum angelus dñi vxori eius sedēti in agro. Manue autē maritus eius non erat cū ea. Que cū vidisset angelū festinauit ⁊ cucurrit ad virū suū: nunciauitqꝫ ei dicēs. Ecce apparuit michi vir quē ante videram. Qui surrexit et secutus est vxorē suā: veniensqꝫ ad virū dixit ei. Tu es qui locutus es mulieri? Et ille rñdit. Ego sū. Cui manue. Quādo inquit sermo tuus fuerit expletus? quid vis ut faciat puer aut a quo se obseruare debebit? Dixitqꝫ angelus dñi ad manue. Ab omībꝫ que locutus sum vxori tui abstineat se: et quicquid ex vinea nascitur nō comedat: vinū ⁊ siceram nō bibat: nullo vescatur immūdo · ⁊ qđ ei pcepi impleat atqꝫ custodiat. Dixit itaqꝫ manue ad angelū domini. Obsecro te ut acquiescas pcibꝫ meis: et faciamus tibi hedū de capris. Cui rñdit angelus. Si me cogis non comedā panes tuos: si autē vis olocaustū facē offer illud domino. Et nesciebat manue quod angelus domini esset. Dixitqꝫ ad eū. Quod est tibi nomē: ut si sermo tuus fuerit expletus honoremꝰ te? Cui ille rñdit. Cur quęris nomē meū quod ē mirabile? Tulit itaqꝫ manue hedū de capris et libamēta: et posuit sup petram offerēs dño qui facit mirabilia. Ipse autē ⁊ vxor eius intuebantur. Cūqꝫ ascenderet flāma altaris in celū:

angelus domini pariter in flāma ascendit.
III Quod cū vidissꝫ manue ⁊ vxor eius. proni
ceciderūt in terrā: et vltra eis non apparuit
angelus domī. Statimqꝫ intellexit manue
angelū domini esse: et dixit ad vxorem suaꝫ.
Morte moriemur: quia vidimus dn̄m. Cui re-
spondit mulier. Si dn̄s nos vellet occidere.
de manibꝰ nostris olocaustū ⁊ libamēta nō
suscepissꝫ: nec ostēdissꝫ nobis hec oīa: neqꝫ
ea que sūt vētura dixissꝫ. Peperit itaqꝫ filiū:
et vocauit nomē eius samson. Creuitqꝫ pu-
er ⁊ bn̄dixit ei dn̄s: cepitqꝫ spūs domī esse
cum eo in castris dan: inter saraa et esthaol.

IIII Descendit ergo samson in XIIII
thamnata: vidensqꝫ ibi mulierem de
filiabꝰ philistijm ascendit et nunciauit prī
suo ⁊ matri sue dicēs: Vidi mulierē in tha-
mnata de filiabꝰ philistinoꝝ: quam queso
ut michi accipiatis vxorē. Cui dixerūt pater
et mater sua. Nunquid non est mulier in
filiabꝰ fratrū tuoꝝ ⁊ in omī populo tuo: quia
vis accipere vxorē de philistijm qui incircūci-
si sunt? Dixitqꝫ samson ad patrē suū. Hanc
michi accipe: quia placuit oculis meis. Parē-
tes autē eius nesciebāt quod res a dominō fiēt:
et quereret occasionē contra philistijm. Eo
enim tempore dn̄abantᵘʳ philistijm israheli.
Descendit itaqꝫ samson cū prē suo ⁊ matre
in thamnatha. Cumqꝫ venissent ad vineas
oppidi apparuit catulus leonis seuus ⁊ rugi-
ens: et occurrit ei. Irruit autē spūs domini
in samson: et dilacerauit leonē quasi hedūꝫ
in frusta decerperet nichil oīno habens in
manu: et hoc patri et matri noluit indicare.
Descenditqꝫ ⁊ locutus est mulieri que placu-
erat oculis eiꝰ. Et post aliquot dies reuer-
tens ut acciperet eā: declinauit ut videret
cadauer leonis. Et ecce examen apū in ore
leonis erat: ac fauus mellis. Quē cū sūpsissꝫ
in manibꝰ comedebat in via: veniensqꝫ ad
patrē suū et matrē dedit eis partē qui et ipsi
comederūt: nec tamē eis voluit indicare quod
mel de corpore leonis assumpserat. Descen-
dit itaqꝫ pater eius ad mulierē: ⁊ fecit filio
suo samson conuiuiū. Sic enim iuuenes facē
consueuerant. Cū ergo ciues loci illius vi-
dissent eū: dederūt ei sodales triginta qui
essent cum eo. Quibꝰ locutus est samson.

Proponam vobis questionis ꝓblema: quod
si solueritis michi intra septēꝫ dies conuiuij
dabo vobis triginta syndones ⁊ totidē tuni-
cas. Sin autē non potueritis soluere vos da-
bitis michi triginta syndones et eiusdē nu-
meri tunicas. Qui responderūt ei. Propone
ꝓblema ut audiamus. Dixitqꝫ eis. De come-
dente exiuit cibus: ⁊ de forti egressa ē dulce-
do. Nec potuerūt ꝑ tres dies ꝓpositionem
soluere. Cumqꝫ adessꝫ dies septimus: dixerūt
ad vxorē samson. Blādire viro tuo: et suade
ei ut indicet tibi quid significet ꝓblema. Quod
si facere nolueris: incendemus te ⁊ domum
prīs tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias
ut spoliaretis. Que fundebat apud samson
lacrimas: et querebatur dicēs. Odisti me ⁊
non diligis: idcirco ꝓblema quod ꝓposuisti fi-
lijs populi mei nō vis michi exponere. At il-
le rn̄dit. Patri meo ⁊ matri nolui dicere: ⁊ ti-
bi indicare potero? Septē igitᵘʳ diebꝰ conui-
uij flebat ante eū: tandēqꝫ die septimo cū ei
ēsset molesta exposuit. Que statiꝫ indicauit
ciuibꝰ suis. Et ille dixerūt ei die septimo ante
solis occubitū. Quid dulcius melle: ⁊ quid
fortius leone? Qui ait ad eos. Si nō arasse-
tis in vitula mea: nō inuenissetis ꝓpositiōem
meā. Irruit itaqꝫ in eū spūs dn̄i: descēditqꝫ
ascalonē et ꝑcussit ibi triginta viros: quoꝝ
ablatas vestes dedit hijs qui problema solue-
rant. Iratusqꝫ nimis ascēdit in domū patris
sui: vxor autem eius accepit maritum vnum
de amicis eius et pronubis. XV

Post aliquantū autē temporis cū dies
triticee messis instarēt venit samson. inuisere
volēs vxorē suā: et attulit ei hedū de capris.
Cūqꝫ cubiculū eius solito vellet intrare: pro-
hibuit illū prī illius dicēs. Putaui quod odisses
eā: et ideo tradidi illā amico tuo. Sed habꝫ
sororēꝫ que iunior ⁊ pulcrior illa ē: sit tibi ꝓ ea
vxor. Cui samson rn̄dit. Ab hac die nō erit
culpa in me contra philisteos. Faciam enim
vobis mala. Perrexitqꝫ ⁊ cepit trecentas
vulpes: caudasqꝫ eaꝝ iunxit ad caudas et
faces ligauit in medio: quas igne succēdēs
dimisit ut huc illucqꝫ discurrerēt. Que stati
ꝓrexerūt in segetes philistinoꝝ. Quibus
succēsis et comportate iā fruges et adhuc
stantes in stipula concremate sunt: intantū

ut vineas q̄ȝ et olıueta flamma consumēt. Dixerūtqȝ philistijm. Quis fecit hāc rem? Quibus dictū est. Samson gener thānathei: q̄ tulit vxorē eius ⁊ alteri tradidit: hec operatus est. Ascenderuntqȝ philistijm: et cōbusserūt tā mulierē q̄ patrē eius. Quibꝫ ait samson. Licet hec feceritis tamē adhuc ex vob expetā vltionē: et tūc quiescam. Percussitqȝ eos ingenti plaga: ita ut stupentes suram femori imponerēt. Et descendēs habitauit in spelūca petre etham. Igit̄ ascendētes philistijm ī terrā iuda castrametati sūt in loco qui postea vocatus est lechi id ē maxilla: vbi eoꝝ fusus est exercitus. Dixerūtqȝ ad eos de tribu iuda. Cur ascendistis aduersū nos? Qui responderūt: Vt ligemꝰ samson venimus: et reddamus ei q̄ in nos operatus est. Descenderūt ergo tria milia viroꝝ de iuda ad specū silicis etham. Dixerūtqȝ ad samson. Nescis q̄ philistijm imperent nobis? Quare hoc facere voluisti? Quibꝫ ille ait. Sicut fecerūt michi: sic feci eis. Ligare inquiūt te venimus: ⁊ tradere in manus philistinoꝝ. Quibꝫ samson iurate ait ⁊ spondete michi: q̄ non occidatis me. Dixerūt. Non te occidemus: sȝ vinctū tradem͞us. Ligauerūtqȝ eū duobꝫ nouis funibus: et tulerunt eū de petra etham. Qui cū venisset ad locū maxille ⁊ philistijm vociferantes occurrissent ei irruit sp̄us dn̄i in eū: et sicut solēt ad odorem ignis ligna consumi: ita vincula quibꝫ ligatus erat dissipata sunt ⁊ soluta. Inuentāqȝ maxillā id est mādibulam asini q̄ iacebat arripiēs: interfecit in ea mille viros ⁊ ait. In maxilla asini in mādibula pulli asinarum deleui eos: ⁊ percussi mille viros. Cūqȝ hec v̄ba canēs cōplesset: piecit mādibulā de manū: et vocauit nomē loci illius ramathlechi: qđ interp̄tat̄ eleuatio maxille. Sitiensqȝ valde. clamauit ad dominū ⁊ ait. Tu dedisti in manū serui tui salutem hāc maximā atqȝ victoriā: et en siti morior: incidāqȝ in manus incircūcisorum. Aperuit itaqȝ dn̄s molarem dentē in maxilla asini: et egresse sūt ex eo aque. Quibus haustis refocillauit spiritū: et vires recepit. Idcirco appellatū est nomē loci illius fons inuocantis de maxilla: usqȝ in p̄sentē diem. Iudicauitqȝ isr̄l in diebꝫ philistijm viginti annis.

XVI

Abijt quoqȝ in gazam et vidit ibi mulierē meretricē: ingressusqȝ est ad eā. Quod cū audissent philistijm et percrebruisset apud eos. intrasse vrbem samson: circūdederūt eū positis in porta ciuitatis custodibꝫ: et ibi tota nocte cū silentio p̄stolantes ut facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem samson usqȝ ad mediū noctis: et inde consurgens app̄hendit ambas porte fores cum postibꝫ suis ⁊ sera: impositasqȝ humeris suis portauit ad verticē montis q̄ respicit hebron. Post hec amauit mulierē que habitauit in valle soreth: et vocabatur dalila. Veneruntqȝ ad eā principes philistinoꝝ atqȝ dixerūt. Decipe eū ⁊ disce ab illo in quo habeat tantā fortitudinē: et quomodo eū supare valeamus et vinctū affligē. Qđ si feceris: dabimus tibi singuli mille argēteos. Locuta ē ergo dalila ad samson. Dic michi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo: et qđ sit quo ligatus erumpere nequeas. Cui rn̄dit samson. Si septem neruiceis funibꝫ necdū siccis ⁊ adhuc humentibꝫ ligatus fuero: infirmus ero ut ceteri homines. Attulerūtqȝ ad eā satrape philistinoꝝ septē funes ut dixerat: quibꝫ vinxit eū latentibus apud se insidijs: et in cubiculo finē rei exspectātibꝫ. Clamauitqȝ ad eū. Philistijm super te samson. Qui rupit vincula quō si rumpat quis filū de stuppa tortū sputamine cum odorem ignis acceperit: et nō est cognitū in quo esset fortitudo eius. Dixitqȝ ad eū dalila. Ecce illusisti michi: et falsū locutus es. Saltem nūc indica michi quo ligari debeas. Cui ille rn̄dit. Si ligatus fuero nouis funibꝫ q̄ nunq̄ fuerūt in opere: infirmus ero ⁊ alioꝝ hoīm similis. Quibꝫ rursū dalila vinxit eū: et clamauit philistijm sup te samson: in cubiculo insidijs p̄paratis. Qui ita rupit vincula: quasi fila telaꝝ. Dixitqȝ dalila rursū ad eū. Vsqȝ quo decipis me ⁊ falsum loqueris? Ostende de quo vinciri debeas. Cui rn̄dit samson. Si inquit septē crines capitis mei cū liceo plexueris ⁊ clauū hijs circūligatū terre fixeris: infirmus ero. Quod cū fecisset dalila: dixit ad eū. Philistijm sup te samson. Qui cōsurgens de somno extraxit clauū cū crinibus et

licio. Dixitqꝫ ad eũ dalila. Quomõ dicis ꝙ amas me cũ animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es michi: et noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. Cumqꝫ molesta ei esset ⁊ ꝑ multos dies iugiter adhereret. spaciũ ad quietẽ nõ tribuẽs: defecit anima eius: et ad mortẽ usqꝫ lassata est. Tũc aperiens veritatẽ rei dixit ad eam. Ferrũ nũꝙ̃ ascendit sup caput meũ: ꝗ nazareus id est consecratus dño sũ de vtero matris mee. Si rasũ fuerit caput meũ recedet a me fortitudo mea ⁊ deficiam: eroqꝫ sicut ceteri homines. Vidensqꝫ illa ꝙ confessus ei esset omnẽ animũ suũ: misit ad pńcipes philistinoꝝ ac mãdauit. Ascendite adhuc semel: ꝗ nũc michi aperuit cor suũ. Qui ascẽderũt: assumpta pecunia quã ꝓmiserant. At illa dormire eũ fecit sup genua sua: et in sinu suo reclinare caput. Vocauitqꝫ tonsorẽ ⁊ rasit septẽ crines eius: et cepit abigere eũ et a se repellere. Statim enim de eo fortitudo discessit. Dixitqꝫ. Philistijm sup te samson. Qui de somno ꝯsurgens dixit in animo suo. Egrediar sicut ante feci et me excutiã: nesciens ꝙ recessisset ab eo dñs. Quẽ cũ apꝑhendissent philistijm statĩ eruerũt oculos eius: duxerũt gazam vinctũ cathenis: et clausũ in carcẽ molere fecerũt. Iãqꝫ capilli eius renasci ceperãt: et pńcipes philistinoꝝ cõuenerũt in vnũ ut immolarẽt hostias magnificas dagon deo suo et epularent̃ dicẽtes: tradidit deus noster inimicũ nr̃m samson in manus nostras. Quod etiã populus videns laudabat deũ suũ: eadẽqꝫ dicebat. Tradidit deus noster adũsariũ nr̃m in manus nr̃as: qui deleuit terrã nr̃am: et occidit plurimos. Letãtesqꝫ ꝑ conuiuia sũptis iam epulis ꝑceperũt ut vocaret̃ samson: et ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos: feceruntqꝫ eũ stare inter duas colũnas. Qui dixit puero regenti gressus suos. Dimitte me ut tangam colũnas quibꝫ omnis imminet domus: et recliner sup eas ⁊ paululũ reqescam. Domus aũt erat plena viroꝝ ac mulierũ: et erãt ibi oĩes pńcipes philistinorũ: ac de tecto ⁊ solario circiter tria milia vtriusqꝫ sexus spectabant ludentẽ samson. At ille inuocato dño ait. Dñe deus meus memento mei: ⁊ redde michi nũc fortitudinẽ pristinã deus meus ut vlciscar me de hostibꝫ meis: et pro amissione duoꝝ luminũ vnã vltionem recipiam. Et apꝑhendens ambas colũnas quibꝫ innitebat̃ domus: alterãqꝫ eaꝝ dextera. et alterã leua tenens ait. Moriat̃ anima mea cũ philistijm. Concussisqꝫ fortiter colũnis cecidit domus sup oĩes pńcipes ⁊ ceteram multitudinẽ que ibi erat. Multoqꝫ plures interfecit moriens: ꝙ̃ ante viuus occiderat. Descendentes aũt fratres eius et vniũsa cognacõ tulerũt corpus eius: et sepelierũt inter saraa ⁊ estahol in sepulcro pr̃is sui manue: iudicauitqꝫ isrl̃ viginti ãnis.

XVII

Fuit eo tẽpore vir quidã de monte ephraim nomine michas: q̃ dixit matri sue. Mille centũ argenteos quos separaueras ⁊ sup quibꝫ me audiẽte iuraueras ecce ego habeo: et apud me sũt. Cui illa respõdit. Bñdictus filius meus dño. Reddidit ergo eos matri sue: que dixerat ei. Consecraui et voui hoc argẽtũ dño. ut de manũ mea suscipiat filius meus et faciat sculptile atqꝫ conflatile: et nũc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri sue. Que tulit ducentos argenteos ⁊ dedit eos argentario: ut faceret ex eis scuptile atqꝫ conflatile qđ fuit in domo miche. Qui ediculã qꝫ in ea deo separãuit: et fecit ephod et theraphim: id est vestẽ sacerdotalẽ ⁊ ydola. Impleuitqꝫ vnius filiorũ suoꝝ manũ: et factus ẽ ei sacerdos. In diebꝫ illis nõ erat rex in isrl̃: sed vnusquisqꝫ qđ sibi rectũ videbatur hoc faciebat. Fuit quoqꝫ in tẽpore illo alter adolescens de bethleem iuda ex cognatione eius: eratqꝫ ipe leuites ⁊ habitabat ibi. Egressusqꝫ de ciuitate bethleem: peregrinari voluit vbicũqꝫ sibi cõmodũ reperisset. Cumqꝫ venisset in montẽ ephraim iter faciens ⁊ declinasset parũper in domo miche: interrogatus est ab eo vnde venisset. Qui respondit. Leuita sũ de bethleem iuda: et vado ut habitẽ vbi potuero ⁊ vtile michi esse ꝑspexero. Mane apud me inquit et esto michi parens ac sacerdos: daboqꝫ tibi per annos singulos decẽ argenteos ac vestẽ duplicẽ: et que ad victũ sũt necessaria. Acquieuit et mansit apud hominem: fuitqꝫ illi quasi vnus de filijs. Impleuitqꝫ michas

manū eius: et habuit puerū sacdotē apud se: nūc scio dicens q̄ bene faciet michi deus. hn̄ti leuitici generis sacerdotē.

XVIII

In diebꝫ illis non erat rex in isrl̄: et tribus dan querebat possessionē sibi ut habitaret in ea. Usq; ad illū eni diē inter ceteras tribus sortē non acceperat. Miserūt ergo filij dan stirpis ⁊ familie sue quīq; viros fortissimos d̄ saraa ⁊ esthaol: ut explorarēt trā et diligenter inspicerēt. Dixerūtq; eis. Ite et ꝯsiderate terrā. Qui cū pergētes venissent in montē ephraim ⁊ intrassent domū miche: requieuerūt ibi. Et agnoscentes vocē adolescentis leuite. vtentesq; illius diuersorio: dixerūt ad eū. Quis te huc adduxit? Quid hic agis? Quāobcausam huc venire voluisti? Qui rn̄dit eis. Hec ⁊ hec p̄stitit michi michas: et me mercede conduxit ut sim ei sacerdos. Rogauerūtq; eū ut consulērēt dn̄m: ⁊ scire possent an ꝓspero itinere ꝑgerent. ⁊ res habērēt effectū. Qui rn̄dit eis. Ite cum pace. Dn̄s respicit viā vr̄am: et iter quo pergitis. Euntes igit̄ quīq; viri venerūt lais: viderūtq; ppl̄m habitantē in ea absq; vllo timore iuxta ꝯsuetudinē sydonioꝝ: securū et quietū nullo eis penitus resistēte magnarūq; opū: et procul a sydone atq; a cunctis hominibꝫ separatū. Reuersiq; ad frēs suos in saraa ⁊ esthaol: et quid egissent sciscitantibꝫ rn̄derūt. Surgite et ascendamus ad eos. Vidimus eni terrā valde opulentā ⁊ vberem. Nolite negligere: nolite cessare. Eamus ⁊ possideamus eā: nullus erit labor. Intrabim⁹ ad securos ī regionē latissimā: tradetq; nobis dn̄s locū in quo nullius rei ē penuria eoꝝ que gignūtur in terra. Profecti igit̄ sūt de cognacōne dan de saraa et esthaol sexcēti viri accincti armis bellicis: ascendentesq; manserunt in chariathiarim iude: qui locus ex eo tempe castroꝝ dan nomē accepit. et est post tergū chariathiarim. Inde transierūt in montē ephraim. Cūq; venissent ad domū miche: dixerūt quīq; viri qui prius missi fuerāt ad ꝯsiderandā terrā lais ceteris fratribꝫ suis. Nostis q̄ in domibus istis sit ephod et theraphim et sculptile atq; conflatile? Videte quid vobis placeat. Et cū paululū declinassent ingressi sunt domū adolescentis leuite q̄ erat in domo miche: salutauerūtq; eū v̄bis pacificis: sexcēti aūt viri ita ut erāt armati stabāt ante ostiū. At illi q̄ ingressi fuerāt domū iuuenis sculptile ⁊ ephod ⁊ theraphim atq; conflatile tollere nitebātur: et sacerdos stabat ante ostiū: sexcētis viris fortissimis hanc procul exspectantibꝫ. Tulerūt igitur q̄ intrauerāt sculptile ephod et ydola atq; conflatile. Quibus dixit sacerdos. Quid facitis? Cui responderūt. Tace et pone digitū sup os tuū: veniq; nobiscū: ut habeamus te p̄rem ac sacerdotē. Quid tibi melius ē ut sis sacerdos in domo vnius viri: an in vna tribu et familia in isrl̄? Qđ cū audisset acquieuit s̄monibꝫ eoꝝ: et tulit ephod et ydola ac sculptile et ꝓfectus est cū eis. Qui cū pergerēt et ante se ire fecissent puulos ac iumēta ⁊ oīne qđ erat preciosū iamq; a domo miche essent ꝓcul: viri q̄ habitabant in edibꝫ miche conclamātes secuti sūt: et post tergū clamare ceperūt. Qui cū respexissent dixerūt ad michā. Quid tibi vis? Cur clamas? Qui rn̄dit. Deos meos quos michi feci tulistis ⁊ sacerdotē ⁊ oīa q̄ habeo: et dicitis quid tibi est? Dixerūtq; ei filij dan. Caue ne vltra loquaris ad nos: et veniant ad te viri animo concitati: et ipe cū oīni domo tua pereas. Et sic cepto itinē ꝑrexerūt. Vidēs autē micha q̄ fortiores se essent: reuersus ē in domū suā. Sexcenti aūt viri tulerūt sacerdotē et que sup̄ dixim⁹: venerūtq; in lais ad ppl̄m quiescentē atq; securū ⁊ percusserūt eos in ore gladij. vrbemq; incēdio tradiderūt nullo penitus ferente p̄sidiū: eo q̄ ꝓcul habitarēt a sydone ⁊ cū nullo hoīm haberent quicq̄ societatis ac negocij. Erat aūt ciuitas sita in regione roob quā rursum extruētes habitauerūt in ea vocato noīe ciuitatis dan iuxta vocabulū p̄ris sui quē genuerat isrl̄ que prius lais dicebatur. Posuerūtq; sibi sculptile: ⁊ ionathā filiū gersan filij moysi ac filios eius sacdotes in tribu dan: usq; ad diē captiuitatis sue. Mansitq; apud eos ydolū miche oīni tpe quo fuit domus dei in sylo. In diebꝫ illis non erat rex in israhel.

XIX

Fuit quidā vir leuites habitans in latere mōtis ephraim: q̄ accepit vxorē de bethleem iuda. Que reliquit

eũ et reuſa ē in domũ pr̃is ſui bethleem: mã-
ſitq; apud eũ q̃tuor mẽſib;. Secutuſq; ē eã
vir ſuus volenſq; recõciliari ei atq; blandi-
ri ⁊ ſecũ reducẽ: habẽs in comitatu puerũ ⁊
duos aſinos. Que ſuſcepit eũ ⁊ introduxit
in domũ pr̃is ſui. Qð cũ audiſſet ſocer eius
eũq; vidiſſ; occurrit ei letus: et ãplexatus ē
hoīez. Manſitq; gener in domo ſoceri trib;
dieb; ɔmedẽs cũ eo et bibẽs familiariť: die
autẽ quarto de nocte ɔſurgens ꝓficiſci vo-
luit. Quẽ tenuit ſocer: et ait ad eũ. Guſta
prius puſillũ panis ⁊ conforta ſtomachũ:
et ſic ꝓficiſceris. Sederũtq; ſimul: ac come-
derũt ⁊ biberũt. Dixitq; pater puelle ad ge-
nerũ ſuũ. Queſo te: ut hodie hic maneas
pariterq; letemur. At ille ɔſurgens cepit
velle ꝓficiſci. Et nichilominus obnixe eum
ſocer tenuit: et apud ſe fecit manere. Ma-
ne autẽ facto parabat leuites iter. Cui ſo-
cer rurſũ. Obſecro inquit ut paululũ cibi ca-
pias: et aſſumptis virib; donec increſcat di-
es. poſtea proficiſcaris. Comederũt ergo ſi-
mul: ſurrexitq; adoleſcens ut ꝑgeret cum
vxore ſua ⁊ puero. Cui rurſũ locutus eſt ſo-
cer. Conſidera ꝙ dies ad occaſũ decliuior
ſit: et ꝓpinquat ad veſperũ. Mane apud me
etiã hodie et duc letũ diem: et cras ꝓficiſce-
ris ut vadas in domũ tuã. Noluit gener
acquieſcere ſermonib; eius: ſed ſtatim pre-
xit et venit contra iebus que altero nomine
vocatur ihrl̃m: ducens ſecum duos aſinos
onuſtos et ɔcubinã. Iamq; aderant iuxta
iebus: et dies mutabatur in noctẽ. Dixitq;
puer ad dñm ſuũ: Veni obſecro declinem⁹
ad vrbem iebuſeorum: et maneamus in ea.
Cui reſpõdit dñs. Non ingrediar oppidũ
gentis aliene que nõ eſt de filijs iſrahel: ſed
tranſibo uſq; gabaa et cũ illuc puenero ma-
nebimus in ea: aut certe in vrbe rama. Trãſ-
ierũt ergo iebus ⁊ ceptũ carpebant iter: oc-
cubuitq; eis ſol iuxta gabaa q̃ eſt in tribu
beniamin: diuerterũtq; ad eam ut manerẽt
ibi. Quo cũ intraſſent ſedebant in platea
ciuitatis: et nullus eos recipẽ voluit hoſpi-
tio. Et ecce apparuit homo ſenex reuertens
de agro ⁊ de opere ſuo veſperi: qui et ipſe de
monte erat ephraim: et peregrinus habi-
tabat in gabaa. Hoīes aũt regionis illius
erant filij iemini. Eleuatiſq; oculis vidit ſe-
nex ſedentem hominẽ cum ſarcinulis ſuis in
platea ciuitatis: et dixit ad eũ. Vnde venis:
et quo vadis? Qui reſpondit ei. Profecti
ſum⁹ de bethleem iuda: et ꝑgimus ad locũ
noſtrũ qui ē in latere montis ephraim vnde
ieramus bethleem. Et nũc vadimus ad do-
mũ dei: nulluſq; ſub tectum ſuũ nos vult reci-
pere. habentes paleas et fenũ in aſinoꝝ pa-
bulũ: et panem ac vinũ in meos ⁊ ancille tue
vſus ⁊ pueri qui mecũ eſt. Nulla re indige-
mus niſi hoſpitio. Cui reſpondit ſenex. Pax
tecũ ſit. Ego p̄bebo omĩa que neceſſaria ſũt:
tantũ queſo ne in platea maneas. Introdu-
xitq; eũ in domũ ſuã: et pabulũ aſinis p̄buit:
ac poſtq̃ lauerunt pedes ſuos recepit eos
in ɔuiuiũ. Illis epulantib; et poſt laborem
itineris cibo ⁊ potu reficiẽtib; corpa: venerũt
viri ciuitatis illius filij belial id eſt abſq; iu-
go: et circũdãtes domũ ſenis fores pulſare
ceperũt clamãtes ad dñm domus atq; dicẽ-
tes. Educ virũ qui ingreſſus ē domũ tuã: ut
abutamur eo. Egreſſuſq; eſt ad eos ſenex
et ait. Nolite fratres nolite facere malum
hoc: quia ingreſſus ē homo hoſpitiũ meũ: et
ceſſate ab hac ſtultitia. Habeo filiã virginẽ.
et hic homo habet cõcubinã: educã eas ad
vos ut humilietis eas ⁊ viam libidinẽ com-
pleatis: tantũ obſecro ne ſcelus hoc contra
naturã operemini in virũ. Nolebant acqui-
eſcere ſmonib; illius. Quod cernẽs homo
adduxit ad eos ɔcubinã ſuã: ⁊ eis tradidit
illudendã. Qua cũ tota nocte abuſi eſſent:
dimiſerunt eam mane. At mulier receden-
tibus tenebris venit ad oſtium domus vbi
manebat dñs ſuus: et ibi corruit. Mane fa-
cto ſurrexit homo et aperuit oſtiũ ut ceptã
expleret viam: et ecce ɔcubina eius iacebat
ante oſtiũ ſparſis in limine manib;. Cui ille
putans eã quieſcere loquebať. Surge ut
ambulemus. Qua nichil reſpondente intel-
ligens ꝙ erat mortua. tulit eam et impoſuit
aſino: reuerſuſq; eſt in domũ ſuã. Quam cũ
eſſet ingreſſus arripuit gladiũ: et cadauer
vxoris cũ oſſib; ſuis in duodecim partes ac
fruſta cõſcidens miſit in omẽs ťminos iſrł.
Quod cũ vidiſſent ſinguli conclamabant.
Nunq̃ res talis facta ē in iſrahel ex eo die

quo ascenderūt patres nr̄i de egipto usq3 in
presens tempus. Ferte sententiam: et in co-
mune decernite q̄d facto opus sit. XX

Egressi itaq3 sunt omnes filij israhel et
pariter cōgregati quasi vir vnus de
dan usq3 bersabee et terra galaad ad dn̄m
in maspha: om̄es q3 anguli populoꝝ et cun-
cte tribus israhel in ecclesiā ꝑpli dei ↄuenerūt
quadraginta milia peditū pugnatoꝝ. Nec
latuit filios beniamin: q2 ascendissent filij is-
rahel in maspha. Interrogatusq3 leuita ma-
ritus mulieris interfecte. quomodo tantū
scelus ꝑpetratū esset rn̄dit. Veni in gabaa
beniamin cū vxore mea: illucq3 diuerti. Et ec-
ce homines ciuitatis illius circūdederunt
nocte domū in qua manebā volētes me oc-
cidere: et vxorē meā incredibili furore libi-
dinis vexantes: denīq3 mortua est. Quā ar-
reptā in frusta ↄcidi: misiq3 partes in om̄es
terminos possessionis vr̄e: q2 nūq̄ꝫ tantū ne-
fas et tā grāde piaculū factū est in israhel.
Adestis oēs filij isrl': decernite q̄d facere de-
beatis. Stansq3 om̄is ꝑplus et quasi vnius
hoīs ſmone rn̄dit. Nō recedemus in taber-
nacula nostra: nec suam quisq̄ꝫ intrabit do-
mū: sed hoc contra gabaa in comune facie-
mus. Decem viri eligātur e centū ex om̄ibꝫ
tribubꝫ israhel et centū de mille et mille de de-
cem milibꝫ ut ꝯportent exercitui cibaria: et
possimus pugnare cōtra gabaa beniamin:
et reddere ei ꝓ scelere quod meretur. Con-
uenitq3 vniuersus israhel ad ciuitatē quasi
homo vnus eadē mente vnoq3 consilio: et
miserūt nuncios ad om̄ē tribū beniamin q̄
dicerent. Cur tantū nefas in vobis repertū
est? Tradite homīes de gabaa qui hoc fla-
gitiū ꝑpetrarūt ut moriantur: et auferat' ma-
lū de israhel. Qui noluerūt fratrū suoꝝ fili-
orū israhel audire mandatū: sed ex cunctis
vrbibꝫ que sortis sue erant conuenerūt in
gabaa ut illis ferrēt auxiliū: et contra vniu-
sum populū israhel dimicarēt. Inuentiq3 sūt
viginti quīq3 milia de beniamin educentiū
gladiū preter habitatores gabaa q̄ septi-
genti erāt viri fortissimi ita sinistra ut dextra
p̄liantes: et sic fundis lapides ad certum
iaciētes ut capillū q3 possent ꝑcutere: et ne-
quaq̄ꝫ in alterā partē ict9 lapidis deferret'.

Viroꝝ q3 israhel absq3 filijs beniamin inuē-
ta sūt quadraginta milia educentiū gladios
et paratoꝝ ad pugnā: qui surgētes venerūt
in domum dei hoc est in sylo: consulueruntq3
dominū atq3 dixerūt. Quis erit in exercitu
nostro princeps certaminis contra filios bē-
iamin? Quibus rn̄dit dn̄s. Iudas sit dux
vester. Statimq3 filij israhel surgētes mane
castrametati sūt iuxta gabaa: et inde ꝓcedē-
tes ad pugnā contra beniamin. vrbē oppu-
gnare ceperūt. Egressiq3 filij beniamin de ga-
baa: occiderūt de filijs israhel die illo viginti
duo milia viroꝝ. Rursū filij israhel et fortitudie
et numero confidentes in eodē loco in quo
prius certauerūt aciē direxerūt: ita tamē ut
prius ascenderēt et flerēt corā dn̄o usq3 ad
noctē: consulerentq3 eū et dicerēt. Debeo vl-
tra ꝓcedere ad dimicandū contra filios ben-
iamin frēs meos an non? Quibꝫ ille rn̄dit.
Ascendite ad eos: et inite certamē. Cumq3
filij israhel altera die contra filios beniamin
ad preliū ꝓcessissent. eruperūt filij beniamin
de portis gabaa: et occurrentes eis tāta in
illos cede bachati sūt. ut decem et octo milia
viroꝝ educentiū gladiū ꝓsternerent. Quā-
obrem om̄es filij israhel venerūt in domū dei:
et sedentes flebant coram domino. Ieiuna-
uerūtq3 die illo usq3 ad vesperā: et obtulerūt
ei olocausta atq3 pacificas victimas: et sup
statu suo interrogauerūt. Eo tēpore ibi erat
archa federis domini: et phinees filius elea-
zari filij aaron ꝑpositus domus. Consuluerūt
igitur dn̄m atq3 dixerūt. Exire vltra debem9
ad pugnam contra filios beniamin fratres
nostros an quiescere? Quibꝫ ait dn̄s. Ascē-
dite. Cras enim tradam eos in manus vr̄as.
Posuerūtq3 filij israhel insidias ꝑ circuitum
vrbis gabaa: et tercia vice sicut semel et bis
contra beniamin exercitū ꝓduxerūt. Sed et
filij beniamin audacter eruperūt de ciuitate:
et fugiētes adu̇sarios lōgius ꝑsecuti sunt:
ita ut vulnerarēt ex eis sic primo die et scd̄o:
et cederent ꝑ duas semitas vertētes terga
quaꝝ vna ferebatur in bethel et altera in ga-
baa: atq3 ꝓsternerēt triginta circiter viros.
Putauerūt eni solito eos more cedē. Qui fu-
gā arte simulantes inierūt ↄsiliū ut abstraherēt
eos de ciuitate: et q̄si fugiētes ad sup̄dictas

semitas pducerēt. Omes itaqȝ filij isrl' sur-
gentes de sedib9 suis tetēderūt aciē in loco
qui vocatur baalthamar: insidie quoqȝ q̄
circa vrbem erant paulatim se apire ceperūt
et ab occidentali vrbis parte procedere.
Sed et alia decē milia viroꝝ de vniūso isrl'
habitatores vrbis ad cētamina puocabāt:
ingrauatūqȝ est bellum contra filios beniā-
min: et non intellexerūt q' ex omni parte il-
lis instaret interitus. Percussitqȝ eos dn̄s

II

in conspectu filioꝝ israhel: et interfecerūt ex
illis in illo die viginti quiqȝ milia et centū vi-
ros omes bellatores et educentes gladiū.
Filij aūt beniamin cū se inferiores esse vidis-
sent ceperūt fugere. Quod cernentes filij
israhel dederūt eis ad fugiendū locū: ut ad
preparatas insidias deuenirēt quas iuxta
vrbem posuerāt. Qui cū repente de latibu-
lis surrexissent et beniamin terga cedentib9
daret: ingressi sūt ciuitatē et pcusserūt eam
in ore gladij. Signū aūt dederant filij isrl'
hijs quos in insidijs collocauerant: ut postq̄
vrbē cepissent ignē accenderent: ut ascen-
dēte in altū fumo captā vrbē demōstrarent.
Quod cū cernerent filij israhel in ipso cer-

III

tamine positi: putauerūt enim filij beniamin
eos fugere et instantius psequebant̄. cesis
de exercitu eoꝝ triginta viris: ut viderūt
quasi columnam fumi de ciuitate conscendē:
beniamin quoqȝ respiciens retro cū captam
cernerēt ciuitatē et flāmas in sublime ferri:
qui prius simulauerant fugam· versa facie
fortius resistebant. Quod cū vidissent filij
beniamin in fugam versi sūt: et ad viā deserti
ire ceperūt: illuc quoqȝ eos aduersarijs pse-
quentib9. Sed et hij qui vrbem succende-
rant occurrerūt eis: atqȝ ita factū est ut ex
vtraqȝ parte ab hostib9 cederent̄: nec erat
vlla requies morientiū. Ceciderūt atqȝ pro-
strati sūt ad orientalē plagā vrbis gabaa.
Fuerūt aūt qui in eodem loco interfecti sūt
decem et octo milia viroꝝ: omes robustis-
simi pugnatores. Quod cū vidissent qui

IIII

remanserāt de beniamin fugerūt in solitudi-
nem: et pgebant ad petram cuius vocabu-
lū est remmon. In illa qȝ fuga palantes et
in diuersa tendentes occiderūt quiqȝ milia
viros. Et cū vltra tenderēt psecuti sūt eos:
et interfecerūt etiam alia duo milia. Et sic fa-
ctum ē ut omes qui ceciderant de beniamin
in diuersis locis essent viginti quiqȝ milia
pugnatores ad bella pmptissimi. Remanse-
rūt itaqȝ de omi numero beniamin q̄ euadē
potuerūt et fugere in solitudinē sexcenti viri:
sederūtqȝ in petra remmon mēsib9 quatuor.
Regressi autem filij israhel omnes reliquias
ciuitatis a viris usqȝ ad iumēta gladio per-
cusserunt: cunctasqȝ vrbes et viculos benia-
min vorax flamma consumpsit.

XXI

Iurauerant quoqȝ filij israhel in maspha: et
dixerūt. Nullus nrm dabit filijs beniamin
de filiabus suis vxorem. Veneruntqȝ omes
ad domū dei in sylo: et in cōspectu eius seden-
tes usqȝ ad vesperā leuauerūt vocem: et ma-
gno vlulatu ceperūt flere dicentes. Quare
dn̄e deus israhel factū est hoc malū in popu-
lo tuo: ut hodie vna tribus auferetur ex no-
bis? Altera autē die diluculo cōsurgentes
extruxerūt altare: obtulerūtqȝ ibi olocausta
et pacificas victimas: et dixerūt. Quis non
ascendit in exercitū dn̄i de vniūsis tribubus
israhel? Grandi enim iuramēto se cōstrinxe-
rant cū essent in maspha interfici eos qui de-
fuissent: ductiqȝ penitentia filij israhel super
fratre suo beniamin ceperūt dicere. Ablata
est tribus vna de israhel. Unde vxores acci-
pient? Omes enim in cōmune iurauim9 nō
daturos nos hijs filias nr̄as. Idcirco dixe-
rūt. Quis est de vniūsis tribub9 israhel· qui
non ascendit ad dn̄m in maspha? Et ecce in-
uenti sunt habitatores iabis galaad in illo
exercitu non fuisse. Eo qȝ tempore cū essent
in sylo nullus ex eis ibi reptus est. Miserūt
itaqȝ decē milia viros robustissimos: et pce-
perūt eis. Ite et pcutite habitatores iabis
galaad in ore gladij· tam vxores q̄ paruu-
los eoꝝ: et hoc erit quod obseruare debebi-
tis. Omē generis masculini et mulieres que
cognouerūt viros interficite: virgines res-
uate. Inuente sūt de iabis galaad quadrin-
gente virgines que nescierūt viri thorū: et
adduxerāt eas ad castra in sylo in terrā cha-
naan. Miserūtqȝ nūcios ad filios beniamin
qui erant in petra remmon: et pceperūt eis
ut eos susciperent in pace. Veneruntqȝ filij
beniamin in illo tēpore: et date sūt eis vxores

VII

de filiabus iabis galaad: alias autē nō rep-
pererūt quas simili modo traderēt. Omnis
q; israhel valde doluit. et egit penitētiam
sup interfectiō e vnius ex tribȝ isrl: dixerūtq;
Et factū est quasi post mensez. ascēdit naas amonites ⁊ pugnare cepit aduersuz iabes galaad: dixerūtq; om̄es viri iabes ad naas. Habeto nos federatos: ⁊ fuiemꝰ tibi. Et rn̄dit ad eos naas amonites. In hoc feriam vobiscū fedus: vt eruā oīm urm oclos dextros: ponāq; vos opprobriū in vniūso isrl̄. Et dixerunt ad eū seniores iabes. Concede nob septē dies: ut mittamꝰ nūcios ad vniūsos terminos isrl̄: ⁊ si non fuerit q̄ defendat nos egrederem̄ ad te. Venerūt ergo nūcij in gabaath saulis: ⁊ locuti sunt v̄ba hec audiente ꝑplo. Et leuauit oīs populꝰ vocez suā ⁊ fleuit. Et ecce saul veniebat sequens boues de agro: ⁊ ait. Quid habet populꝰ q̄ plorat? Et narrauerūt ei v̄ba virorum iabes. Et insiluit sp̄us dn̄i in saul cū audisset hec v̄ba: ⁊ iratꝰ ē furor eius nimis. Et assumēs vtrūq; bouem. cōcidit in frusta: misitq; in om̄es terminos isrl̄ p manū nūciorū dicens. Quicūq; nō exierit. ⁊ secutꝰ fuerit saul et samuel: sic fiet bob; eius. Inuasit ergo timor dn̄i ꝑplm: ⁊ egressi sūt q̄si vir vnꝰ: et recēsuit eos in bezech. Fuerūtq; filiorū israhel trecenta milia: virorum autem iuda. triginta milia. Et dixerunt

VI

T

nūcijs qui venerant. Sic dicetis viris q̄ sunt in iabes galaad. Cras erit nob salus: cū incaluerit sol. Venerūt ergo nūcij: et nunciauerūt viris iabes. Qui letati sūt: ⁊ dixerūt. Mane exibimꝰ ad uos: ⁊ facietis nob omne qđ placuerit uobis. Et factū ē cū dies crastinꝰ uenisset: cōstituit saul populū in tres ptes. Et ingressus est media castra in vigilia matutina: ⁊ pcussit amō vsq; dū incalescēt dies. Reliqui aūt dispsi sūt: ita ut non relinq̄rent̄ in eis duo pit̄. Et ait ꝑplus ad samuelē. Quis ē iste qui dixit: saul non regnabit super nos? Date viros: ⁊ interficiemꝰ eos. Et ait saul. Nō occidetur quisq̄ in die hac: q̄r hodie fecit dn̄s salutē in israhel. Dixit autē samuel ad ꝑplm. Venite ⁊ eamꝰ in galgala: ⁊ innouemus ibi regnū. Et prexit oīs populus in galgala: ⁊ fecerūt ibi regē saul. coram dn̄o in galgala. Et immolauerūt ibi victimas pacificas corā dn̄o. Et letatꝰ est ibi saul: ⁊ cuncti viri israhel nimis.

XII

Dixit aūt samuel ad vniuersū israhel. Ecce audiui vocē v̄raz iuxta om̄ia que locuti estis ad me: ⁊ cōstitui sup uos regem. Et nūc rex gradit̄ ante uos. Ego autē senui ⁊ incanui. Porro filij mei vobiscū sunt. Itaq; cōuersatꝰ corā vob ab adolescentia mea usq; ad hanc diē: ecce p̄sto sum. Loq̄mini de me coram dn̄o ⁊ corā cristo eius: vtrū bouem cuiusq̄ tulerim aut asinū. si quemq̄ calūniatus sum. si oppressi aliquē. si de manu cuiusq̄ munus accepi: et cōtemnā illud hodie restituāq; vobis. Et dixerunt. Nō es calūniatus nos. neq; oppressisti: neq; tulisti de maū alicuiꝰ q̄ppiam. Dixitq; ad eos. Testis est dn̄s aduersum vos ⁊ testis cristus eiꝰ in die hac: q̄ non inueneritis in manu mea quippiā. Et dixerūt. Testis. Et ait samuel ad populū. Dn̄s qui fecit moysen et aaron. et eduxit patres nr̄os de terra egipti adest. Nunc ergo state ut iudicio contendā aduersus vos coram dn̄o. de om̄ibus misericordijs dn̄i. quas fecit vobiscū ⁊ cū patrib; v̄ris: quo modo iacob ingressus ē in egiptum. et clamauerūt patres v̄ri ad dn̄m. ⁊ misit dominꝰ moysen et aaron: et eduxit p̄res

vr̄os de egipto· et collocauit eos in loco
hoc. Qui obliti sūt dn̄i dei sui· et tradidit
eos in manu sysare mgr̄i milicie asor et in
manu philistinorum: et i manu regis moab:
et pugnauerunt aduersum eos. II Postea
autē clamauerūt ad dn̄m: et dixerūt. Pec-
cauim⁹· q̄ dereliq̄mus dn̄m: et seruiuimus
baalim et astaroth. Nūc ergo erue nos
de manu inimicorū nostrorū: et seruiemus
tibi. Et misit domin⁹ ierobaal et badan·
et sampson· et barach· et yepte. et samuel:
et eruit uos de manu inimicorum vr̄orum p
circuitū: et habitastis cōfidenter. Vidētes
autē q̄ naas rex filiorum amon venisset adū
sum vos: dixistis michi nequaq̄: sed rex im-
perabit nobis: cū domin⁹ deus vr̄ regnaret
in uobis. Nunc ergo p̄sto est rex vr̄: quē
elegistis et petistis. Ecce dedit vobis dn̄s
regē. III Si timueritis dn̄m et seruieritis ei et
audieritis vocē ei⁹· et nō exasperaueritis
os dn̄i· eritis et uos et rex q̄ imperat uobis
sequentes dn̄m deū nr̄m. Si aūt non audi-
eritis vocē dn̄i· sed exasperaueritis sermones
ei⁹: erit man⁹ dn̄i sup uos et sup pr̄es ur̄os
Sed et nūc state: et uidete rē istam grandē:
quā factur⁹ ē dn̄s in cōspectu ur̄o. Nūq̄d
nō messis tritici ē hodie? Inuocabo dn̄m et
dabit voces et pluuias: et scietis et uidebi-
tis q̄ grande malū feceritis uob in cōspe-
ctu dn̄i: petentes sup uos regē. Et clama-
uit samuel ad dn̄m: et dedit dn̄s voces et
pluuias in illa die. Et timuit omnis p̄plus
nimis dn̄m: et samuelē. Et dixit vniuersus
p̄pls ad samuelē. IIII Ora p seruis tuis ad dn̄m
deū tuū: ut nō moriam̄. Addidim⁹ eni vni-
uersis peccatis nr̄is malū: ut peterem⁹ no-
bis regē. Dixit autē samuel ad p̄plm. Noli-
te timere. Vos fecistis vniūsum malū hoc.
Verūtamen nolite recedē a tergo dn̄i: sed
seruite dn̄o in omni corde ur̄o: et nolite decli-
nare p⁹ vana que nō p̄derūt uobis: neq̄
eruent vos· q̄ vana sūt: et non derelinq̄t
dn̄s p̄plm suū p̄pter nomen suū magnum·
q̄iurauit dominus facē uos sibi p̄plm. Ab
sit autem a me hoc pc̄cm in dn̄o· ut cessem
orare p vobis: et docebo uos viam bonam
et rectam. Igitur timete dn̄m: et seruite ei in
veritate· et ex toto corde vr̄o. Vidistis
enim magnifica que in vobis gesserit do-
minus. Quod si p̄seueraueritis in malicia:
et uos et rex vr̄ pariter peribitis.

XIII

Filius vni⁹ anni erat saul cū rḡnare
cepisset: duob⁹ aūt annis regnauit
sup israhel. Et elegit sibi saul tria milia de
israhel. Et erāt cū saul duo milia in mach-
mas et in monte bethel: mille autē cū iona-
tha in gabaa beniamin. Porro ceterum po-
pulū remisit vnūquēq̄ in tabernacula sua
Et p̄cussit ionathas stacōem philistinorum
q̄ erat in gabaa. Quod cū audissent phili-
stijm: saul cecinit bucina i om̄i terra dicēs.
Audiāt hebrei. Et vniūsus isrl̄ audiuit hu-
iuscemodi famam: p̄cussit saul stacōnem
philistinorum. Et erexit se israhel aduersus
philistijm. V Clamauit ergo p̄plus p⁹ saul
in galgala: et philistijm cōgregati sūt ad
p̄liandū cōtra isrl̄· triginta milia curruū· et
sex milia equitū: et reliquū vulg⁹ sicut are-
na que est in litore maris p̄lima. Et ascen-
dentes castrametati sūt in machmas: ad
orientē bethauē. Quod cū vidissent viri is-
rahel se in arto positos· afflict⁹ enim erat
p̄plus: absconderunt se in speluncis et in ab-
ditis: in petris q̄q̄ et in antris et in cisternis.
Hebrei autem transierūt iordanē: in terrā
gad et galaad. VI Cumq̄ adhuc esset saul in
galgala vniuersus p̄plus p̄territ⁹ est qui
sequebat̄ eū. Et exspectauit iuxta placi-
tū samuelis septem dieb⁹: et non venit sa-
muel in galgala. Dilapsusq̄ est p̄plus ab
eo. Ait ergo saul. Afferte michi olocaustū
et pacifica. Et obtulit olocaustū. Cumq̄
cōplesset offerēs olocaustum: ecce samuel
veniebat. Et egressus ē saul obuiam ei: ut
salutaret eum. Locutusq̄ est ad eū samuel
Quid fecisti? VII Respōdit saul. Quia uidi q̄
p̄plus dilaberet̄ a me· et tu non veneras
iuxta placitos dies: porro philistijm con-
gregati fuerāt in machmas: dixi. Nūc de-
scendēt philistijm ad me in galgala: et
faciē dn̄i nō placaui. Necessitate cōpulsus:
obtuli olocaustū dn̄o. Dixitq̄ samuel ad
saul. Stulte egisti: nec custodisti māda-
ta dn̄i dei tui que p̄cepi tibi. Quod si non
fecisses: iam nūc p̄parasset dn̄s regnum tuū
sup isrl̄· in sempit̄nū. Sed nequaq̄ regnū

P

tuū vltra ↄsurget. Quesiuit dn̄s sibi viruꝫ iuxta cor suū: ⁊ p̄cepit ei dn̄s ut esset dux sup populū suū: eo q̄ non seruaueris que p̄cepit dn̄s. Surrexit autē samuel: et ascendit de galgalis in gabaa beniamin. Et reliqui ꝑpli ascenderūt p⁹ saul obuiā ꝑplo. q̄ expugnabāt eos: venientes de galgala in gabaa in colle beniamin. Et recensuit saul ꝑplm qui inuenti fuerāt cū eo q̄i sexcētos viros: ⁊ saul et ionathas filius eius. populusq̄ꝫ q̄ inuent⁹ fuerat cū eis. erat in in gabaa beniamin. Porro philistijm ↄsederāt in machmas. Et egressi sūt ad p̄dandū de castris philistinoꝝ tres cunei. Vn⁹ cuneus ꝑgebat ↄtra viā ephraim. ad terraꝫ saul. Porro alius ingrediebat᷑ ꝑ viaꝫ bethoron. Terci⁹ aūt verterat se ad iter t̄mini in t̄ra sabaa. imminētis vallis seboim ↄtra desertū. Porro faber ferrari⁹ nō inueniebat᷑ in oī terra isrl̄. Cauerāt enim philistijm: ne forte facerēt hebrei gladiū aut lāceam. Descendebat ergo oīs isrl̄ ad philistijm. ut acueret vnusquisq̄ꝫ vomerē suū et ligonē ⁊ securim et tridenteꝫ ⁊ sarculū. Retuse itaq̄ꝫ erant acies vomerū ⁊ ligonū et tridentiū et securiuꝫ: usq̄ꝫ ad stimulum corrigendū. Cumq̄ꝫ venisset dies p̄lij: nō est inuentus ensis ⁊ lancea in manu toci⁹ populi q̄ erat cū saul ⁊ ionatha: excepto saul ⁊ ionatha filio ei⁹. Egressa est auteꝫ stacō philistijm ut trāscēdēt in machmas.

S III

Et accidit in quadā die: XIIII ut dicēt ionathas fili⁹ saul ad adolescentē armigerū suū. Veni et transeam⁹ ad stacionē philistinoꝝ: q̄ est trās locuꝫ illū. Patri autē suo hoc ip̄m nō indicauit. Porro saul morabatur in extrema ꝑte gabaa: sub malag̃nato que erat in agro gabaa. Et erat ꝑpl̄s cū eo quasi sexcentoꝝ viroꝝ. Et achias filius achitob fratris ychabod filij phinees. q̄ ort⁹ fuerat ex heli sacerdote dn̄i in silo: portabat ephot. Sed ⁊ ꝑpl̄s ignorabat quo isset ionathas.

IIII

Erant aūt inter ascensus. ꝑ quos nitebat᷑ ionathas trāsire ad stacōes philistinoꝝ eminētes petre ex vtraq̄ꝫ ꝑte: ⁊ quasi in modū dentiuꝫ. scopuli hinc inde prerupti. Nomē vni boses: ⁊ nom̄ alteri sene. Vn⁹ scopulus ꝓminēs ad aq̄lonē ex aduerso machmas: ⁊ alter ad meridiem cōtra gabaa. Dixit aūt ionathas ad adolescentē armigerū suū. Veni trāseam⁹ ad stacōeꝫ incircūcisoꝝ hoꝝ: si forte faciat dn̄s ꝓ nobis: q̄ꝛ non ē dn̄o difficile saluaē vel in mltis uel in paucis. Dixitq̄ꝫ ei armiger suus. Fac om̄ia q̄ placent animo tuo. Perge q̊ cupis: ⁊ ero tecū vbicūq̄ꝫ volueris. Et ait ionathas. Ecce nos trāsim⁹ ad uiros istos. Cūq̄ꝫ apparuerim⁹ eis. si taliter locuti fuerint ad nos. manete donec veniam⁹ ad vos: stemus in loco nr̄o: nec ascendam⁹ ad eos. Si autē dixerint ascēdite ad nos: ascendamus ad eos: q̄ꝛ tradidit eos dn̄s in manibꝫ nostris. Hoc erit nobis signū. Apparuit igit᷑ vterq̄ꝫ stacōni philistinorū. Dixeruntq̄ꝫ philistijm. En hebrei egrediunt᷑ de cauernis: in quibꝫ absconditi fuerant. Et locuti sunt viri de stacōne ad ionathan ⁊ ad armigerū ei⁹: dixerūtq̄ꝫ. Ascēdite ad nos: ⁊ ostendem⁹ vobis rem. Et ait ionathas ad armigerū suū. Ascēdam⁹ sequere me. Tradidit enim dn̄s eos in manus isrl̄. Ascendit autē ionathas. manibus ⁊ pedibꝫ reptans: et armiger eius post eū. Itaq̄ꝫ cū vidissent faciē ionathe. alij cadebāt ante ionathā: alios armiger eius interficiebat. sequens eū. Et facta ē plaga p̄ma. quā ꝑcussit ionathas ⁊ armiger eius. quasi viginti viroꝝ: in media ꝑte iugeris. quā par boū in die arare consueuit. Et factū est miraculū in castris ⁊ ꝑ agros. Sed ⁊ omnis ꝑpl̄s stacōis eoꝝ qui ierant ad p̄dandū obstupuit: ⁊ ↄturbata sūt castra. Et accidit quasi miraclm a deo. Et respexerunt speculatores saul q̄ erāt ī gabaa beniamin. Et ecce multitudo ꝓstrata: ⁊ huc illucq̄ꝫ diffugiens. Et ait saul populo qui erat cum eo. Requirite ⁊ videte: quis abierit ex nobis. Cumq̄ꝫ req̄sissent: reptum est non adesse ionathan ⁊ armigerum eius. Et ait saul ad achiaꝫ. Applica archam domini. Erat enim ibi archa domini in die illa: cum filijs isrl̄. Cūq̄ꝫ loqueretur saul ad sac̄dotez: tumult⁹ magnus exortus est in castris philistinorū. Crescebatq̄ꝫ paulatim: ⁊ clari⁹ resonabat

Et ait saul ad sacerdotem. Contrahe manũ tuam. Conclamauit ergo saul ⁊ oĩs pplus qui erat cũ eo: et venerũt usqȝ ad locũ certaminis. Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusqȝ ad ꝓximũ suũ: ⁊ cedes magna nimis. Sed et hebrei q̄ fuerant cũ philistijm heri ⁊ nudiusterciꝰ. ascenderãtqȝ cũ eis in castris: reuersi sũt vt essent cũ isrl'. ⁊ hijs q̄ erant cũ saul et ionatha. Omnes qȝ isrlite qui se absconderãt in monte ephraim. audientes ꝙ fugissent philistei: sociauerũt se cũ suis in ꝓlio. Et erant cũ saul quasi decez milia viroꝝ. ⁊ saluauit dñs deus israhel in die illa. Pugna aũt ꝑuenit usqȝ ad bethauen. Et viri israhel sociati sũt sibi in die illa. Adiurauit aũt saul pplm dicens. Maledictus vir q̄ comederit panẽ vsqȝ ad vesperaz donec vlciscar de inimicis meis. Et nõ manducauit vniũsus populꝰ panẽ. Oĩsqȝ terre vulgus venit in saltũ: in quo erat mel super faciẽ agri. Ingressus ẽ itaqȝ populus saltũ ⁊ apparuit fluẽs mel: nullusqȝ applicuit manũ ad os suũ. Timebat enim populꝰ iuramentũ. Porro ionathas nõ audierat: cũ adiuraret pater eiꝰ populũ. Extenditqȝ sũmitatez virge quã habebat in manu: ⁊ intinxit in fauũ mellis. Et conuertit manũ suaz ad os suũ: et illuminati sũt oculi eius. Rñdensqȝ vnus de pplo ait. Iureiurando constrinxit pater tuus pplm dicens. Maledictus uir q̄ comederit panẽ hodie. Defecerat autem pplus. Dixitqȝ ionathas. Turbauit pater meus terrã. Vidistis ipsi quia illuminati sũt ocli mei. eo ꝙ gustauerim paululũ de melle isto: quãto magis si comedisset ppls de p̄da inimicoꝝ suoꝝ quã reperit? Nõne maior plaga facta fuisset in philistym? Percusserũt ergo ĩ die illa philisteos. a machmis vsqȝ in hailon. Defatigatus est aũt populus nimis: ⁊ versus ad p̄daz. tulit oues ⁊ boues. et vitulos: ⁊ mactauerunt in terra. Commeditqȝ pplus cũ sangne. Nunciauerũt aũt sauli dicẽtes: ꝙ pplus peccasset dño. comedens cũ sangne. Qui ait. Preuaricati estis. Voluite ad me iã nũc saxũ grãde. Et dixit saul. Dispgamĩ in vulgus. ⁊ dicite eis ut adducat ad me vnusquisqȝ bouem suũ et arietẽ: ⁊ occidite sup istud. ⁊ vescimini: ⁊ nõ peccabitis dño. comedẽtes cũ sanguine. Adduxit itaqȝ oĩs pplus vnusquisqȝ bouem in manu sua usqȝ ad noctẽ: ⁊ occiderũt ibi. Edificauit autẽ saul altare dño. Tuncqȝ p̄mũ cepit edificare altare dño. Et dixit saul. Irruamus sup philisteos nocte: ⁊ vastemꝰ eos usqȝ dũ illucescat mane: nec relinquamus ex eis virũ. Dixitqȝ pplus. Omne q̄d bonũ tibi videtur in oculis tuis fac. Et ait sacerdos. Accedamus huc ad deũ. Et consuluit saul dñm dicens. Nũ ꝑsequar philistijm? Si trades eos in manũ israhel? Et non rñdit ei in die illa. Dixitqȝ saul. Applicate huc vniũsos angulos ppli: ⁊ scitote ⁊ videte ꝑ quẽ acciderit hoc peccatũ hodie. Viuit dñs saluator isrl': ꝗꝛ si ꝑ ionathã filiũ meũ factũ ẽ. absqȝ retractacõne morietꝰ. Ad quod nullus cõtradixit ei de omni pplo. Et ait ad vniũsuz isrl'. Separamĩ uos in ꝑtem vnã: ⁊ ego cũ ionatha filio meo ero in ꝑte altera. Rñditqȝ ppls ad saul. Qd̄ bonũ tibi videtꝰ in oclis tuis fac. Et dixit ad dñm deũ isrl'. Dñe deus israhel da iudiciũ: quid ẽ ꝙ non rñderis seruo tuo hodie? Si in me aut in ionatha filio meo ẽ iniq̄tas hec: da ostẽsionez. Aut si hec iniq̄tas est in pplo tuo: da sanctitatẽ. Et deprehensus est ionathas ⁊ saul: pplus autez exiuit. Et ait saul. Mittite sortez inter me: ⁊ inter ionathan filiũ meũ. Et captꝰ est ionathas. Dixit autem saul ad ionathan. Indica michi quid feceris. Et indicauit ei ionathas: ⁊ ait. Gustãs gustaui in sũmitate virge que erat in manũ mea. paululũ mellis. Et ecce ego morior? Et ait saul. Hec faciat michi deus. ⁊ hec addat: ꝗꝛ morte morieris ionatha. Dixitqȝ pplus ad saul. Ergone ionathas morietur: qui fecit salutẽ hãc magnã in israhel? Hoc nephas est. Viuit dñs: si ceciderit capillus de capite eius in terraz: quia cũ deo operatus ẽ hodie. Liberauit ergo pplus ionathan: ut non moreretꝰ. Recessitqȝ saul: nec ꝑsecutꝰ ẽ philistym. Porro philistym abierũt in loca sua. Et saul cõfirmato regno super israhel. pugnabat per circuitũ aduersũ oĩes inimicos eius: contra moab et filios amon. et edom. et reges soba ⁊ philisteos: et quocunqȝ se verterat.

superabat. Cōgregatoqꝫ exercitu ꝑcussit amalech: ⁊ eruit israhel de manū vastātoꝝ eius. Fuerūt aūt filij saul: ionathas. ⁊ iesui. ⁊ melchisua. Et noīa duaꝝ filiaꝝ eius: nomen ꝑmogenite merob. et nomen minoris michol: et nomen vxoris saul achinoem. filia achimaas. Et nomen pn̄cipis milicie eius abner filius ner: patruelis saul. Porro cis fuit pater saul: et ner pater abner filius abiel.

VII

Erat autē bellū potens aduersum philisteos: omnibus diebus saul. Nā quēcunqꝫ viderat saul uirum fortem et aptū ad prelium: sociabat eū sibi.

XV

Et dixit samuel ad saul. Me misit dominus: ut vngerem te in regem sup ꝑplm eius isrl'. Nūc ergo audi vocē dn̄i. Hec dicit dominus exercituū. Recensui quecunqꝫ fecit amalech isrl'i: quomodo restitit ei in uia cū ascenderet de egipto. Nunc ergo uade ⁊ ꝑcute amalech: et demolire vniuersa eius. Non parcas ei. et nō ꝯcupiscas ex rebꝰ ipius aliq̄d: sꝫ interfice a uiro usqꝫ ad mulierē. et ꝑuulū atqꝫ lactentē: bouē et ouē. camelū ⁊ asinū. Precepit itaqꝫ saul ꝑplo: et recensuit eos quasi agnos. ducēta milia peditū: ⁊ decem milia viroꝝ iuda. Cumqꝫ venisset saul usqꝫ ad ciuitatē amalech: tetendit insidias in torrente.

VIII

Dixitqꝫ saul cineo. Abite. recedite. atqꝫ discedite ab amalech: ne forte inuoluā te cū eo. Tu enim fecisti misericordiā cū omnibus filijs isrl': cū ascenderēt de egipto. Et recessit cineus de medio amalech. Percussitqꝫ saul amalech ab euila. donec venias sur: q̄ est e regione egipti. Et aꝑꝑhendit agag regē amalech viuū. Omne aūt vulgus interfecit in ore gladij. Et pepcit saul et ꝑplus agag. ⁊ optimis gregibꝰ ouiū ⁊ armētoꝝ. et vestibus. ⁊ arietibꝰ: et vniuersis q̄ pulcra erant: nec voluerūt disꝑdere ea. Quicquid ergo vile fuerat ⁊ reprobū: hoc demoliti sunt.

P

Factū est aūt v̄bum dn̄i ad samuel. dicens. Penitet me ꝙ cōstituerim saul regem: qꝛ dereliquit me: ⁊ v̄ba mea opere non impleuit. Contristatusqꝫ ē samuel: et clamauit ad dn̄m tota nocte. Cumqꝫ de nocte surrexisset samuel vt iret ad saul mane: nuntiatum est samueli eo ꝙ venisset saul in carmelū: ⁊ erexisset sibi fornicē triumphalē. et reuersus transisset: descendissetqꝫ in galgala. Venit ergo samuel ad saul: ⁊ saul offerebat olocaustū dn̄o. de inicijs predaꝝ q̄ attulerat ex amalech.

II

Et cū venisset samuel ad saul: dixit ei saul. Bn̄dictus tu dn̄o. Impleui v̄buꝫ domi. Dixitqꝫ samuel. Et que ē hec vox gregū que resonat in auribꝰ meis. ⁊ armentoꝝ: quā ego audio? Et ait saul. De amalech adduxerunt ea. Pepcit enim ꝑplus melioribꝰ ouibus ⁊ armentis. ut immolarent dn̄o deo tuo: reliqua v̄o occidimus. Ait aūt samuel ad saul. Sine me: ⁊ indicabo tibi que locutus sit dn̄s ad me nocte. Dixitqꝫ ei. Loquere. Et ait samuel. Nōne cū ꝑuulus esses in oculis tuis: caput in tribubꝰ israhel factus es? Vnxitqꝫ te dn̄s in regem sup isrl': et misit te dn̄s in viam ⁊ ait. Vade ⁊ interfice peccatores amalech: et pugnabis ꝯtra eos vsqꝫ ad internicōꝫ eoꝝ. Quare ergo non audisti vocem dn̄i: sed v̄sus ad ꝑdam es. ⁊ fecisti malū in oculis dn̄i?

III

Et ait saul ad samuelē. Immo audiui vocem dn̄i. ⁊ ambulaui in via ꝑ quā misit me dn̄s: ⁊ adduxi agag regem amalech: et amalech interfeci. Tulit aūt de preda ꝑplus oues ⁊ boues. ꝑmicias eoꝝ que cesa sūt: vt immolet dn̄o deo suo in galgalis.

IIII

Et ait samuel. Nūq̄d vult dn̄s olocausta aut victimas: ⁊ nō potius vt obediat̄ voci dn̄i? Melior est enim obedientia q̄ victime. ⁊ auscultaē magis q̄ offerre adipē arietū: qm̄ quasi peccatū ariolandi ē repugnare: ⁊ quasi scelus ydolatrie. nolle acq̄escere. Pro eo ergo ꝙ abiecisti s̄monē dn̄i: abiecit te dn̄s ne sis rex. Dixitqꝫ saul ad samuelē. Peccaui: qꝛ ꝑuaricatus sū sermonem dn̄i. ⁊ v̄ba tua. timens ꝑplm: et obediēs voci eoꝝ. Sed nūc porta q̄so peccatū meuꝫ: et reuertē mecū vt adorem dn̄m.

Et ait samuel ad saul. Nō reuertar tecū. qꝛ ꝑiecisti s̄monem dn̄i: ⁊ ꝑiecit te dn̄s: ne sis rex sup israhel. Et ꝯuersus ē samuel vt abiret. Ille autem aꝑꝑhendit sūmitatem pallij eius: q̄ et scissa est. Et ait ad eū samuel. Scidit dominus regnū israhel a te hodie: et tradidit illud ꝑximo tuo meliori te. Porro triūphator in isrl' non ꝑcet: ⁊ penitudine nō flectet.

Neq; enim homo ē: ut agat penitentiā. At
ille ait. Peccaui. Sȝ nūc honora me coraȝ
senioribȝ ppli mei. ⁊ coram isrl': ⁊ reuertere
mecū vt adorem dn̄m deum tuū. Reuersus
ergo samuel: secutus est saulem. Et adora-
uit saul dominū. Dixitq; samuel. Adducite
ad me agag regem amalech. Et oblatus
est ei agag pinguissim⁹ tremēs. Et dixit
agag. Siccine separat amara mors? Et ait
samuel. Sicut fecit absq; liberis mlieres gla-
dius tuus: sic absq; liberis erit inter mulie-
res mater tua. Et in frusta concidit eū sa-
muel. coram dn̄o in galgalis. Abijt autē
samuel in ramatha: saul vero ascendit in do-
mū suam in gabaa. Et nō vidit samuel vl-
tra saul: usq; ad diē mortis sue. Verūtamē
lugebat samuel saul: qm̄ dn̄m penitebat q
ostituisset regem saul sup israhel. XVI

Dixitq; dn̄s ad samuelē. Vsquequo
tu luges saul. cū ego piecerim eū ne
regnet super isrl'. Imple cornu tuū oleo: ⁊
veni ut mittam te ad ysai bethleemitem.
Prouidi enim in filijs ei⁹ michi regem. Et
ait samuel. Quō vadam? Audiet enī saul:
et interficiet me. Et ait dn̄s. Vitulū de ar-
mento tolles in manū tua: ⁊ dices. Ad immo-
landū dn̄o veni. Et vocabis ysai ad victi-
mā. Et ego ostendam tibi quid facias: ⁊ vn-
ges quemcūq; monstrauero tibi. Fecit ergo
samuel sicut locutus est ei dn̄s. Venitq; in
bethleem. Et admirati sūt seniores ciuitatis:
occurrentes ei. Dixerūtq;. Pacific⁹ ne ē in-
gressus tu⁹? Et ait. Pacificus. Ad immo-
land' dn̄o veni. Sanctificami: ⁊ venite me-
cū ut immolē. Sanctificauit ergo ysai. ⁊
filios eius: ⁊ vocauit eos ad sacrificiū. Cūq;
ingressi essent: vidit heliab ⁊ ait. Nū coraȝ
dn̄o est xp̄s eius? Dixit dn̄s ad samuelē.
Ne respicias vultū ei⁹. neq; altitudinem
stature eius: qm̄ abieci eū: nec iuxta intuitū
hominis ego iudico. Hō enim videt ea q̄
parent: dn̄s autem intuet' cor. Et vocauit
ysai aminadab: ⁊ adduxit eū corā samuel.
Qui dixit. Nec hunc elegit dn̄s. Adduxit
aūt ysai samma: de quo ait. Etiam hūc nō
elegit dn̄s. Adduxit itaq; ysai septē filios
suos coram samuel. Et ait samuel ad ysai.
Non elegit dn̄s ex istis. Dixitq; samuel.
ad ysai. Numquid iam ōpleti sunt filij? Qui
rn̄dit. Adhuc reliquus ē puul⁹: ⁊ pascit
oues. Et ait samuel ad ysai. Mitte: ⁊ adduc
eū. Nec enim discumbem⁹: priusq̄ huc ille
veniat. Misit ergo ⁊ adduxit eū. Erat aūt
rufus ⁊ pulcer aspectu: decoraq; facie. Et
ait dn̄s. Surge ⁊ vnge eū. Ipe est enim.
Tulit ergo samuel cornu olei: ⁊ vnxit eū in
medio fratrū ei⁹. Et directus ē spirit⁹ dn̄i
a die illa in dauid: ⁊ deinceps. Surgensq;
samuel abijt in ramatha. Spūs autē dn̄i
recessit a saul: ⁊ exagitabat eū spūs neq̄
a dn̄o. Dixerūtq; serui saul ad eū. Ecce spūs
dn̄i malus exagitat te. Iubeat dn̄s nr̄ rex:
⁊ serui tui qui coram te sūt. querēt hominē
scientē psallere cithara: ut qn̄ arripuerit te
spiritus dn̄i malus psallat manu sua: ⁊ le-
uius feras. Et ait saul ad suos suos. Pro-
uidete ergo michi aliquē bene psallentē:
⁊ adducite eū ad me. Et rn̄dens vnus de
pueris. ait. Ecce vidi filiū ysai bethleemitē.
scientē psallere. ⁊ fortissimū robore: ⁊ virū
bellicosū. et prudentē in vbis. ⁊ virū pul-
crū: ⁊ dn̄s est cū eo. Misit ergo saul nūtios
ad ysai dicens. Mitte ad me dauid filium
tuū: q̄ est in pascuis. Tulit itaq; ysai asinū
plenū panibȝ. ⁊ lagenā vini. ⁊ hedū de ca-
pris vnū: ⁊ misit per manū dauid filij sui.
sauli. Et venit dauid ad saul: ⁊ stetit corā
eo. At ille dilexit eū nimis: ⁊ factus ē eius
armiger. Misitq; saul ad ysai dicēs. Stet
dauid in ōspectu meo. Inuenit enim grām
in oculis meis. Igitur qn̄cunq; spirit⁹ dn̄i
mal⁹ arripiebat saul. dauid tollebat citha-
ram ⁊ percutiebat manū sua: ⁊ refocillabat
saul: et leuius habebat. Recedebat enim
ab eo spiritus malus. XVII

Congregantes aūt philistijm agmi-
na sua in pliū. cōuenerūt in sochot
iude: et castrametati sūt inter sochot et a-
zecha. in finibȝ domim. Porro saul ⁊ viri isrl'
ōgregati. venerūt in valle therebinti: ⁊ di-
rexerūt acieȝ ad pugnand' ōtra philistijm.
Et philistijm stabant super montes ex pte
hac: et israhel stabat sup montes ex altera
pte: vallisq; erat inter eos. Et egressus ē
vir spurius de castris philistinoȝ. noīe
goliath de geth. altitudinis sex cubitoȝ

et palmo: ⁊ cassis erea super caput eius: et lorica hamata induebat᷑. Porro pondus lorice eius quinqꝫ milia sicloꝝ eris erat: et ocreas ereas habebat in cruribꝫ: ⁊ clipe⁹ ereus tegebat humeros eius. Hastile aūt haste eius. erat quasi liciatoriū texentium. Ipm autē ferrū haste eius sexcētos siclos habebat ferri. Et armiger eius āntecedebat eū. Stansqꝫ clamabat aduersū phalāgas isrł: ⁊ dicebat eis. Quare venistis parati ad preliū? Nūquid ego non sū philisteus: et vos serui saul? Eligite ex vobis virū: et descendat ad singulare certamē. Si quiuerit pugnare mecū et pcusserit me: erim⁹ vobis serui. Si autem ego preualuero et percussero eum: vos serui eritis: ⁊ seruietis nob. Et aiebat philiste⁹. Ego exprobraui agminibus israhel hodie. Date michi virū: et ineat mecū singlare certamē. Audiens autē saul et oīnes isrłite ſmones philistei huiuscemodi: stupebāt ⁊ metuebāt nimis. David aūt erat filius viri ephratei de quo supra dictū est. de bethleem iuda cui nomē erat ysai: q̄ habebat octo filios: ⁊ erat vir in diebus saul. senex ⁊ grandeuus inter viros. Abierūt autem tres filij eius maiores. post saul in preliū. Et nomina triū filioꝝ eius qui prexerūt ad belluꝫ: heliab pmogenitus. et scđs aminadab: terci⁹ qꝫ samma. David aūt erat minimus. Tribꝫ ergo maioribus secutis saulem: abijt david ⁊ reuersus est a saul: ut pasceret gregem patris sui in bethleem. Procedebat vero philiste⁹ mane ⁊ vespe: ⁊ stabat quadraginta diebꝫ. Dixit autē ysai ad david filiū suū. Accipe fratribꝫ tuis ephi polente et decem panes istos: ⁊ curre in castra ad fratres tuos: et decē formellas casei. has deferes ad tribunū. Et fratres tuos visitabis si recte agāt: et cū quibꝫ ordinati sūt disce. Saul autē et illi. ⁊ oīnes filij israhel in valle therebinti pugnabāt aduersū philistijm. Surrexit itaqꝫ david mane ⁊ ∂mendauit gregē custodi: ⁊ onust⁹ abijt sicut pceperat ei ysai. Et venit ad locū magala ⁊ ad exercitū: qui egressus ad pugnā vociferat⁹ erat in certamine. Direxerat enim aciem isrł: ſꝫ et philistijm ex aduſo fuerāt ꝓparati. Delinquēs ergo david vasa que attulerat sub manu custodis ad sarcinas. cucurrit ad locū certaminis: ⁊ interrogabat si oīa recte agerent᷑ erga fratres suos. Cumqꝫ adhuc ille loqueret᷑ eis: apparuit vir ille spurius ascēdens. goliath noīe. philisteus de geth. de castris philistinoꝝ. Et loquente eo hec eadem ṽba: audiuit david. Oīnes autem isrłite cum vidissent virū fugerunt a facie eius: timentes eū valde. Et dixit vnusquispiam de israhel. Nū vidisti virum hunc qui ascēdit? Ad exprobrandū enim israhel ascēdit. Virum ergo qui pcusserit eū. ditabit rex diuicijs magnis: ⁊ filiam suā dabit ei: et domū patris eius faciet absqꝫ tributo in isrł. Et ait david ad viros qui stabāt secū dicens. Quid dabit᷑ viro q̄ pcusserit philisteum hunc. ⁊ tulerit opprobriū de israhel? Quis est enim hic philisteus incircūcisus: qui exprobrauit aciem dei viuentis? Referebat autem ei ꝓplus eundē ſmonē dicēs. Hec dabunt᷑ viro: qui pcusserit eū. Quod cū audisſꝫ heliab frater ei⁹ maior loquēte eo cū alijs: iratus ē ∂tra david ⁊ ait. Quaē venisti: ⁊ quare dereliq̄sti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiā tuā ⁊ nequiciam cordis tui: q꞉ vt videres prelium descendisti. Et dixit david. Quid feci? Nunquid non verbū est? Et declinauit paululū ab eo ad aliū. Dixitqꝫ eundem ſmonē. Et rn̄dit ei ꝓplus verbū sicut pri⁹. Audita sūt autem ṽba que locut⁹ ē david: ⁊ annūciaāt in ∂spectu saul. Ad quem cū fuisſꝫ adductus: locutus ē ei. Non ∂cidat cor cuiusq̄ in eo. Ego ſuus tuus vadam: ⁊ pugnabo aduersus philisteū. Et ait saul ad david. Nō vales resistere philisteo isti: nec pugn̄are aduersus eū: q꞉ puer es. Hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitqꝫ david ad saul. Pascebat seruus tuus patris sui gregē: ⁊ veniebat leo vel vrsus. ⁊ tollebat arietē de medio gregis: ⁊ psequebar eos et pcuciebam. eruebamqꝫ de ore eoꝝ. Et illi ∂surgebant aduersū me: ⁊ apphendebā mentū eoꝝ: et suffocabā interficiebāqꝫ eos. Nam et leonem ⁊ vrsum interfeci ego seruus tuus. Erit igitur et philiste⁹ hic incircumcisus quasi vnus ex eis. Nūc vadā:

et auferam opprobriū populi. Quoniā quis est iste philisteus incircūcisus: qui ausus ē maledicē exercitui dei viuentis? Et ait dauid. Dn̄s q̄ eripuit me de manu leonis et de manu vrsi: ipse me liberabit de manu philistei huiꝰ. Dixit aūt saul ad dauid. Vade: et dn̄s tecum sit. Et induit saul dauid vestimentis suis: ⁊ imposuit galeam eream sup caput eius: ⁊ vestiuit eū lorica. Accinctus ergo dauid gladio eiꝰ sup vestē suā: cepit temptare si armatus posſꝫ incedere. Non enim habebat consuetudinē. Dixitqꝫ dauid ad saul. Non possum sic incedere: qꝛ non vsū habeo. Et deposuit ea. Et tulit baculum suū quem semp habebat in manibus: et elegit sibi quiqꝫ limpidissimos lapides de torrente. ⁊ misit eos in peram pastoralem quā habebat secū: ⁊ fundā manū tulit. ⁊ pcessit aduersū philisteū. Ibat aūt philisteus incedens et appropinquās aduersū dauid: ⁊ armiger eius ante eū. Cūꝫ inspexisſꝫ eū philisteus et vidisset dauid: despexit eū. Erat autem adolescēs rufus: et pulcē aspectu. Et dixit philisteꝰ ad dauid. Nunq̄d ego canis sū. qꝛ tu venis ad me cū baculo? Et maledixit philisteus dauid: in dijs suis. Dixitqꝫ ad dauid. Veni ad me: et dabo carnes tuas volatilibus celi ⁊ bestijs terre. Dixit aūt dauid ad philisteū. Tu venis ad me cū gladio. ⁊ hasta. et clipeo: ego aūt venio ad te in nomine domī exercituū dei agminū israhel. quibꝫ exprobrasti hodie: ⁊ dabit te dn̄s in manu mea: et pcuciam te: ⁊ auferaꝫ caput tuū a te. Et dabo cadauera castroꝝ philistijm hodie volatilibꝫ celi. ⁊ bestijs terre: vt sciat oīs terra qꝛ est dn̄s deus in isrl̄: ⁊ nouerit vniūsa ecc̄ia hec. qꝛ non in gladio nec in hasta saluat dn̄s. Ipsius enim ē bellum: ⁊ tradet vos in manus nr̄as. Cū ergo surrexisset philisteꝰ. ⁊ veniret ⁊ appropinquaret ꝯtra dauid: festinauit dauid ⁊ occurrit ad pugnam ex aduerso philistei. Et misit manū suā in peram. tulitqꝫ vnū lapidem ⁊ funda iecit: ⁊ circumducēs pcussit eū in fronte. et infixus est lapis in fronte eiꝰ ⁊ cecidit in faciem suaꝫ super terram. Preualuitqꝫ dauid aduersum philisteū in funda ⁊ lapide: percussumqꝫ philisteū interfecit. Cumqꝫ gladiū non haberet in manu dauid. cucurrit et stetit super philisteū: ⁊ tulit gladiū eius et eduxit eū de vagina sua ⁊ interfecit eū: pciditqꝫ caput eiꝰ. Videntes aūt philistijm qꝛ mortuus esset fortissimꝰ eoꝝ. fugerunt. Et ꝯsurgētes viri isrl̄ et iuda vociferati sūt. et psecuti sunt philisteos. vsqꝫ dū venirēt in valleꝫ ⁊ vsqꝫ ad portas accharon. Cecideruntqꝫ vulnerati de philistijm in via sarim et vsqꝫ ad geth: ⁊ vsqꝫ ad accharon. Et reuertentes filij isrl̄. postq̄ psecuti sūt philisteos: inuaserūt castra eoꝝ. Assumēs aūt dauid caput philistei. attulit illō in ihrl̄m: arma vō eiꝰ posuit in tabernaculo suo. Eo aūt tp̄e quo viderat saul dauid egredientem ꝯtra philisteū: ait ad abner principeꝫ milicie sue. De qua stirpe descēdit hic adolescens? Dixitqꝫ abner. Viuit aīa tua rex. si noui. Et ait rex. Interroga tu cuiꝰ filius sit iste puer. Cumqꝫ regressus esset dauid pcusso philisteo: tulit eū abner. ⁊ introduxit coram saule caput philistei habentē in manu. Et ait ad eū saul. De qua progenie es. o adolescens? Dixitqꝫ dauid. Filiꝰ serui tui ysai bethleemite ego sum.

XVIII

Et factū est cū ꝯplesſꝫ loqui ad saul. anima ionathe ꝯglutinata est anime dauid. ⁊ dilexit eū ionathas quasi animā suā. Tulitqꝫ eū saul in die illa: ⁊ nō cōcessit ei vt reuerteret̄ in domū patris sui. Inierūt auteꝫ dauid ⁊ ionathas fedus. Diligebat enim eum q̄si animā suam. Nā expoliauit se ionathas tunica q̄ erat indutus: ⁊ dedit eā dauid: ⁊ reliqua vestimenta sua. vsqꝫ ad gladiū et arcum suū. ⁊ vsqꝫ ad baltheum. Egrediebat̄ q̄ꝫ dauid ad oīa quecumqꝫ misisset eū saul: ⁊ prudenter se agebat. Posuitqꝫ eū saul super viros belli: ⁊ acceptus erat in oculis vniuersi ppl̄i: maximeqꝫ in cōspectu famuloꝝ saul. Porro cū reuerteretur pcusso philisteo dauid. ⁊ ferret caput eius in ihrl̄m: egresse sūt mulieres de vniūsis vrbibus isrl̄. cantantes. chorosqꝫ ducētes in occursū saul regis. in timpanis leticie et in sistris: ⁊ pcinebant mulieres ludentes: atqꝫ dicētes. Percussit saul mille: ⁊ dauid decem milia. Iratus est autem saul nimis:

et displicuit in oculis eius iste sermo. Dixit
q3. Dederunt david decē milia: et michi mil-
le dederūt. Quid ei superest nisi solū regnū?
Nō ergo rectis oculis saul aspiciebat da-
uid: a die illa et deinceps. Post diē autem
alterā invasit spūs dei malus saul: et pphe-
tabat in medio domus sue. David autem
psallebat manu sua: sicut p singulos dies.
Tenebatq3 saul lanceā et misit eam: putās
q cōfigere posset david cū piete. Et declia-
uit david a facie eius scdo. Et timuit saul
david: eo q esset dñs cū eo. et a se recessisset.
Amouit ergo eū saul a se: et fecit eū tribu-
nū super mille viros. Et egrediebatur et in-
trabat in cōspectu ppli. In omibus q3 vijs
suis david prudenter agebat: et dñs erat
cū eo. Vidit itaq3 saul q prudēs esset nimis:
et cepit cauere eū. Omnis autez israhel et
iuda diligebat david. Ipse aūt ingredie-
batur et egrediebatur ante eos. Dixitq3 saul
ad david. Ecce filia mea maior merob. ip-
saz dabo tibi vxorē: tantummō esto vir for-
tis. et pliare bella dñi. Saul autem reputa-
bat dicens. Nō sit manus mea in eo: sz sit
super eū manus philistinorū. Ait aūt david
ad saul. Quis ego sū. aut que est vita mea:
aut cognatio pris mei in israhel. ut fiam ge-
ner regis? Factū est autez tempus cū debe-
ret dari merob filia saul david: data ē ha-
driel molathite vxor. Dilexit autez david
michol filiā saul alterā. Et nūtiatuz ē saul:
et placuit ei. Dixitq3 saul. Dabo eā illi. vt fi-
at ei in scandalū: et sit sup eū manus philisti-
norū. Dixitq3 saul ad david. In duabus rebus
gener meus eris hodie. Et mandauit saul
seruis suis. Loquimini ad david clam me: di-
centes. Ecce places regi: et omes serui eius
diligunt te. Nunc ergo esto gener regis.
Et locuti sūt serui saul in auribus david: oīa
verba hec. Et ait david. Num parū videtur
vobis: generū esse regis? Ego autez sum
vir paup. et tenuis. Et renūtiauerūt serui
saul dicentes. Huiuscemōi vba locutus est
david. Dixit aūt saul. Sic loquimini ad da-
uid. Nō habet rex spōsalia necesse. nisi tā-
tum centū pputia philistinorū: ut fiat vlcō
de inimicis regis. Porro saul cogitabat da-
uid tradere in manus philistinorū. Cūq3
renūtiassent serui eius david. vba que di-
xerat saul: placuit sermo in oculis david. vt
fieret gener regis. Et post paucos dies sur-
gēs david: abijt in accharon cū viris qui
sub eo erant. et pcussit ex philistijm ducen-
tos viros. et attulit eorū pputia et ānumera-
uit ea regi: vt esset gener eius. Dedit itaq3
saul ei. michol filiam suam vxorez. Et vidit
saul: et intellexit q dominus esset cū david.
Michol autem filia saul diligebat eum. Et
saul magis cepit timere david. Factusq3 ē
saul inimicus david: cunctis diebus. Et e-
gressi sunt principes philistinorū. A pnci-
pio autez egressionis eorum. prudētius se
gerebat david. q omes viri saul: et celebre
factum est nomen eius nimis.

XIX

Locutus est aūt saul ad ionathan filiū
suū. et ad omnes seruos suos: ut occide-
rēt david. Porro ionathas filius saul dilige-
bat david valde. Et indicauit ionathas
david dicēs. Querit saul pater meus occi-
dere te. Quapropter obserua te queso mane:
et manebis clam et absconderis. Ego aūt
egrediēs stabo iuxta prēm meum in agro
vbicūq3 fuerit. et ego loquar de te ad prēz
meū: et quodcūq3 videro. nuntiabo tibi. Lo-
cutus ē ergo ionathas de david bona: ad
saul prēm suum. Dixitq3 ad eū. Ne pecces
rex in seruum tuū david. quia nō peccauit
tibi: et opa eius bona sūt tibi valde. et posuit
aīam suā in manu tua et pcussit philisteū: et
fecit dñs salutē magnam vniuerso israheli.
Vidisti: et letatus es. Quare ergo peccas
in sanguine innoxio: interficiēs david qui ē
absq3 culpa? Quod cū audisset saul: placatus
voce ionathe iurauit. Viuit dñs: q nō occi-
detur. Vocauit itaq3 ionathas david: et indi-
cauit ei omia verba hec. Et introduxit iona-
thas david ad saul: et fuit ante eū. sicut fue-
rat heri et nudiustercius. Motum est autez
rursum bellū. et egressus david pugnauit ad-
uersuz philistijm: pcussitq3 eos plaga ma-
gna. et fugerunt a facie eius. Et factus est
spiritus dñi malus in saul. Sedebat autē
in domo sua: et tenebat lanceam. Porro da-
uid psallebat in manu sua. Nisusq3 est saul
cōfigere david lācea in piete. Et declinauit
david a facie saul. Lancea aūt casso vulnē

plata eſt in piete: ⁊ dauid fugit: et ſalua=
tus eſt nocte illa. Miſit ergo ſaul ſatellites
ſuos nocte in domū dauid: vt cuſtodirēt
eū et interficeret mane. Quod cū annūtia=
uiſſet dauid michol vxor ſua dicēs. niſi ſal=
uaueris te nocte hac. cras morieris: depo=
ſuit eū p feneſtram. Porro ille abijt ⁊ aufu=
git: atq; ſaluatus ē. Tulit autē michol ſta=
tuā. ⁊ poſuit eā ſup lectū: et pellem piloſaʒ
capraꝝ poſuit ad caput ei⁹: et operuit eā
veſtimentis. Miſit autē ſaul apparitores.
qui raperēt dauid: ⁊ rñſum eſt ꝙ egrota=
ret. Rurſuſq; miſit ſaul nūtios vt viderent
dauid. dicēs. Afferte eum ad me in lecto:
vt occidat̄. Cūq; veniſſent nūtij. inuentū
eſt ſimulacrū ſuper lectum. ⁊ pellis capra=
rum ad caput eius. Dixitq; ſaul ad michol.
Quare ſic illuſiſti michi: ⁊ dimiſiſti inimicū
meū vt fugeret? Et rñdit michol ad ſaul.
Quia ipe locutus eſt michi dicēs. Dimitte
me: alioq̄n interficiam te. Dauid aūt fugi=
ens ſaluat⁹ ē. Et venit ad ſamuel in rama=
tha: et nūciauit ei oīa que fecerat ſibi ſaul.
Et abierūt ipſe et ſamuel: ⁊ morati ſunt in
naioth. Nunciatū eſt autē ſauli a dicētibꝫ.
Ecce dauid in naioth ī ramatha. Miſit er=
go ſaul lictores vt raperēt dauid. Qui cū
vidiſſent cuneū ꝓphaꝝ vaticinantiū: ⁊ ſa=
muel ſtanteʒ ſup eos: factus eſt etiā ſpūs
dñi in illis: ⁊ ꝓphare ceperūt etiaʒ ipi. Q8
cū nunciatū eſſet ſauli: miſit ⁊ alios nūtios.
Prophetauerūt autem ⁊ illi. Et rurſū miſit
ſaul tercios nūtios: qui et ipſi ꝓphauerūt.
Et iratus iracundia ſaul abijt etiam ipe in
ramatha: et venit uſq; ad ciſternā magnā
que eſt in ſochot. Et interrogauit ⁊ dixit.
In quo loco ſūt ſamuel ⁊ dauid? Dictūq;
ē ei. Ecce in naioth ſūt in ramatha. Et abijt
in naioth in ramatha. Et factus ē etiaʒ ſup
eū ſpirit⁹ dñi: ⁊ ambulauit ingrediens: et
ꝓphabat vſq; dum veniret. in naioth in ra=
matha. Et expoliauit etiaʒ ipe ſe veſtimētis
ſuis et ꝓphauit cū ceteris corā ſamuel: ⁊ ce=
cinit nudus tō die illa ⁊ nocte. Vñ ⁊ exiuit
puerbiū. Num ⁊ ſaul inter ꝓphas?

XX

Fugit autē dauid de naioth. que eſt
in ramatha: veniēſq; locutus ē corā
ionatha. Quid feci? Que ē iniquitas mea
et quod peccatū meum in prēm tuū: quia
querit aīam meam? Qui dixit ei. Abſit a te:
nō morieris. Neq; enim faciet pr̄ meus q̄c-
quā grande vel puū: niſi prius indicauerit
michi. Hūc ergo celauit a me pr̄ meus ſer=
moneʒ tātummō. Nequaq̄ enim erit iſtud.
Et iurauit rurſū dauid. Et ait ille. Scit pfe=
cto pr̄ tuus ꝙ inueni gratiaʒ in oculis tuis.
et dicet. Neſciat hoc ionathas: ne forte tri-
ſtetur. Quinimmo viuit dñs ⁊ viuit anima
tua: q2 vno tantum vt ita dicam gradu ego
morſq; diuidimur. Et ait ionathas ad da=
uid. Quodcūq; dixerit michi aīa tua faciam
tibi. Dixit aūt dauid ad ionathan. Ecce ka=
lende ſūt craſtino: ⁊ ego ex more ſedere ſo-
leo iuxta regeʒ ad veſcendū. Dimitte ergo
me vt abſcondar in agro: vſq; ad veſperā
diei tercie. Si reſpiciens requiſierit me pr̄
tuus: rñdebis ei. Rogauit me dauid vt iret
celeriter in bethleem ciuitateʒ ſuā: q2 victīe
ſolemnes ibi ſūt vniuerſis ꝯtribulibꝫ ſuis.
Si dixerit bene: pax erit ſeruo tuo. Si aūt
fuerit iratus: ſcito q2 ꝯpleta eſt malicia ei⁹.
Fac ergo miſcdiaʒ in ſeruum tuū: q2 fedus
dñi me famulū tuū tecū inire feciſti. Si aūt
eſt iniquitas aliqua in me. tu me interfice:
et ad prēm tuum ne introducas me. Et ait
ionathas. Abſit hoc a me. Neq; enim fieri
poteſt: vt ſi certe ꝯgnouero completā eſſe
patris mei maliciā contra te: non annunciē
tibi. Reſpōditq; dauid. ad ionathan. Quis
renūciabit michi: ſi quid forte rñderit tibi
pater tuus dure de me? Et ait ionathas ad
dauid. Veni ⁊ egrediamur foras in agrū.
Cūq; exiſſent ambo in agrū: ait ionathas
ad dauid. Domine deus iſrahel ſi inueſtiga
uero ſententiā patris mei craſtino vel perē=
die ⁊ aliquid boni fuerit ſuper dauid. ⁊ non
ſtatim miſero ad te ⁊ notū tibi fecero: hec fa=
ciat deus ionathe et hec augeat. Si autem
pſeuerauerit patris mei malicia aduerſum
te: reuelabo aurem tuā ⁊ dimittam te vt va=
das in pace: ⁊ ſit dominus tecū ſicut fuit cū
prē meo. Et ſi vixerō. facies m̄ miſcdias dñi:
ſi vero mortuus fuero: nō auferes miſcdiaʒ
tuam a domo mea vſq; in ſempiternū. Aut
ſi non fecero. quādo eradicauerit dominus
inimicos dauid vnumquēq; de tra: auferat

VI
et requisiuit dñs de manu inimicorũ dauid

ionathan de domo sua: ⁊ reqrat dñs de ma-
nu inimicorum dauid. Pepigit ergo iona
thas fedꝰ cũ domo dauid. Et addidit ioñ
thas deierare dauid: eo ꝙ diligeret illum.
Sicut enim animam suã ita diligebat eũ.
Dixitqꝫ ad eũ ionathas. Cras kalēde sũt:
et requireris. Requiretᵘʳ enim sessio tua vsqꝫ
perēdie. Descēdes ergo festinus ⁊ venies
in locum vbi celandus es. in die qñ opari
licet: ⁊ sedebis iuxta lapidē. cui nomen est
ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eũ:
et iaciam quasi exercēs me ad signũ. Mit-
tam qꝫ et puerũ: dicēs ei. Vade ⁊ affer m̄
sagittas. Si dixero puero. ecce sagitte in-
tra te sũt tolle eas: tu veni ad me ꝙ pax ti-
bi est ⁊ nichil ē mali: viuit dñs. Si autem
sic locutus fuero puero. ecce sagitte vltra
te sũt: vade in pace ꝙ dimisit te dñs. De
verbo autem quod locuti sumꝰ ego ⁊ tu: sit
dñs inter me et te vsqꝫ in sempiternũ.

VII

Ab-
sconditus ē ergo dauid in agro: et venerūt
kalende: et sedit rex ad comedendũ panē.
Cũqꝫ sedisset rex sup cathedrã suam scđm
consuetudinē. que erat iuxta parietem: surre-
xit ionathas et sedit abner ex latere saul.
vacuusqꝫ apparuit locus dauid: et non ē
locutus saul quicꝙ̃ in die illa. Cogitabat
enim ꝙ forte euenisset ei. vt nõ esset mundus
nec purificatus. Cũqꝫ illuxisset dies scđa
pꝰ kalēdas: rursus apparuit vacuus locꝰ
dauid. Dixitqꝫ saul ad ionathan filiũ suũ.
Cur nõ venit filius ysai nec heri nec hodie
ad vescendũ?

VIII

Respõditqꝫ ionathas sauli:
Rogauit me obnixe vt iret in bethleem: et
ait. Dimitte me: quoniã sacrificium solēne
est in ciuitate mea: vnus de fratribꝰ meis
accersiuit me. Nunc ergo si inueni gratiã
in oculis tuis: vadã cito et videbo fratres
meos. Ob hanc causam. nõ venit ad men-
sam regis. Iratus autẽ saul aduũsum iona-
than: dixit ei. Fili mulieris uirũ ultro rapi-
entis: nũquid ignoro ꝙ diligis filium ysai
in confusionem tuã. ⁊ in confusionem ignomini-
ose matris tue? Omnibus enim diebꝰ quibꝰ
filius ysai vixerit sup terram: nõ stabilieris
tu neqꝫ regnum tuũ. Itaqꝫ iam nũc mitte. ⁊
adduc eũ ad me: ꝙ filius mortis ē. Respõ-
dens autem ionathas sauli patri suo ait.
Quaē morietᵘʳ? Quid fecit? Et arripuit saul
lanceam vt pcuteret eũ.

P

Et intellexit iona-
thas: ꝙ diffinitũ esset a patre suo. vt interfi-
ceretur dauid. Surrexit ergo ionathas a
mensa in ira furoris: ⁊ nõ comedit in die ka-
lendarum scđa panem. Contristatus ē enim
super dauid: eo ꝙ confudisset eum pater suus.
Cũqꝫ illuxisset mane venit ionathas in agrũ
iuxta placitũ dauid: ⁊ puer puulus cũ eo.
Et ait ad puerum suũ. Vade ⁊ affer michi
sagittas: quas ego iacio. Cũqꝫ puer cucur-
risset: iecit aliã sagittã trans puerũ.

II

Venit
itaqꝫ puer ad locũ iaculi: quod miserat io-
nathas. Et clamauit ionathas post tergũ pu-
eri. ⁊ ait. Ecce ibi est sagitta: porro vltra te.
Clamauitqꝫ iterũ ionathas pꝰ tergũ pueri
dicēs. Festina velociter: ne steteris. Colle-
git autem puer ionathe sagittas. ⁊ attulit
ad dñm suum: ⁊ quid ageretᵘʳ penitus igno-
rabat. Tantummõ enim ionathas ⁊ dauid
rem nouerãt. Dedit ergo ioñathas arma
sua puero: ⁊ dixit ei. Vade et defer in ciui-
tatem. Cũqꝫ abisset puer surrexit dauid de
loco qui vergebat ad austrũ: et cadens p-
nus in terrã. adorauit tercio. Et osculãtes se
alterutrum. fleuerũt pariter. dauid aũt amplius.

III

Dixit ergo ionathas ad dauid. Vade in
pace. Quecunqꝫ iurauimus ambo in nomie
dñi. dicētes: dominus sit inter me ⁊ te. ⁊ in-
ter semen tuum ⁊ semen meũ. vsqꝫ in sempi-
ternum. Et surrexit dauid: et abijt: sed et
ionathas ingressus est ciuitatē.

XXI

S

Venit autem dauid in nobe. ad achime-
lech sacerdotē. Et obstupuit achime-
lech. eo ꝙ venisset dauid: ⁊ dixit ei. Quaē
tu solus: et nullus est tecũ. Et ait dauid ad
achimelech sacẽdotē. Rex pcepit m̄ sermonē.
et dixit. Nemo sciat rem propter quã missus
es a me: ⁊ cuiusmodi pcepta tibi dederim.
Nam et pueris meis condixi. in illũ ⁊ illum
locũ. Nunc ergo si quid habes ad manum.
vel quinqꝫ panes da michi: aut quicquid in-
ueneris.

IIII

Et respondēs sacerdos ad dauid:
ait illi. Non habeo laicos panes ad manũ:
sed tantum panē sanctum. Si mundi sunt
pueri: maxime a mulieribꝰ: manducent. Et
rñdit dauid sacerdoti: ⁊ dixit ei. Et quidẽ
si de mulieribꝰ agitᵘʳ: cõtinuimꝰ nos ab heri

et nudiusterciꝰ qñ egrediebamr: ⁊ fuerūt vasa puerorꝫ sancta. Porro via hec polluta ē: ſꝫ ⁊ ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatū panē. Neqꝫ enim erat ibi panis· niſi tantū panes ꝓpoſicōnis· qui ſubleuati fuerāt a facie dñi: vt ponerent panes calidi. Erat autē ibi vir quidā de ſuis ſaul· in die illa intꝰ in tabernaculo dñi: ⁊ nomē eiꝰ doech ydumeus: potentiſſimus paſtorꝫ ſaul. Hic paſcebat mulas ſaul. Dixit autē dauid ad achimelech. Si habes hic ad manū haſtam aut gladiū da michi: ꝙ gladiū meū ⁊ arma mea non tuli mecū. Sermo enim regis vrgebat. Et dixit ſacerdos. Ecce hic gladiꝰ goliath philiſtei· quē ꝑcuſſiſti in ualle therebinti: ē inuolutus pallio poſt ephot. Si iſtum vis tollē· tolle. Neqꝫ enim hic ē aliꝰ abſqꝫ eo. Et ait dauid. Non eſt huic alter ſilis. Da michi eū. Surrexit itaqꝫ dauid. et fugit in die illa a facie ſaul: ⁊ venit ad achis regē geth. Dixerūtqꝫ ſui achis: cū vidiſſent dauid. Nūquid non iſte eſt dauid rex terre? Nōne huic cantabāt ꝑ choros dicentes: ꝑcuſſit ſaul mille· ⁊ dauid decem milia? Poſuit autem dauid ſmones iſtos in corde ſuo: ⁊ extimuit valde a facie achis regis geth. Et mutauit os ſuū corā achis. et collabebatr inter manus eorꝫ: ⁊ impingebat in oſtia porte: defluebantqꝫ ſaliue eius in barbā. Et ait achis ad ſeruos ſuos. Vidiſtis hominē inſanū: quare adduxiſtis eū ad me? An deſunt nobis furioſi: ꝙ introduxiſtis iſtū vt fureret me pñte? Dimittite illū hinc: ne ingrediatr domū meā. XXII

Abijt ergo dauid inde: ⁊ fugit in ſpeluncam odollā. Quod cū audiſſent frēs eius ⁊ omīs domus patris eiꝰ: deſcēderūt ad eū illuc. Et conuenerūt ad eū oīns q̄ erant in anguſtia conſtituti· ⁊ oppſſi ere alieno et amaro animo: et factus eſt eorꝫ princeps. Fuerūtqꝫ cū eo quaſi quadringēti viri. Et ꝓfectus eſt dauid inde in maſphat: que ē moab. Et dixit ad regem moab. Maneat oro pr̄ meus ⁊ mater mea vobiſcū: donec ſciā quid faciat michi deus. Et reliquit eos ante faciē regis moab. Manſerūtqꝫ apđ eū: cūctis diebꝫ quibꝫ dauid fuit in ꝑſidio.

Dixitqꝫ gad ꝓpheta ad dauid. Noli manere in ꝑſidio. Proficiſcē ⁊ vade in terram iuda. Et ꝓfectus ē dauid: ⁊ venit in ſaltū areth. Et audiuit ſaul ꝙ appar uiſſꝫ dauid: ⁊ viri q̄ erant cū eo. Saul autem cū maneret in gabaa et eſſꝫ in nemore qđ eſt in rama· haſtā manu tenēs· cunctiqꝫ ſerui eius circūſtarēt eū: ait ad ſeruos ſuos qui aſſiſtebāt ei. Audite me nūc filij iemini. Nunquid omībus vobis dabit filius yſai agros et vineas et vniuerſos vos faciet tribunos ⁊ centuriones: qm̄ coniuraſtis omnes aduerſū me. ⁊ nō eſt qui michi renūtiet· maxime cum ⁊ filius meus fedus iunxerit cū filio yſai? Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis. nec qui annūtiet m̄: eo ꝙ ſuſcitauerit filius meꝰ ſuū meū aduerſum me inſidiantem michi vſqꝫ hodie. Reſpondēs autē doech ydumeus q̄ aſſiſtebat· ⁊ erat ꝑmus inter ſuos ſaul: vidi inquit filiū yſai in nobe· apđ achimelech filiū achitob ſacerdotē. Qui conſuluit ꝓ eo dominū: ⁊ cibaria dedit ei. Sed et gladiū goliath philiſtei dedit illi. Miſit ergo rex ad accerſiendū achimelech ſacerdotem filiū achitob: ⁊ omnē domū pr̄is eius ſacerdotū qui erant in nobe. Qui vniuerſi venerūt ad regem. Et ait ſaul ad achimelech. Audi fili achitob. Qui reſpondit. Preſto ſum domine. Dixitqꝫ ad eū ſaul. Quare coniuraſtis aduerſū me tu et filius yſai· ⁊ dediſti ei panes ⁊ gladiū· ⁊ conſuluiſti ꝓ eo dominū: vt conſurgeret aduerſū me inſidiator vſqꝫ hodie ꝑmanēs? Reſpondenſqꝫ achimelech regi ait. Et quis in omībꝫ ſuis tuis ſic dauid fidelis et gener regis ⁊ ꝑgens ad imperiū tuū: ⁊ glorioſus in domo tua? Nū hodie cepi ꝓ eo cōſulere dñm? Abſit hoc a me. Ne ſuſpicetr rex aduerſum ſeruū ſuū rem huiuſcemōi: in vniuerſa domo pr̄is mei. Non enim ſciuit ſeruus tuꝰ quicꝙ̄ ſuper hoc negocio: vel modicū vel grande. Dixitqꝫ rex. Morte morieris achimelech: tu ⁊ omnis domus pr̄is tui. Et ait rex emiſſarijs qui circūſtabant eū. Conuertimini: ⁊ interficite ſacerdotes dñi. Nā manus eorꝫ cū dauid eſt: ſcientes ꝙ fugiſſꝫ ⁊ non indicauerūt michi. Noluerunt autē ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes domini. Et ait rex ad doech. Conuertē tu:

et irrue in sac̄dotes dñi. Cõuersusqꝫ doech ydumeꝰ irruit in sacerdotes: ⁊ trucidauit in die illa octoginta quinqꝫ viros vestitos ephot lineo. Nobe autē ciuitatē sac̄dotū ꝑcussit in ore gladij: viros ⁊ mulieres et paruulos ⁊ lactantes. bouemqꝫ et asinum et ouem in ore gladij. Euadens aūt vnus filius achimelech filij achitob cuius nomē erat abiathar. fugit ad dauid: ⁊ ānūtiauit ei ꝙ occidisset saul sac̄dotes dñi. Et ait dauid ad abiathar. Sciebā enī in die illa: ꝙ cū ibi esset doech ydumeus. ꝓcul dubio ānuntiaret sauli. Ego sum reus omniū animarū patris tui. Mane mecū: ne timeas. Si quis quesierit animā meam queret et animam tuā: mecūqꝫ seruaberis.

XXIII

trãsduxerunt regẽ ⁊ domũ eius iordanen.
om̃esq; viros david cũ eo? Et rñdit omnis
vir iuda ad viros israhel. Quia michi ppri-
or ẽ rex. Cur irasceris sup hac re? Nũquid
comedimus aliq̃d ex rege: aut munera no-
bis data sũt? Et rñdit vir israhel ad viros
iuda: ⁊ ait. Decẽ ptibꝫ maior ego sũ apud
regeȝ: magisq; ad me ptinet david q̃ ad
te. Cur fecisti michi iniuriã: ⁊ nõ michi nũti-
atũ est priori ut reducerẽ regẽ meũ? Duri⁹
aũt rñderunt viri iuda viris isrl̃. XX

Accidit q; ut ibi essȝ vir belial nomĩe
siba filius bochri vir iemineus: ⁊ ceci-
nit bucina ⁊ ait. Non ẽ nobis ps in david:
neq; hereditas in filio ysai. Revertere in ta-
bernacula tua isrl̃. Et sepatus ẽ om̃is isrl̃ a
david. secutusq; ẽ siba filiũ bochri: viri aũt
iuda adheserunt regi suo a iordane usq;
iherusalem. Cũq; venissȝ rex in domũ suaȝ
in iherusalem tulit decẽ mulieres ocubinas
quas dereliquerat ad custodiendã domũ:
et tradidit eas in custodiã alimẽta eis pre-
bens. Et nõ est ingressus ad eas: sed erant
clause usq; in diem mortis sue in viduitate
viuẽtes. Dixit aũt rex amase. Convoca m̃
om̃es viros iuda in diem terciũ: ⁊ tu adesto
pñs. Abijt ergo amasa ut convocaẽt iudã:
et moratus ẽ extra palaciũ qđ ei ostituerat
rex. Ait autem david ad abisai. Nunc ma-
gis afflicturus est nos siba filius bochri q̃
absalon. Tolle ergo servos dñi tui ⁊ psеq-
re eũ: ne forte inveniat civitates munitas ⁊
effugiat nos. Egressi sũt ergo cũ eo viri io-
ab: cerethi q; et felethi ⁊ om̃es robusti exie-
rũt de iherusalem ad psequendũ siba filiuȝ
bochri. Cũq; illi essent iuxta lapidẽ grandẽ
q̃ est in gabaon: amasa veniẽs occurrit eis.
Porro ioab vestitus erat tunica stricta ad
mensurã habitus sui: ⁊ desup accinctus gla-
dio dependẽte usq; ad ilia in vagina: q̃ fab-
catus levi motu egredi poterat ⁊ percutere.
Dixit itaq; ioab ad amasam. Salve mi fra-
ter. Et tenuit manũ dextra mentũ amase: q̃si o-
sculãs eũ. Porro amasa nõ observavit gla-
diũ quẽ habebat ioab. Qui pcussit eũ in la-
tere: et effudit intestina eius in terrã ⁊ mor-
tuus ẽ: nec scđȝ vulnus apposuit. Ioab aũt
et abisai frater eius psecuti sũt siba filiũ bo-
chri. Interea quidã viri cũ stetissent iuxta
cadaver amase de socijs ioab dixerũt. Ecce
q̃ esse voluit p ioab comes david. Amasa
autẽ cõspersus sanguine iacebat in media
via. Vidit hoc quidã vir q; subsisteret oĩs
pplus ad vidẽdũ eum: ⁊ amovit amasaȝ de
via in agrũ: operuitq; eũ vestimẽto ne sub-
sisterẽt transeũtes ppter eũ. Amoto ergo il-
lo de via transibat oĩs vir sequẽs ioab: ad
psequẽdum siba filiũ bochri. Porro ille trã-
sierat p om̃es tribꝫ isrl̃ usq; in abelam et in
bethmacha: om̃esq; viri electi ogregati fue-
rãt ad eũ. Venerũt itaq; ⁊ oppugnabãt eũ
in abela ⁊ in bethmacha: et circũdederunt
municõibꝫ civitatẽ: ⁊ obsessa ẽ urbs. Oĩs
autem turba q̃ erat cũ ioab moliebatur de-
struere muros. Et exclamavit mulier sapi-
ens de civitate. Audite audite: dicite ioab:
appropinq̃ huc ⁊ loquar tecũ. Qui cũ acces-
sisset ad eũ: ait illi. Tu es ioab? Et ille rñdit.
Ego. Ad quẽ sic locuta ẽ. Audi sermones
ancille tue. Qui rñdit. Audio. Rursũq; illa:
sermo inquit dicebatur in veteri pverbio.
Qui interrogãt interrogẽt in abela: ⁊ sic p-
ficebãt. Nõne ego sum q̃ rñdeo veritatẽ in
israhel: et tu queris subvertere civitatẽ: ⁊ eu-
tere matrẽ in israhel? Quare p̃cipitas here-
ditateȝ dñi? Respõdensq; ioab ait. Absit
absit hoc a me: nõ precipito neq; demolior.

Non se sic habet res. Sed hō de monte effraim siba filius bochri ɔgnomine: leuauit manū suā ɔtra regē dauid. Tradite illū: solū: et recedemus a ciuitate. Et ait mulier ad ioab. Ecce caput eius mittet ad te per murū. Ingressa est ergo ad omem populū et locuta est eis sapienter. Qui abscisum caput sibe filij bochri ꝓiecerūt ad ioab. Et ille cecinit tuba: ⁊ recesserunt ab vrbe vnusquisqȝ in tabnacula sua. Joab aūt reuersus ē ihrusalē ad regē. Fuit ergo ioab sup oēȝ exercitū israhel. banaias autē filius ioiade sup cerethꝫos ⁊ felethꝫos: aduram vero sup tributa: porro iosaphat filius ahilud. a comentarijs. Siba autē scriba: sadoch vero et abiathar sacerdotes: hira autem iharites erat sacerdos dauid. XXI

Facta est qȝ fames ī dieb̄ dauid trib̄ annis iugit. Et ɔsuluit dauid oraculum dn̄i: dixitqȝ dn̄s. Propter saul ⁊ domū sanguinū: qꝛ occidit gabaonitas. Vocatis ergo gabaonitis rex: dixit ad eos. Porro gabaonite non sūt de filijs isrl̄: ſꝫ reliquie amorreoꝝ. Filij quippe israhel iurauerāt eis: et voluit saul ꝑcutere eos zelo quasi pro filijs israhel ⁊ iuda. Dixit ergo dauid ad gabaonitas. Quid faciā vobis: ⁊ qd̄ erit vr̄i piaculū: vt bn̄dicatis hereditati dn̄i? Dixerūtqȝ ei gabaonite. Nō ē nobis sup argēto et auro questio: ſꝫ ɔtra saul et ɔtra domū eius: neqȝ volumus ut interficiatur homo de israhel. Ad quos rex ait. Quid ergo vultis ut faciā vobis? Qui dixerūt regi. Virū q̄ attriuit nos ⁊ oppssit inique ita delere debemus: vt nec vnus quidē residuus sit de stirpe eius in cūctis finib̄ israhel. Dent̄ nobis septē viri de filijs eius: ut crucifigamus eos dn̄o in gabaa saul quondā electi dn̄i. Et ait rex. Ego dabo. Pepercitqȝ rex miphiboseth filio ionathe filij saul: ꝓpter iusiurandū: qd̄ fuerat inter dauid et ionathan filiū saul. Tulit itaqȝ rex duos filios respha filie abia: q̄s pepit saul. armoni ⁊ miphiboseth: et quinqȝ filios michol filie saul q̄s genuerat hadrieli filio berzellai qui fuit de molathi: et dedit eos in manus gabaonitarum: qui crucifixerūt eos in monte corā domino. Et ceciderūt hij septē simul occisi in diebus messis ꝑme: incipiente messione ordei. Tollens aūt respha filia abia ciliciū substrauit sibi supra petram ab inicio messis. donec stillaret aqua sup eos de celo: ⁊ nō dimisit aues lacerare eos ꝑ diem: neqȝ bestias ꝑ noctē: Et nūtiata sunt dauid q̄ fecerat respha filia abia ɔcubina saul. Et abijt dauid ⁊ tulit ossa saul. et ossa ionathe filij eius a viris iabes galaad q̄ furati fuerāt ea de platea bethsan. in qua suspenderāt eos philistijm cū interfecissent saul in gelboe: ⁊ asportauit inde ossa saul. et ossa ionathe filij eius: ⁊ colligētes ossa eoꝝ q̄ affixi fuerāt. sepelierūt ea cū ossibus saul. et ionathe filij eius: in terra beniamin in latere sepulcri cis patris saul. Fecerūtqȝ omia q̄ ꝑceperat rex: ⁊ repropiciatus est deus terre post hec. Factuȝ est aūt rursū preliuȝ philistinoꝝ adūsuȝ isrl̄: ⁊ descendit dauid et serui eius cū eo: ⁊ pugnabāt ɔtra philistijm. Deficiēte aūt dauid. iesbi de nob. qui fuit de gn̄e arafa cuius ferrū haste trecentas vncias appēdebat. et accīctus erat ense nouo: nisus ē ꝑcutere dauid: p̄sidioqȝ ei fuit abisai filius saruie: ⁊ percussum philisteum interfecit. Tunc iurauerūt viri dauid dicētes. Jā non egredieris nobiscū in bellū: ne extinguas lucernā israhel. Scd̄m qȝ fuit bellū in gob: ɔtra philisteos. Tūc ꝑcussit sobochai de vsathi. zaph de stirpe arafa: de genere gigātiū. Terciū qȝ fuit bellū in gob cōtra philisteos. in q̄ ꝑcussit adeodatus filius saltus polimitarius bethleemites goliath gethꝫū: cuius hastile haste erat q̄si liciatoriū texentiū. Quartū bellū fuit in geth: in q̄ vir fuit excelsus q̄ senos in manib̄ pedib̄qȝ habebat digitos idest viginti ⁊ q̄tuor: et erat de origine arafa: et blasphemauit israhel. Percussit autēȝ eū ionathas filius sammaa fratris dauid. Hij quatuor nati sunt de arapha in geth: et ceciderunt in manu dauid et seruorum eius. XXII

Locutus est autē dauid dn̄o v̄ba carminis huius: in die q̄ liberauit eū dominus de manu omniū inimicoꝝ suoꝝ: ⁊ de manu saul. Et ait. Dominus petra mea: ⁊ robur meū: ⁊ saluator meus. Deus dn̄s fortis meus: sperabo in eū. Scutū meū et cornu salutis mee: eleuator meus. et refugium meū.

saluator meus: de iniquitate liberabis me.
Laudabilem inuocabo dñm: et ab inimicis
meis saluus ero. Quia circumdederūt me
otricões mortis: torrētes belial terruerunt
me. Funes inferi circūdederūt me: preuenerūt
me laquei mortis. In tribulacōe mea inuo-
cabo dñm: et ad deū meū clamabo. Et exau-
diet de tēplo sancto suo vocem meā: et cla-
mor meus veniet ad aures eius. Cōmota
ē et otremuit terra: fundamēta montiū ocus-
sa sūt et oquassata: quō iratus ē eis. Ascen-
dit fumus de naribꝫ eius: et ignis de ore ei⁹
vorauit: carbones succensi sūt ab eo. Et in-
clinauit celos et descendit: et caligo sub pe-
dibꝫ eius. Et ascēdit sup cherubin et volauit:
et lapsus ē sup pēnas venti. Et posuit tene-
bras in circuitu suo latibulū: cribrās aq̄s de
nubibꝫ celorū. Pre fulgore in ospectu eius
nubes: succēsi sūt carbones ignis. Tonabit
de celo dñs: et excelsus dabit vocem suam.
Misit sagittas suas et dissipauit eos. fulgu-
ra: et osūpsit eos. Et apparuerūt effusiones
maris: et reuelata sūt fundamēta orbis. ab
increpacōe dñi: ab inspiracōe spūs furoris
eius. Misit de celo. et assumpsit me: et traxit
me de aquis multis. Liberauit me ab inimi-
co meo potētissimo: et ab hiis qui oderāt
me: quō robustiōes me erāt. Preuenit me
in die afflictōnis mee: et factus ē dominus
firmamentū meum. Et eduxit me in latitudi-
nē: liberauit me qz oplacui ei. Retribuet michi
dñs scdm iusticiā meā: et scdm mūdiciā ma-
nuū mearū reddet michi. Quia custodiui vias
dñi: et non egi impie a deo meo. Omnia enim
iudicia eius in ospectu meo: et pcepta eius
nō amoui a me. Et ero pfectus corā eo: et
custodiā me ab iniq̄tate mea. Et restituet
michi dñs scdm iusticiā meā: et scdz mundi-
ciā manuū mearū in ospectu oculorū suorū.
Cū sancto scūs eris: et cū robusto pfectus.
Cū electo elcūs eris: et cū puerso sbuerteris.
Et ppl'm pauperē saluū facies: oculisqz tuis
excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea
dñe. et tu dñe illuminabis tenebras meas.
In te enim currā accinctus: in deo meo trāsi-
liā murū. Deus immaculata via eius: eloq-
um dñi igne examinatū: scutū ē omniū spe-
rantiū in se. Quis ē deus pter dominū: et q̄s
deus fortis pter deum nrm? Deus q̄ accinxit
me fortitudine: et oplanauit pfectā viā meā.
Coequās pedes meos ceruis. et sup excelsa
mea statuēs me. Docēs manus meas ad p̄-
liū: et oponēs quasi arcū ereū brachia mea.
Dedisti michi clipeū salutis tue: et māsuetu-
do mea multiplicauit me. Dilatabis gressus
meos subtus me: et non deficient tali mei.
Persequar inimicos meos et oterā: et non
ouertar donec osumā eos. Cōsumaz eos et
ofringā vt nō osurgāt: cadent sub pedibꝫ
meis. Accinxisti me fortitudine ad p̄liū: in-
curuasti resistētes michi subtus me. Inimi-
cos meos dedisti michi dorsū: odiētes me:
et disp̄dā eos. Clamabūt et nō erit q̄ saluet:
ad dñm: et non exaudiuit eos. Delebo eos
vt puluerē terre: quasi lutū platearū cōmi-
nuā eos atqz ofringaz. Saluabis me a cō-
tradictōnibꝫ populi mei: custodies me in
caput gentiū. Populus quē ignoro seruiet
michi: filii alieni resistēt michi: auditu auris
obedient michi. Filii alieni defluxerūt: et cō-
trahētur in angustiis suis. Viuit dominus
et bñdictus deus meus: et exaltabitur deus
fortis salutis mee. Deus qui das vindictas
michi: et deicis populos sub me. Qui educis
me ab inimicis meis: et a resistētibꝫ michi ele-
uas me: a viro iniquo liberabis me. Proptērea
cōfitebor tibi dñe in gentibꝫ: et nomini tuo
cātabo. Magnificanti salutē regis sui: et fa-
ciēti misericordiā cristo suo dauid: et semini eius
usqz in sempiternū.

XXIII

Hec autē sūt verba nouissima: que dixit dauid filius
ysai. Dixit vir cui cōstitutū est de xpo dei ia-
cob: egregius psaltes israhel. Spiritus dñi
locutus ē p me: et sermo eius p linguā meā.
Dixit. Deus israhel michi locutus est: fortis
israhel. Dominator hoīm iustus: et dñator in
timore dei. Sicut lux aurore oriēte sole ma-
ne absqz nubibꝫ rutilat: et sicut pluuiis ger-
minat herba de terra. Nec tanta est domus
mea apd deū. vt pactū eternū iniret mecū
firmū in omibꝫ atqz munitū. Cūcta enim sa-
lus mea et ois volūtas: nec ē quicq̄ ex ea qd
nō germinet. Preuaricatores aūt quasi spi-
ne euellentur vniuersi: q nō tolluntur manibꝫ.
Et si quis tangere voluerit eas. armabitur
ferro et ligno lāceato: igneqz succēse oburētur

vſqꝫ ad nichilũ. Hec nomĩa fortiũ dauid.
Dauid ſedẽs in cathedra ſapiẽtiſſimus prin-
ceps inter tres. Ipe ē quaſi tenerrimus lig-
vermiculus: qui octingẽtos interfecit im-
petu vno. Poſt hũc eleazar filius patrui eiꝰ
ahoites inter tres fortes q̃ erãt cũ dauid:
quãdo exprobrauerĩt philiſtijm ⁊ ꝯgrega-
ti ſunt illuc in p̃lium. Cũqꝫ aſcẽdiſſent filij
iſrahel. ipe ſtetit ⁊ ꝑcuſſit philiſteos: donec
deficeret manus eius. et obrigeſcẽt cũ gla-
dio. Fecitqꝫ dñs ſalutez magnã in die illa:
et ꝑplus qui fugerat reũſus ē ad ceſorum
ſpolia detrahẽda. Et poſt hũc ſammaa filiꝰ
agge: de arari. Et cõgregati ſũt philiſtijm
in ſtacõne. Erat quippe ibi ager lente ple-
nus. Cunqꝫ fugiſſꝫ ꝑplus a facie philiſtijm
ſtetit ille in medio agri: ⁊ tuitus eſt eũ. Per-
cuſſitqꝫ philiſteos: et fecit dñs ſalutez ma-
gnã. Necnõ et ante deſcẽderãt tres q̃ erãt
principes inter triginta: ⁊ venerãt tempe
meſſis ad dauid in ſpelũcaꝫ odollam. Ca-
ſtra autẽ philiſtinoꝝ erãt poſita in valle
gigantũ: ⁊ dauid erat in p̃ſidio: porro ſta-
cõ philiſtinoꝝ tũc erat in bethleem. Deſi-
derauit ergo dauid ⁊ ait. O ſi q̃s michi da-
ret potũ aque de ciſterna: q̃ ē in bethleem.
iuxta portã. Irruperũt ergo tres fortes ca-
ſtra philiſtinoꝝ: ⁊ hauſerĩt aquã de ciſter-
na bethleem. q̃ erat iuxta portã: et attulerĩt
ad dauid. At ille noluit bibere: ſꝫ libauit il-
laꝫ dño dicẽs. Propitius ſit michi dñs: ne
faciã hoc. Nũ ſanguinẽ hoĩm iſtoꝝ q̃ ꝓfe-
cti ſũt. ⁊ aĩaꝝ periculũ bibã? Noluit ergo
bibere. Hec fecerũt tres robuſtiſſimi. Abi-
ſai q̃ꝫ frater ioab filius ſaruie. pñceps erat
de tribꝰ. Ipe eſt qui leuauit haſtam ſuam.
cõtra trecẽtos q̃s interfecit: nominatus in
tribꝰ: et inter tres nobilioꝛ: eratqꝫ eoꝝ pñ-
ceps: ſed vſqꝫ ad tres p̃mos nõ ꝑuenerat.
Et banaias filius ioiade viri fortiſſimi ma-
gnoꝝ opeꝝ: de capſeel. Ipe ꝑcuſſit duos
leones moab: ⁊ ipſe deſcẽdit et ꝑcuſſit leo-
nẽ in media ciſterna in diebꝰ niuis. Ipe q̃ꝫ
interfecit virũ egiptiũ: virũ dignũ ſpecta-
culo: hñtez in manu haſtã. Itaqꝫ cũ deſcen-
diſſꝫ ad eũ in virga vi extorſit haſtã de ma-
nu egiptij: ⁊ interfecit eũ haſta ſua. Hec
fecit banaias filius ioiade. Et ipe nomiatꝰ
inter tres robuſtos. qui erãt inter trigĩta
nobiliores: verũtamẽ vſqꝫ ad tres nõ ꝑue-
nerat. Fecitqꝫ eũ ſibi dauid auricularium a
ſecreto. Aſahel frater ioab: inter triginta.
Eleanan filius patrui eius. de bethleeꝫ. Sẽ-
ma de arari. Elicha de arodi. Heles de phal-
ti. Hira filius acces de thecua. Abieſer de a-
nathot. Mobonnai de vſathi. Selmon ahoi-
tes. Macharai netophatites. Eleph filius
baana: et ipſe netophatites. Itai filius ri-
bai: de gebeeth filioꝝ bẽiamin. Banai pha-
ratonites. Heldai de torrẽte gaas. Albial-
bon arbathites. Azamaueth de beromi. E-
liaba de ſalbom. Filij iaſen: ionathan. Sem-
ma de orodi. Haiam filius ſarar arothites.
Elifeleth filius aaſbai filij maachati. Heliã
filius achitofel gelonites. Eſrai de carmelo.
Farai de arbi. Igaal filius nathan. de ſoba.
Bonni de gaddi. Selech de ammoni. Naa-
rai berothites armiger ioab filij ſaruie. Hi-
ra ihetrites. Hareb et ipſe ihetrites. Vrias
ethꝫus. Oĩes triginta ſeptẽ. XXIIII

Et addidit furoꝛ dñi iraſci cõtra iſrl:
ꝯmouitqꝫ dauid in eis dicẽtez ad io-
ab. Vade numera iſrahel ⁊ iudam. Dixitqꝫ
rex ad ioab principẽ exercitus ſui. Peram-
bula oĩes tribꝰ iſrahel. a dan vſqꝫ ad berſa-
bee. ⁊ numerate populũ: vt ſciam numeruꝫ
eius. Dixitqꝫ ioab regi. Adaugeat dominꝰ
deus tuus ad populũ tuũ quãtus nũc eſt:
iterũqꝫ centuplicet in ꝯſpectu dñi mei regiſ.
Sed quid ſibi dñs meus rex vult in re hu-
iuſcemõi? Obtinuit autẽ ſmo regis verba
ioab: et principũ exercitus. Egreſſuſqꝫ eſt
ioab ⁊ principes militũ a facie regis. vt nu-
meraret ꝑplm iſrahel. Cũqꝫ ꝑtrãſiſſent iorda-
nen. venerũt in aroer ad dexterã vrbis q̃ ē
in valle gad: ⁊ ꝑ iazer trãſierũt in galaad.
et in terrã inferiorẽ hodſi: ⁊ venerũt in dan
ſilueſtria. Circueũteſqꝫ iuxta ſydonẽ trãſie-
rũt ꝓpe menia tyri. ⁊ oĩeꝫ terrã euei et cha-
nanei: venerũtqꝫ ad meridiẽ iudam berſa-
bee: ⁊ luſtrata vniũſa terra. affuerunt poſt
nouẽ menſes et viginti dies in iheruſalem.
Dedit ergo ioab numerũ deſcripcõis ꝑpli
regi. Et inuenta ſũt de iſrahel. octingẽta mi-
lia viroꝝ fortiũ qui educerẽt gladiũ: et de
iuda q̃ngenta milia pugnatoꝝ. Percuſſit

aūt cor dauid eū postq̄ numeratus ē pp̄ls.
Et dixit dauid ad dn̄m. Peccaui valde in
hoc facto: ſꝫ p̄cor dn̄e ut trāſferas iniq̄tatē
ſui tui: quia ſtulte egi nimis. Surrexit ita-
qꝫ dauid mane: et ſermo dn̄i factus eſt ad
gad ꝓphetā ⁊ videntē dauid dicēs. Vade
et loq̄re ad dauid. Hec dicit dn̄s. Triū ti-
bi datur optio: elige vnū quod volueris

VI

ex hijs: vt faciā tibi. Cūqꝫ veniſſꝫ gad ad
dauid: nūciauit ei dicēs. Aut ſeptē ānis ve-
niet tibi fames in terra tua: aut trib⁊ menſi-
bus fugies aduerſarios tuos ⁊ illi te per-
ſequent̄: aut certe trib⁊ dieb⁊ erit peſtilen-
tia in terra tua. Nūc ergo delibera: et vide
quem rn̄deam ei qui me miſit ſermonē. Di-
xit aūt dauid ad gad. Coartor nimis. Sꝫ
melius eſt vt incidā in manus dn̄i: multe
eni miſericordie eius ſunt: q̄ꝫ in manus ho-
minū. Immiſitqꝫ dn̄s peſtilentiā in iſrl̄. de
mane uſqꝫ ad tēpus ꝯſtitutū: et mortui ſūt
ex pp̄lo a dan uſqꝫ berſabee ſeptuaginta
milia viroꝝ. Cūqꝫ extendiſſꝫ manū ſuā an-
gelus dn̄i ſup ihrl̄m vt diſpderet eā: miſer-
tus eſt dn̄s ſup afflictione: et ait āgelo per-
cutiēti pp̄lm. Sufficit nūc: cōtine manū tuā

VII

Erat aūt āgelus dn̄i iuxta areā areuna ihe-
buſei. Dixitqꝫ dauid ad dn̄m: cū vidiſſꝫ an-
gelū cedentē pp̄lm. Ego ſū qui peccaui et
ego inique egi: iſti qui oues ſūt quid fece-
rūt? Vertat̄ obſecro manus tua cōtra me:
et cōtra domū p̄ris mei. Venit aūt gad ꝓ-
pheta ad dauid in die illa: et dixit ei. Aſcē-
de ⁊ ꝯſtitue altaē dn̄o: in area areuna iheb-
ſei. Et aſcēdit dauid iux̄ ſmonē gad: quē
p̄ceperat ei dn̄s. Cōſpiciēnſqꝫ areuna aīad-
uertit regē ⁊ ſuos eius tranſire ad ſe: et e-
greſſus adorauit regē ꝓno vultu in terraꝫ
et ait. Quid cauſe ē vt veīat dn̄s me⁹ rex
ad ſuū ſuūꝫ? Cui dauid ait. Vt emā a te a-

VIII

reā: et edificē altare dn̄o: ⁊ ceſſꝫ interfectio
que graſſatur in pp̄lo. Et ait areuna ad da-
uid. Accipiat ⁊ offerat dn̄s meus rex: ſicut
placet ei. Habes boues in olocauſtum: et
plauſtrū ⁊ iuga boū in vſum lignoꝝ. Oīa
dedit areuna regi. Dixitqꝫ areuna ad regē.
Dn̄s deuſ tuus ſuſcipiat votū tuū. Cui r̄ſpō-
dens rex ait. Nequaq̄ꝫ vt vis ſed emā p̄cio
a te: et nō offeram dn̄o deo meo olocauſta
g̃tuita. Emit ergo dauid areaꝫ ⁊ boues ar-
genti ſiclis quinq̄ginta: et edificauit ibi dn̄o
altaē dn̄o: ⁊ obtulit olocauſta ⁊ pacifica. Et
ꝓpiciatus ē dn̄s t̄re: et cohibita ē plaga ab
iſrl̄. Expl̄. liber regū ſcd̄us Incipit tercius.

Et rex dauid ſenu-
erat: habebatqꝫ e-
tatis plurimos dieſ.
Cūqꝫ operiretur ve-
ſtib⁊ nō caleſiebat.
Dixerūt ergo ei ſer-
ui ſui. Queram⁹ do-
mino nr̄o regi ado-
leſcentulā virginē: ⁊ ſtet corā rege. et foue-
at eū dormiatqꝫ in ſinu ſuo: et calefaciat do-
minū nr̄m regē. Queſierūt igit̄ adoleſcētu-
lam ſpecioſam in omnib⁊ finib⁊ iſrl̄: et inue-
nerūt abiſac ſunamiten. et adduxerūt eaꝫ
ad regē Erat aūt puella pulcra nimis: dor-
miebatqꝫ cū rege. et miniſtrabat ei: rex ve-
ro nō ꝯgnouit eā. Adoniaſ aūt filius agith

II

eleuabat̄ dicēs. Ego regnabo. Fecitqꝫ ſibi
currus ⁊ equites: et quinq̄ginta viros q̄
currerēt ante eū. Nec corripuit eū pater ſu-
us aliquādo dicēs. Quaē hoc feciſti? Erat
autē ⁊ ip̄e pulcer valde: ſcd̄s natu poſt ab-
ſalon. Et ſermo eius cū ioab filio ſaruie. et
cū abiathar ſacerdote: qui adiuuabāt ptes
adonie. Sadoch vero ſacerdos. ⁊ banaiaſ

III

filius ioiade ⁊ nathan ꝓpheta ⁊ ſemei ⁊ cere-
thi ⁊ felethi. ⁊ oīne robur exercitus dauid
nō erat cū adonia. Immolatis ergo adoni-
as arietib⁊ et vitulis ⁊ vniūſis pinguib⁊ iu-
xta lapidem zoeleth qui erat vicinus fonti
rogel: vocauit vniūſos fratres ſuos filios
regis. et oīnes viros iuda ſeruos regis: na-
than autē ꝓphetam ⁊ banaiam ⁊ robuſtos
quoſqꝫ ⁊ ſalomonē fratreꝫ ſuū non vocauit.
Dixit itaqꝫ nathan ad bethſabee matreꝫ ſa-

IIII

lomonis. Num audiſti q̄ regnauerit adoni-
as fili⁹ agith. ⁊ dn̄s noſter dauid hoc igno-
rat? Nūc ergo veni accipe ꝯſiliū a me: et ſal-
ua animā tuā filijqꝫ tui ſalomonis. Vade ⁊
ingredere ad regē dauid: et dic ei. Nōne
tu dn̄e mi rex iuraſti michi ancille tue dicēſ:
q̄ ſalomon filius tuus regnabit poſt me.
et ip̄e ſedebit in ſolio meo? Quare ergo re-
gnat adonias? Et adhuc ibi te loquente

b cū rege ego veniā post te: et oplebo fmo-
nes tuos. Ingressa ē itaq3 bethsabee ad re-
gē in cubiculo. Rex autē senuerat nimis: et
abisac sunamitis ministrabat ei. Inclinauit
se bethsabee: et adorauit regē. Ad quā rex.
qd tibi inquit vis? Que rn̄dens ait. Domi-
ne mi tu iurasti p dn̄m deu3 tuū ancille tue:
salomō filius tuus regnabit post me: et ipe
sedebit in solio meo: et ecce nūc adonias re-
gnat: te domie mi rex ignorāte. Mactauit
boues et pinguia queq3 et arietes plurimos:
et vocauit om̄es filios regis. abiathar q3
sacerdotē. et ioab principe3 militie: salomo-
nem aūt fuū tuū non vocauit. Verūtamē
dn̄e mi rex in te ocli respiciūt tocius israhel:
vt indices eis quis sedere debeat in solio
tuo domie mi rex post te. Eritq3 cū dormie-
rit dn̄s meus rex cū patribꝫ suis: erim⁹ ego
et filius meus peccatores. Adhuc illa loquē-
te cū rege: nathan ppheta venit. Et nuncia-
VI uerūt regi dicentes. Adest nathan ppheta
Cūq3 introisset in ospectu regis et adorasset
eū pnus in terrā: dixit nathan. Dn̄e mi rex
tu dixisti. adonias regnet post me. et ipse se-
deat sup thronū meū? Quia descēdit hodie.
et immolauit boues et pinguia et arietes
plurimos: et vocauit vniūsos filios regis
et principes. Abiathar q3 sacerdotē: illisq3
vescentibꝫ et bibētibꝫ corā eo. et dicētibꝫ vi-
uat rex adonias: me fuū tuum. et sadoch
sacerdotē et banaiam filiū ioiade et famulū
tuū salomonē nō vocauit. Nūquid a dn̄o
meo rege exiuit hoc verbū: et michi nō in-
dicasti fuo tuo. quis sessurus esset sup thro-
VII num dn̄i mei regis post eu3? Et rn̄dit rex
dd dicens. Vocate ad me bethsabee. Que
cū fuisset ingressa corā rege. et stetisset āte eū:
iurauit rex et ait. Viuit dn̄s q eruit animā
de omni angustia: qa sicut iuraui tibi p do-
minū deū isrl' dicēs salomō filius tu⁹ regna-
bit post me. et ipse sedebit sup soliū meu3
p me: sic faciam hodie. Summissoq3 bethsa-
bee in terrā vultu: adorauit regē dicēs. Vi-
uat domin⁹ meus rex dauid. in eternū. Di-
VIII xitq3 rex dauid. Vocate m sadoch sacdo-
tē. et nathan pphetā: et banaiā filiū ioiade.
Qui cū ingressi fuissent corā rege: dixit ad
ad eos. Tollite vobiscū fuos dn̄i vestri: et

imponite salmonē filiū meū sup mulā mea3.
et ducite eū in gion: et vnguat eū ibi sadoch
sacerdos et nathan ppha in regē sup israhe.
Et canetis bucina: atq3 dicetis. Viuat rex
salomon. Et ascendetis post eū et venietis
in ihrlm: et sedebit sup soliū meū: et ipse re-
gnabit p me illiq3 pcipiā: vt sit dux sup isrl'
et sup iudā. Et rn̄dit banaias filius ioiade
regi dicēs. Amē. Sic loqtur dn̄s deus dn̄i
mei regis. Quō fuit domin⁹ cū dn̄o meo re-
ge. sic sit cū salomone: et sblimius faciat so-
P liū eius. a solio dn̄i mei regis dauid. Descēdit
ergo sadoch sacdos et nathā ppha et banai
as filius ioiade. et cerethi et felethi et imposu-
erūt salomonē sup mulā regis dauid: et ad
duxerūt eū in gion. Sumpsitq3 sadoch sacer-
dos cornu olei de tabnaclo. et vnxit salomo
nē: et cecinerūt bucina: et dixit om̄is pp's.
Viuat rex salomon. Et ascendit vniūsa ml'-
titudo post eū et pplus canētiū tibijs et letā-
tiū gaudio magno: et insonuit terra a cla-
II more eo3. Audiuit aūt adonias: et om̄es
q inuitati fuerāt ab eo. Iamq3 ouiuiū finitū
erāt. Sed et ioab audita voce tube. ait. Quid
sibi vult clamor ciuitatis tumultuātis? Ad-
huc illo loquēte: ionathan filius abiathar
sacdotis venit. Cui dixit adonias. Ingrede-
re qr vir fortis es: et bona nūciās. Rn̄ditq3
ionathan adonie. Nequaq̄. Dn̄s enim no-
ster rex dauid regē ostituit salomonē: mi-
sitq3 cū eo sadoch sacdotē et nathan pphetā.
et banaiā filiu3 ioiade. et cerethi et felethi: et
imposuerūt eū sup mulā regis. Vnxerūtq3
eū sadoch sacerdos et nathā ppheta regem
in gion: et ascenderunt inde letātes: et inso-
III nuit ciuitas. Hec ē vox quā audistis. Sed
et salomō sedet sup soliū regni: et ingressi f-
ui regis benedixerunt dn̄o nr̄o regi dauid
dicētes. Amplificet deus nomē salomonis
sup nomen tuū: et magnificet thronū eius
sup thronū tuū. Et adorauit rex in lectulo
suo: insup et hec locutus est. Benedictus do-
minus deus isrl': qui dedit hodie sedentē in
solio meo videtibꝫ oculis meis. Territi sūt
ergo et surrexerūt om̄es qui inuitati fuerāt
IIII ab adonia: et iuit vnusquisq3 in viā sua3. A-
S donias aūt timēs salomonē surrexit et abijt
in tabnaculū dn̄i: tenuitq3 cornu altaris. Et

nūciauerūt salomoni dicētes. Ecce adonias
timēs regē salomonē3 tenet cornu altaris
dicēs. Iuret michi rex salomō hodie: q nō
interficiat ſuū ſuū gladio. Dixitq3 salomō.
Si fuerit vir bonus nō cadet ne vnus q̄dē
capillus eius in terrā: ſinaute malū inuētū
fuerit in eo· morietur. Misit ergo salomō· ⁊
eduxit eū ab altari: et ingressus adorauit
regē salomonē. Dixitq3 ei salomō. Vade in

b

Appropinquerūt ⁊ domū tuā. II

autē dies dauid vt moreretur: pcepit-
q3 salomoni filio suo dicēs. Ecce ego ingre-
dior viā vniūſe terre. Cōfortare ⁊ esto vir
fortis: et obſua vt custodias mādata dñi
dei tui· vt ambules in viis eius· et custodi-
as cerimonias eius ⁊ pcepta eius ⁊ iudicia
et testimonia· sicut scriptū ē in lege moysi:
vt intelligas vniūſa q̄ facis· ⁊ quocūq3 te v-
teris: vt ofirmet dñs ſmoēs suos: q̄s locu-
tus est dñs de me dicēs. Si custodierint
filii tui vias meas· ⁊ ābulauerit corā3 me
in veitate· in omni corde suo· et in omni aīa
sua: nō auferetur tibi vir de solio isrl'. Tu q3

C vi

nosti q̄ fecerit michi ioab filius saruie· que
fecerit duob9 pncipib9 exercitus isrl'· abner
filio ner ⁊ amasa filio iether· quos occidit
et effudit sanguinē belli in pace: et posuit
cruorē plii in baltheo suo qui erat circa lū-
bos eius: et in calciamēto suo quod erat in
pedib9 eius. Facies ergo iuxta sapiā3 tuā:
⁊ nō deduces caniciem eius pacifice ad in-
feros. Sed ⁊ filiis berzellai galaaditis rd-
des gratiā: eruntq3 comedētes in mēsa tua.
Occurrerūt enim michi: qñ fugiebā a facie
absalō fratris tui. Habes q3 apud te semei

vii

filiū gera filii iemini de baurim: q̄ maledi-
xit michi maledictiōe pessima qñ ibam ad
castra. Sed q descendit michi in occursū
cū trāsirem iordanē ⁊ iuraui ei p dñm dicēs
nō te interficiā gladio: tu noli pati eū esse i-
noxiū. Vir aūt sapiēs es vt scias q̄ facies
ei: deducesq3 canos eius cū sanguine ad in-
feros. Dormiuit igit' dauid cū pñb9 suis:
et sepultus ē in ciuitate dd. Dies aūt quib9
regnauit dauid super isrl': q̄draginta anni
sūt. In ebron regnauit septē ānis: in ihrlm
trigintatrib9. Salomō aūt sedit sup thro-

viii

nū dauid patris sui: et firmatū est regnum
eius nimis. Et ingressus est adonias filius
agith ad bethsabee matrē salomonis. Que
dixit ei. Pacificus ne ē ingressus tuus? Qui
rñdit. Pacificus. Addiditq3. Sermo michi
est ad te. Cui ait. Loquere. Et ille: tu inq̄t
nosti q̄a meu3 erat regnū· et me pposuerat
omnis israhel sibi in regē: ſ3 trāslatū ē regnū
⁊ factū est fris mei. A dño eni cōstitutū est
ei. Nūc ergo petitionē vnā pcor a te: ne cō-
fundas faciē meā. Que dixit ad eū. Loq̄re.
Et ille ait. Precor vt dicas salomoni regi:
neq3 eni negare tibi quicq̄ potest: vt det
michi abisac sunamitē vxorē. Et ait bethsa-
bee. Bene ego loq̄r p te regi. Venit ergo
bethsabee ad regē salomonē: vt loq̄ret' ei
p adonia. Et surrexit rex in occursum eius

P

adorauitq3 eā: et sedit sup thronū suū3. Po-
situsq3 est thronus matri regis: q̄ sedit ad
dextrā eius: dixitq3 ei. Petitionē vnā puulā
ego depcor a te: ne ofundas faciē meā. Et
dixit ei rex. Pete mater mea. Neq3 eni fas
est: vt auertam faciē tuā. Que ait. Detur abi-
sac sunamitis adonie fratri tuo vxor. Rñdit-
q3 rex salomō: ⁊ dixit matri sue. Quare po-
stulas abisac sunamitē adonie? Postula ei
et regnū. Ipse est enim frater meus maior
me: et habet abiathar sacerdotē· et ioab filiū
saruie. Iurauit itaq3 rex salomon p dñm di-

II

cēs. Hec faciat michi deus ⁊ hec addat: q̄a
otra animā suā locutus est adonias verbu3
hoc. Et nūc viuit dñs qui firmauit me ⁊ col-
locauit me sup soliū dauid patris mei: ⁊ q̄
fecit michi domū sicut locutus est: q̄a hodie
occidetur adonias. Misitq3 rex salomon p
manū banaie filii ioiade: qui interfecit eum
et mortuus ē. Abiathar q3 sacerdoti dixit
rex. Vade in anathot ad agrū tuū. Et q̄dē
vir mortis es: ſ3 hodie te nō interficiā: quia
portasti archam dñi dei corā dauid patre
meo: et sustinuisti laborē in omnib9 in q̄bus
laborauit pater meus. Eiecit ergo salomō
abiathar vt nō esse3 sacerdos dñi: vt imple-
retur ſmo dñi quē locutus ē sup domū heli
in silo. Venit autē nūcius ad salomonē q

III

ioab declinasse3 post adoniā: ⁊ post salomo-
nem non declinasse3. Fugit ergo ioab in tab-
naculū domini: et apphendit cornu altaris.
Nunciatumq3 est regi salomoni q fugisset

ioab in tabnaculū dñi: et esset iuxta altare.
Misitq3 salomō banaiā filiū ioiade dicens.
Vade interfice eū. Et venit banaias ad ta-
bnaculū dñi: 7 dixit ei. Hec dicit rex. Egre-
dere. Qui ait. Nō egrediar: sed hic moriar
Renūciauit banaias regi sermonē dicens.
Hec locutus ē ioab: et hec locutus ē michi.
Dixitq3 ei rex. Fac sicut locutus ē: et interfi-
ce eū 7 sepeli: et amouebis sanguinē inno-
cētem qui effusus ē a ioab. a me 7 a domo
pris mei: et reddet dñs sanguinē eius sup
caput eius: q̄a interfecit duos viros iustos
melioresq3 se: et occidit eos gladio patre
meo dauid ignorāte: abner filiū ner pñci-
pē milicie isrl: 7 amasam filiū gether princi-
pē exercitus iuda. Et reuertet̄ sanguis illoꝝ
in caput ioab 7 in caput seminis ei9 in sem-
piternū: dauid aūt 7 semini eius 7 domui 7
throno illius sit pax vsq3 ineternū a dño.
Ascendit itaq3 banaias filius ioiade 7 ag-
gressus eū interfecit: sepultusq3 ē in domo
sua in deserto. Et cōstituit rex banaiā filiū io-
iade p eo sup exercitū: 7 sadoch sacerdotē po-
suit p abiathar. Misitq3 rex 7 vocauit se-
mei: dixitq3 ei. Edifica tibi domū in ihrlm. 7
habita ibi: et nō egredieris inde huc atq3
illuc. Quacūq3 autē die egressus fueris 7
trāsieris torrentē cedron: scito te interficiē-
dum. Sanguis tuus erit super caput tuum.
Dixitq3 semei regi. Bon9 sermo. Sicut locu-
tus ē dñs meus rex: sic faciet seruus tu9. Ha-
bitauit itaq3 semei in ihrlm diebꝫ multis. Fa-
ctū est autē post ānos tres: ut fugerēt serui
semei ad achis filiū maacha regem geth.
Nūciatūq3 ē semei q serui ei9 issent in geth.
Et surrexit semei 7 strauit asinū suū: iuitq3
ad achis in geth ad requirendū seruos suos:
7 adduxit eos de geth. Nunciatū est autē
regi salomōi q isset semei in geth de ihrlm:
et redisset. Et mittēs vocauit eū: dixitq3 illi.
Nōne testificatus sū tibi p dñm. et pdixi ti-
bi: quacūq3 die egressus fueris huc 7 illuc.
scito te esse moriturū? Et rn̄disti michi. Bo-
nus sermo quē audiui. Quare ergo non cu-
stodisti iusiurādū dñi: et pceptū quod pce-
peram tibi? Dixitq3 rex ad semei. Tu nosti o-
mne malū cuius tibi ɔsciū est cor tuum: qd
fecisti dauid patri meo. Reddidit dominus

maliciā tuā in caput tuū: et rex salomon be-
nedictus: et thron9 dauid erit stabilis co-
ram domino vsq3 in sempiternū. Iussit itaq3
rex banaie filio ioiade: qui aggressus per-
cussit eum et mortuus est. III

Confirmatū ē igit̄ regnū in manu salo-
mōis: et affinitate ɔiunctus ē pharao-
ni regi egipti. Accepit nāq3 filiā eius: 7 ad-
duxit in ciuitatē dauid: donec cōpleret edi-
ficans domū suā. et domū dñi 7 murū ihrlm
p circuitū. Attamē pplus immolabat in ex-
celsis. Non enim edificatū erat tēplum no-
mini dñi: usq3 in diē illum. Dilexit autē salo-
mon dñm ambulās in pceptis dauid pris
sui: excepto q in excelsis immolabat: 7 accē-
debat thimiama. Abiit itaq3 in gabaon: ut
immolaret ibi. Illud quippe erat excelsum
maximū. Mille hostias in olocaustū obtu-
lit salomō sup altare illud in gabaon. Ap-
paruit autē dñs salomoni p somniū nocte.
dicēs. Postula quid vis: ut dem tibi. Et ait
salomon. Tu fecisti cū seruo tuo dauid patre
meo misericordiā magnā: sicut ambulauit
in ɔspectu tuo in veritate 7 iusticia et recto
corde tecū. Custodisti ei misericordiā tuam
grādem: et dedisti ei filiū sedētem sup thro-
num sicut est hodie. Et nunc dñe deus tu re-
gnare fecisti seruū tuū: pro dauid pre meo
Ego autē sū puer puulus 7 ignorās egres-
sū 7 introitū meū: et seruus tuus in medio est
ppli quem elegisti: ppli infiniti. qui enumera-
ri 7 supputari nō potest p multitudie. Dabis
ergo seruo tuo cor docile vt pplm tuū iudicare
possit: et discernere inter bonū 7 malū. Quis
eni poterit iudicare pplm istū: pplm tuū hūc
multū? Placuit ergo sermo corā dño: q salo-
mon postulasset huiuscemōi rem. Et dixit dñs
salomōi. Quia postulasti verbum hoc 7 nō
petisti tibi dies multos. nec diuitias aut aīas
inimicoꝝ tuoꝝ: sꝫ postulasti tibi sapientiā
ad discernendū iudiciū: ecce feci tibi scd'm
sermōes tuos. Et dedi tibi cor sapiens 7 intel-
ligens: intantū vt nullus ante te similis tui
fuerit: nec post te surrectur9 sit. Sed 7 hec
que nō postulasti dedi tibi diuitias scilicet
et gloriā: ut nemo fuerit similis tui in regi-
bus. cūctis retro diebꝫ. Si aūt ambulaue-
ris in vijs meis. et custodieris pcepta mea

et mãdata mea. sicut ãbulauit pater tuus: longos faciam dies tuos. Igit̃ euigilauit salomõ: et intellexit q̃ esset sompniũ. Cũq; venisset ihrlm. stetit coram archa federis dñi: et obtulit olocausta. et fecit victimas pacificas: et grãde cõuiuiũ vniuersis famulis suis. Tũc venerũt due mulieres meretrices ad regẽ: steterũtq; corã eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe: ego et mulier hec habitabamus in domo vna: et peperi apud eã in cubiculo. Tercia aũt die postq̃ ego peperi: peperit et hec. Et eramus simul: nullusq; alius nobiscũ in domo. exceptis nobis duab;.

b

vi

Mortuus est aũt filius mulieris huius nocte. Dormiẽs quippe oppressit eũ. Et cõsurgens in tẽpeste noctis silẽcio. tulit filiũ meum de latere meo ancille tue dormiẽtis. et collocauit in sinu suo: suũ aũt filiũ qui erat mortuus. posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quẽ diligẽtius intuẽs clara luce: dep̃hendi nõ esse meũ quẽ genuerã. Rñditq; altera mulier. Nõ est ita vt dicis: s; filius tuus mortuus est: meus autẽ viuit. E cõtrario illa dicebat. Mẽtiris. Filius quippe meus viuit: et filius tuus mortuus ẽ. Atq; in hũc modũ cõtendebãt corã rege. Tunc rex ait. Afferte michi gladiũ. Cũq; attulissent gladiũ corã rege: diuidite inq̃t infantẽ viuũ in duas ptes: et date dimidiã ptẽ vni. et dimidiã ptẽ alteri. Dixit aũt mulier cui9 filius erat viuus ad regẽ: cõmota sũt quippe viscera eius sup filio suo. Obsecro dñe date illi infantẽ viuũ: et nolite interficere eũ. E cõtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: s; diuidat̃. Rñdit rex. et ait. Date huic infantem viuũ: et nõ occidat̃. Hec est aũt mat̃ eius. Audiuit itaq; omnis isrl̃ iudiciũ q̃d iudicasset rex: et timuerũt regẽ videntes sapiẽtiã dei esse ĩ eo ad faciẽdũ iudiciũ.

T vii

hec dicit filius meus viuit et filius tuus mortuus est. Et ista dicit non sed filius tuus mortuus est meus aut viuit. Dixit ergo rex

IIII

viii

Erat aũt rex salomõ regnãs sup oẽs isrl̃: et hij principes q̃s habebat. Azarias filius sadoch sacerdotis: helioreph et ahia filij sesa scribe. Iosaphat fili9 ahilud a cõmẽtarijs. Banaias filius ioiade super exercitũ. Sadoch aũt et abiathar sacerdotes: azarias filius nathan sup eos qui assistebãt regi. Zabud filius nathan sacerdos: amicus regis: et ahisar p̃positus domus: et adoniram fili9 abda sup tributa. Habebat autẽ salomõ duodecĩ prefectos sup omnem isrl̃: qui p̃bebant ãnonam regi et domui ei9. Per singulos enĩ mẽses in anno. singuli necessaria ministrabãt. Et hec nomina eorum. Benhur in mõte effraim. Bendecar in macces. et ĩ salebim. et in bethsames. et in helon et in bethanan. Benesed in araboth. Ipsius enĩ erat socho et omnis terra epher. Benabinadab. cuius omnis nephador: thaphet filiã salomonis habebat vxorẽ. Bana filius ahilud regebat thanach. et magedo et vniũsam bethsan. que est iuxta sarthana sbt̃ iesrahel: a bethsan usq; abelmeula e regione iecmaan.

P

II

Bẽgaber in ramoth galaad. habebat auothiair filij manasse in galaad. Ipse erat in omni regione argob. que ẽ in basan: sexaginta ciuitatib; magnis atq; muratis que habebãt seras ereas. Ahinadab filius addo p̃erat in manaim. Achimaas in neptalim. Sed et ip̃e habebat basemath filiã salomonis in cõiugio. Baana fili9 husi. in aser et in baloth. Iosaphat fili9 pharue. in ysachar. Semei filius hela. in beniamin. Gaber filius suri in terra galaad. et in t̃ra seon regis amorrei et og regis basan: super omnia que erãt in illa terra. Iuda et israhel innumerabiles sicut arena maris in multitudine: comedentes et bibẽtes atq; letantes. Salomõ aũt erat in dicione sua habẽs oĩa regna secũ a flumĩe t̃re philistiim vsq; ad t̃minũ egipti: offerẽtium sibi munera et seruientiũ ei cũctis dieb; vite eius.

III

Erat aũt cib; salomonis p dies singulos triginta chori simile et sexaginta chori farine: decem boues pingues et viginti boues pascuales. et cẽtum arietes: excepta venacõne ceruorũ capreaꝝ atq; bubaloꝝ et auiũ altiliũ. Ipse enim obtinebat oẽm regionẽ q̃ erat trãs flumẽ q̃si a thapsa vsq; ad gazam. et cũctos reges illaꝝ regionũ: et habebat pacẽ ex omni pte in circuitu. Habitabatq; iuda et isrl̃ absq; timore vllo vnusquisq; sb vite sua et sb ficu sua. a dan vsq; bersabee: cũctis dieb; salomoĩs.

IIII

Et hẽbat salomõ q̃dragintã milia p̃sepia equoꝝ curriliũ et duodecim milia equestriũ: nutriebantq; eos sup̃ dicti regis

eqq̃ xlun

p̄fecti: ſʒ ⁊ neceſſaria mēſe regis ſalomoīs
cū̄ ingēti cura p̄bebāt in tp̄e ſuo. Ordeū qꝫ
et paleas equoꝝ ⁊ iumētoꝝ deferebāt in
locū vbi erat rex: iux̄ cōſtitutū ſibi. Dedit
qꝫ deus ſapīam ſalomoni ⁊ prudētiaʒ multā
nimis ⁊ latitudinē cordis q̄ſi arenā que eſt
in litore maris: et p̄cedebat ſapīa ſalomo-
nis ſapīam omniū orīētaliū ⁊ egiptioꝝ: ⁊
erat ſapientior cūctis hominibꝫ. Sapiētior
ethan ezraite. et heman. et calchal. ⁊ dorda.
filijs maol: et erat noīatuſ in vniūſis gētibꝫ
p circuitū. Locutus ē qꝫ ſalomon tria milia
parabolas: et fuerūt carmina eius quinqꝫ
milia. Et diſputauit ſuper lignis a cedro q̄
eſt in libano vſqꝫ ad iſopū que egreditur
de pariete: et diſſeruit de iumētis ⁊ volucri-
bus ⁊ reptilibꝫ ⁊ piſcibꝫ. Et veniebant de
cūctis p̄plis ad audiēdā ſapīaʒ ſalomoīs:
et ab vniūſ regibꝫ t̄re. q̄ audiebāt ſapīaʒ
Miſit qꝫ hiram rex tiri ſ̄eius. V
ſuos ſuos ad ſalomonem. Audiuit
enim q̄ ip̄m vnxiſſent regē ſup iſrl̄ p patre
eius: q̄r amicus fuerat hirā dauid omni tp̄e.
Miſit aūt ſalomō ad hiram dicēs. Tu ſcis
volūtatē dauid p̄ris mei: et quia nō pote-
rat edificare domū nomini dn̄i dei ſui ꝓpter
bella imminētia p circuitū: donec daret dn̄s
eos ſub veſtigio pedū eius. Nūc autē req̄-
em dedit deus meus michi p circuitū: et nō
eſt ſathan neqꝫ occurſus malus: quāobrē
cogito edificare tēpluʒ nomini dn̄i dei mei
ſicut locutus eſt dauid patri meo dicens.
Filius tuus quē dabo p te ſup ſoliū tuum:
ip̄e edificabit domū nomini meo. Precipe
igitur vt p̄cidant michi ſ̄ui tui cedros de li-
bano: et ſ̄ui mei ſint cū ſ̄uis tuis: mercedē
aūt ſ̄uoꝝ tuoꝝ dabo tibi quācunqꝫ pecie-
ris. Scis enim quō nō eſt in p̄plo meo vir:
qui nouerit ligna cedere ſicut ſydonij. Cum
ergo audiſſʒ hiram verba ſalomonis. leta-
tus eſt valde: et ait. Benedictus dn̄s deus
hodie: qui dedit dauid filiū ſapiētiſſimum
ſup p̄plm̄ hūc plurimū. Et miſit hiraʒ ad ſa-
lomonē dicēs. Audiui quecūqꝫ mādaſti m̄.
Ego faciā om̄ē volūtatē tuā: in lignis ce-
drinis et abiegnis. Serui mei deponēt ea
de libano ad mare: et ego ꝯponā ea ī ratibꝫ
in mari. vſqꝫ ad locum quē ſignificaberis
michi. et applicabo ea ibi: et tu tolles ea.
Prebebiſqꝫ neceſſaria michi: vt detur cibus
domui mee. Itaqꝫ hiram dabat ſalomoni li-
gna cedrina. ⁊ ligna abiegna: iuxta omnē
volūtatem eius. Salomon aūt prebebat
hiram viginti milia choros tritici in cibum
domui eius: et viginti choros puriſſimi olei.
Hec tribuebat ſalmō hiram p ſingulos ā-
nos. Dedit qꝫ dn̄s ſapīaʒ ſalomoni ſicut lo-
cutus eſt ei: et erat pax inter hirā ⁊ ſalomo-
nem: et p̄cuſſerūt ābo fedus. Elegitqꝫ rex
ſalomō operarios de om̄i iſrl̄: ⁊ erat indictō
triginta milia viroꝝ. Mittebatqꝫ eos in li-
banū. decē milia p mēſes ſingulos viciſſim:
ita vt duobꝫ mēſibꝫ eſſent in domibus ſuis.
Et adoniram erat ſup huiuſcemōi indictio-
nem. Fuerūt itaqꝫ ſalomoni ſeptuagita mi-
lia eoꝝ qui onera portabāt: et octogīta
milia latomoꝝ in mōte: abſqꝫ p̄poſitis qui
p̄erāt ſinglis opibꝫ numeō triū miliū ⁊ trecē
torū p̄cipientiū p̄plo ⁊ hijs q̄ faciebāt opuſ.
Precepitqꝫ rex vt tollerēt lapides grandes
lapides p̄cioſos in fundamentū tēpli ⁊ qua-
drarēt eos: q̄s dolauerūt cemētarij ſalomo-
nis ⁊ cementarij hiraʒ. Porro biblij p̄para-
uerūt ligna ⁊ lapides: ad edificādū domū.
Factū eſt ergo q̄drīgētēſimo. VI
et octogeſimo āno egreſſiōis filioꝝ
iſrahel de terra egipti in anno q̄rto mēſe zio
ip̄e eſt menſis ſcd̄s regni ſalomonis ſuper
iſrl̄: edificare cepit domū dn̄o. Domus autē
quā edificabat rex ſalomon dn̄o hēbat ſex-
aginta cubitos in lōgitudīe: et viginti cubi-
tos in latitudine: et triginta cubitos in alti-
tudine. Et porticus erat ante templū vigin-
ti cubitoꝝ lōgitudinis iuxta menſurā latitu-
dinis templi: et habebat decē cubitos lati-
tudinis ante facieʒ tēpli: fecitqꝫ in templo
feneſtras obliq̄s. Et edificauit ſup parieteʒ
templi tabulata p girū in parietibꝫ domuſ
p circuitū templi ⁊ oraculi: et fecit latera ī cir-
cuitu. Tabulatū quod ſubter erat quinqꝫ cu-
bitos habebat latitudinis: et mediū tabu-
latū ſex cubitoꝝ latitudinis: et terciū tabu-
latū ſeptē habēs cubitos latitudīs. Trabeſ
aūt poſuit in domo p circuitū forinſecus: ut
hererēt muris templi. Domus aūt cum edi-
ficaretur. de lapidibꝫ dolatis atqꝫ p̄fectis

edificata est: ⁊ malleus ⁊ securis ⁊ om̄e ferramentū non sūt audita in domo cū edificaretur. Ostium lateris medij in pariete erat domus dextre: et ꝑ cocleam ascendebāt in mediū cenaculū: ⁊ a medio ī terciū. Et edificauit domū: ⁊ ꝯsūmauit eam. Texitq̊ꝫ domū laquearibꝫ cedrinis: et edificauit tabulatū sup om̄em domū quinqꝫ cubitis altitudinis: ⁊ operuit domū lignis cedrinis. Et factus ē ſmo dn̄i ad salomonē dicens. Domus hec quam edificas. si ambulaueris in ꝑceptis meis. ⁊ iudicia mea feceris. ⁊ custodieris om̄ia mandata mea gradiēs per ea: firmabo ſmonē meū tibi quē locutus sum ad dauid patrē tuū. ⁊ habitabo in medio filioꝝ israhel: et nō derelinquā ꝑplm̄ meum israhel. Igitur edificauit salomon domū: ⁊ ꝯsūmauit eā. Et edificauit parietes domꝰ intrinsecus tabulatis cedrinis a pauimēto domus usqꝫ ad sūmitatē parietū. ⁊ usqꝫ ad laquearia: ⁊ operuit lignis cedrinis intrinsecus: et texit pauimētum domus tabulis abiegnis. Edificauitqꝫ viginti cubitoꝝ ad posteriorē ꝑtem templi. tabulata cedrina a pauimēto usqꝫ ad supiora: ⁊ fecit interiorē domū oraculi in sanctū sanctoꝝ. Porro q̈draginta cubitoꝝ erat ip̄m tēplū ꝓ foribꝫ oraculi: et cedro om̄is domus intrinsecus vestiebat᷑ habens turnaturas ⁊ iūcturas suas fabrefactas: et celaturas eminentes. Omnia cedrinis tabulis vestiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculū autē in medio domus in interiori parte fecerat: ut ponēt ibi archam federis dn̄i. Porro oraculū habebat viginti cubitos lōgitudinis ⁊ viginti cubitos latitudinis ⁊ viginti cubitos altitudinis: et operuit illud atqꝫ vestiuit auro purissimo. Sed et altare vestiuit cedro. Domūqꝫ ante oraculū operuit auro p̄rissimo: ⁊ affixit lamīas clauis aureis. Nichilqꝫ erat in templo: qḋ nō auro tegeretur. Sꝫ ⁊ totū altrare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duo cherubin de lignis oliuaꝝ: decē cubitoꝝ altitudinis. Quinqꝫ cubitoꝝ ala cherub vna. ⁊ quinqꝫ cubitoꝝ ala cherub alteā: id ē decē cubitos hn̄tes. a sūmitate ale. usqꝫ ad ale alterius sūmitatē. Decem q̊ꝫ cubitoꝝ erat cherub secūdus in mensura pari: et opus vnū erat in duobꝫ cherubin: id est altitudinē habebat vnus cherub decē cubitoꝝ et similiter cherub scḋs. Posuitqꝫ cherubin in medio tēpli interioris. Extendebāt autē alas suas cherubin: ⁊ tāgebat ala vna parietē ⁊ ala cherub secūdi tāgebat ꝑietem alterū: ale aūt altere in media ꝑte templi se inuicē ꝯtingebant. Texitq̊ꝫ cherubin auro. Et om̄es parietes templi per circuitū sculpsit varijs celaturis ⁊ torno. Et fecit in eis cherubin ⁊ palmas ⁊ picturas varias: quasi ꝓminētes de pariete ⁊ egredientes. Sed ⁊ pauimentū domus texit auro. intrinsecus ⁊ extrinsecus Et in ingressu oraculi fecit duo ostiola de lignis oliuaꝝ. postesqꝫ anguloꝝ quinqꝫ: et duo ostia de lignis oliuarū. Et sculpsit in eis picturā cherubin. ⁊ palmarū species. et anaglifa valde ꝓminētia ⁊ texit ea auro: et operuit tā cherubin q̈ꝫ palmas ⁊ cetera auro. Fecitqꝫ in introitu tēpli postes de lignis oliuaꝝ. quadrangulatos. ⁊ duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: et vtrūqꝫ ostiū duplex erat: et se inuicē tenens aperiebat᷑. Et sculpsit cherubin ⁊ palmas ⁊ celaturas valde eminētes: operuitqꝫ omnia lamīs aureis. ope quadro ad regulā. Et edificauit atriū interius tribus ordinibꝫ lapidū politoꝝ et vno ordine lignoꝝ cedri.

VII

Anno q̈rto fundata est domus dn̄i in mense zio: et in āno vndecimo mense ebul. ip̄e est mensis octauus. ꝑfecta ē domꝰ in omni ope suo. ⁊ in vniūs vtensilibꝫ: edificauitqꝫ eam annis septē. Domū aūt suā edificauit salomon tredecim ānis: et ad ꝑfectū usqꝫ ꝑduxit. Edificauit q̊ꝫ domū saltus libani centū cubitoꝝ lōgitudinis. ⁊ quinquaginta cubitoꝝ latitudinis. et triginta cubitoꝝ altitudinis: et quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas. Ligna quippe cedrina exciderat in colūnas: et tabulatis cedrinis vestiuit totā cameram: que quadragintaquinqꝫ colūnis sustentabat᷑. Vnus autē habebat colūnas quindecim contra se inuicem positas: et e regione se respicientes equali spacio inter colūnas: et sup colūnas q̈drāgulata ligna in cūctis equalia. Et porticū colūnaꝝ fecit quinquaginta cubitoꝝ

lōgitudīs. ⁊ triginta cubitoꝝ latitudinis:
et alterā porticū in faciē maioris porticus:
⁊ columnas ⁊ epistilia super colūnas fecit.
Porticū qꝫ solij in qua tribunal est fecit: et
texit lignis cedrinis a pauimento usqꝫ ad
sūmitatē: et domūcula in qua sedebatur ad
iudicādū. erat in medio porticu simili ope.
Domū qꝫ fecit filie pharaonis quā vxorem
duxerat salomō: tali ope quali et hāc por-
ticū. Omnia lapidibꝰ p̄ciosꝭ. qui ad normā
quādam atqꝫ mensuraꝫ tam intrinsecus q̄
extrinsecus serrati erāt: a fundamento usqꝫ
ad sūmitatē pietū: ⁊ intrīsecus usqꝫ ad atriū
maiꝰ. Fundamēta aūt de lapidibꝰ p̄ciosꝭ la-
pidibꝰ magnisꝭ. decē siue octo cubitoꝝ: ⁊ de-
sup lapides p̄ciosi eq̄lis mensure secti erāt:
similitqꝫ de cedro. Et atriū maius rotūdū
triū ordinū de lapidibꝰ sectis: et vniꝰ ordi-
nis. de dolata cedro: necnō ⁊ in atrio domꝰ
dn̄i interiori ⁊ in porticu domꝰ. Misitqꝫ rex
salomon. et tulit hirā de tyro filiū mulieris
vidue de tribu neptalim patre tyrio artifi-
cem erariū: et plenū sapiētia intelligentia ⁊
doctrina. ad faciendū omne opus ex ere.
Qui cū venissꝫ ad regem salomonem fecit
om̄e opus eius: ⁊ finxit duas colūnas ere-
as: decē ⁊ octo cubitoꝝ altitudinis colūnā
vnam: et linea duodecim cubitoꝝ ambie-
bat columnā vtramqꝫ. Duo qꝫ capitella fe-
cit que ponerent sup capita columnaꝝ fu-
silia ex ere: quinqꝫ cubitoꝝ altitudinis ca-
pitellū vnū. et quinqꝫ cubitoꝝ altitudinis
capitellū alterū: et q̄si in modū retis ⁊ cate-
naꝝ sibi inuicē miro ope ꝯtextaꝝ. Vtrūqꝫ
capitellū columnaꝝ fusile erat. Septena
v̄sui̇̄ retiacula in capitello vno: et septena
reciacula in capitello altero. Et p̄fecit colu-
mnas: et duos ordīes ꝑ circuitū retiacloꝝ
singuloꝝ: vt tegerent capitella que erāt
sup sūmitatē maloꝝ granatoꝝ. Eodē mō
fecit ⁊ capitello scd̄o. Capitella autē que
erant sup capita columnaꝝ q̄si ope lilij fa-
bricata erāt in porticu. q̄tuor cubitoꝝ: ⁊ rur-
sū alia capitella in sūmitate colūnaꝝ desup
iuxta mēsurā columne cōtra reciacula. Ma-
lorū granatoꝝ aūt ducēti ordines erant:
in circuitu capitelli scd̄i. Et statuit duas co-
lumnas in porticu templi. Cunqꝫ statuisset
columnā dexterā: vocauit eaꝫ noīe iachin.
Similiter erexit columnā scd̄aꝫ: et vocauit
nomē eius booz. Et sup capita columnaꝝ
opus in modū lilij posuit: p̄fectūqꝫ est opꝰ
columnaꝝ. Fecit qꝫ mare fusile decē cubito-
rum a labio usqꝫ ad labiū: rotundū in circu-
itu. Quinqꝫ cubitoꝝ altitudo eius: et resti-
cula triginta cubitorum cingebat illud per
circuitū: et sculptura sbter labiū circuibat il-
lud decē cubitis ambiēs mare. Duo ordīes
sculpturaꝝ histriataꝝ erāt fusiles: ⁊ stabat
sup duodecī boues. E q̄bꝰ tres respiciebāt
ad aquilonē ⁊ tres ad occidentē. et tres ad
meridiē. et tres ad orientē. et mare sup eos
desup erat: quoꝝ posteriora vniūsa intrin-
secus latitabant. Grossitudo auteꝫ luteris
triū vnciaꝝ erat: labiūqꝫ eius q̄si labiū cali-
cis ⁊ foliū repādi lilij. Duo milia batos capi-
ebat: et tria milia metretas. Et fecit bases
decē eneas. q̄tuor cubitoꝝ lōgitudinis ba-
ses singulas: ⁊ q̄tuor cubitoꝝ latitudinis ⁊
triū cubitoꝝ altitudinis: ⁊ ip̄m opus basiū
interrasile erat. Et sculpture inter iūcturas:
et inter coronulas et plectas. leones ⁊ bo-
ues. ⁊ cherubin: et in iūcturis similter desup.
Et subter leones ⁊ boues quasi lora ex ere
dependētia: ⁊ q̄tuor rote per bases singulas
et axes erei: et ꝑ q̄tuor partes quasi hume-
ruli sbter luterē fusiles. cōtra se inuicē respe-
ctātes. Os qꝫ luteris intrinsecus erat in ca-
pitis sūmitate: et quod forinsecus appare-
bat vnius cubiti erat totū rotundū: paritqꝫ
hēbat vnū cubitū ⁊ dimidiū. In āgulis aūt
colūnaꝝ varie celature erāt: ⁊ media inter-
colūnia quadrata nō rotūda. Quatuor qꝫ
rote que per q̄tuor angulos basis erāt: co-
herebāt sibi subter basim. Vna rota habe-
bat altitudinis cubitū ⁊ semis. Tales auteꝫ
rote erāt: quales solēt in curru fieri. Et axes
eaꝝ ⁊ radij. et canti ⁊ modioli: om̄ia fusilia.
Nā ⁊ humeruli illi q̄tuor per singulos āgu-
los basis vnius: ex ip̄a basi fusiles ⁊ ꝯiūcti
erant. In sūmitate aūt basis erat quedam
rotūditas vnius ⁊ dimidij cubiti. ita fabre-
facta ut luter desup possꝫ imponi: habens
celaturas suas variasqꝫ sculpturas ex semet-
ip̄a. Sculpsit qꝫ in tabulatis illis que erāt
ex ere ⁊ in āgulis. cherubin ⁊ leoēs ⁊ palmas

quasi in silitudinē hoīs stantis: vt nō cela-
ta sed apposita ꝑ circuitū videretur. In hūc
modū fecit decē bases: fusura vna ⁊ mēsura.
sculpturaq3 cōsimili. Fecit q3 decem luteres
eneos. Quadragita batos capiebat luter
vnus: eratq3 q̃tuor cubitoꝝ. Singulosq3
luteres ꝑ singulas id ē decē bases posuit:
et cōstituit decē bases. quinq3 ad dexteram
partē tēpli et quinq3 ad sinistrā: mare aūt
posuit ad dexterā ptē tēpli cōtra orientem
ad meridiē. Fecit ergo hiram lebetes ⁊ scu-
cēs. Clamate voce maiore. Deus enim ē: et
forsitan loquit̄: aut in diuersorio ē: aut in iti-
nere: ā certe dormit: vt excitet̄. Clamabāt
ergo voce magna: ⁊ incidebāt se iuxta ri-
tum suū cultris ⁊ lanceolis: donec pfunderē-
tur sanguīne. Postq̄ꝫ autē trāsijt meridies. et
illis ꝓphētantibꝫ. venerat tempus quo sacri-
ficiū offerri solet: nec audiebatur vox neq̄ꝫ
aliquis respondebat nec attēdebat oran-
tes: dixit helias omni ꝑplo. Venite ad me.
Et accedēte ad se ꝑplo curauit altare dn̄i
quod destructū fuerat: ⁊ tulit duodecim la-
pides iuxta numerum tribuū filioꝝ iacob
ad quē factus ē s̄mo dn̄i dicēs. israhel erit
nomē tuū: ⁊ edificauit de lapidibꝫ altaē in
nomine domini. Fecitq̄ꝫ aqueductū quasi p
duas aratiūculas in circuitu altaris: ⁊ cōpo-
suit ligna: diuisitq̄ꝫ p mēbra bouē ⁊ posuit
sup ligna: ⁊ ait. Implete quatuor ydrias a-
qua: ⁊ fundite sup olocaustū et sup ligna.
Rursūq̄ꝫ dixit. Etiaz scd̄o hoc facite. Qui cū
fecissent scd̄o, ait. Etiā tercio idipm̄ facite.
Feceruntq̄ꝫ tercio: ⁊ currebāt aque circuz al-
tare: ⁊ fossa aqueductus repleta ē. Cumq̄ꝫ
iam tempus esset vt offerretur olocaustum:
accedens helias ꝓpheta ait. Dn̄e deus abra-
ham ⁊ ysaac et isrl̄. ostēde hodie q̄ꝛ tu es
deus israhel et ego seruus tuus: ⁊ iuxta pre-
ceptū tuū feci omnia v̄ba hec. Exaudi me
dn̄e exaudi me: vt discat populus iste. q̄ꝛ
tu es dn̄s deus: ⁊ tu cōuertisti cor eoꝝ iterū.
Cecidit autez ignis domini ⁊ vorauit olo-
caustū ⁊ ligna et lapides: puluerē q̄ꝫ ⁊ aquā
que erat in aqueductu lambēs. Quod cū
vidisset omnis ꝑplus: cecidit in faciem suaz
et ait. Dominus ipse ē deus: dn̄s ipe ē deꝰ.
Dixitq̄ꝫ helias ad eos. Apphendite ꝓphās
baal: ⁊ ne vnus quidē effugiat ex eis. Quos
cum apphendissent: duxit eos helias ad tor-
rentē cyson: ⁊ interfecit eos ibi. Et ait helias
ad achab. Ascende cōmede ⁊ bibe: q̄ꝛ sonꝰ
multe pluuie ē. Ascendit achab. ut cōmede-
ret ⁊ biberet: helias autē ascendit in v̄ticez
carmeli et ꝓnus in terrā posuit faciem suaz
inter genua sua: ⁊ dixit ad puerū suū. Ascē-
de. et ꝓspice cōtra mare. Qui cū ascendisset
et cōtemplatus esset. ait. Nō ē quicq̄ꝫ. Et rur-
sum ait illi. Reuertere septē vicibꝫ. In septi-
ma autē vice ecce nubecula parua quasi ve-
stigiū hominis ascēdebat de mari. Qui ait.
Ascende: ⁊ dic achab. Iūge currum tuū et
descēde: ne occupet te pluuia. Cūq̄ꝫ se v̄teret
huc atq̄ꝫ illuc: ecce celi cōtenebrati sūt. ⁊ nu-
bes ⁊ ventus: ⁊ facta ē pluuia grandis. A-
scendēs itaq̄ꝫ achab abijt in iesrahel: ⁊ ma-
nus dn̄i facta ē sup heliā: accinctisq̄ꝫ lūbis
currebat an̄ achab donec veniēt in iesrahel.

XIX

Nunciauit autem achab iezabel. omnia q̄ fecerat helias: ⁊ quō
occidisset vniūsos ꝓphetas baal gladio. Mi-
sitq̄ꝫ iezabel nunciū ad heliā dicēs. Hec mi-
chi faciāt dij. ⁊ hec addāt: nisi hac hora cras
posuero animā tuā sicut animā vnius ex illis.
Timuit ergo helias ⁊ surgēs abijt quocūq̄ꝫ
euz ferebat volūtas: venitq̄ꝫ in bersabee iu-
da. et dimisit ibi puerū suū: ⁊ ꝑrexit in desertū
viam vnius diei. Cūq̄ꝫ venisset ⁊ sederet sub-
ter vnā iuniperū: petiuit anime sue vt more-
retur. Et ait. Sufficit michi dn̄e: tolle aīam
meā. Neq̄ꝫ enim melior sū q̄ꝫ p̄res mei. Pro-
iecitq̄ꝫ se: ⁊ obdormiuit in vmbra iuniperi.
Et ecce angelus domini tetigit eum: ⁊ dixit
illi. Surge comede. Respexit: et ecce ad ca-
put suum subcineritius panis ⁊ vas aque
Comedit ergo ⁊ bibit: ⁊ rursum obdormi-
uit. Reuersusq̄ꝫ est āgelus dn̄i scd̄o ⁊ tetigit
eū: dixitq̄ꝫ illi. Surge comede. Grandis e-
nim tibi restat via. Qui cū surrexisset come-
dit ⁊ bibit: et ambulauit in fortitudine cibi
illius quadraginta diebꝫ ⁊ quadraginta
noctibꝫ vsq̄ꝫ ad montē dei oreb. Cumq̄ꝫ ve-
nisset illuc: mansit in spelūca. Et ecce s̄mo do-
mini ad eum: dixitq̄ꝫ illi. Quid hic agis he-
lias? At ille rn̄dit. Zelo zelatus sū p dn̄o deo
exercituū: q̄ꝛ dereliquerūt pactū domini filij
israhel. Altaria tua destruxerūt. et ꝓphetas

tuos occiderũt gladio: ⁊ derelictus sum e-
go solus: ⁊ querũt aĩaȝ meã· vt auferãt eã
Et ait ei. Egredere: ⁊ sta in mõte corã dño
Et ecce dominus transijt: ⁊ spũs grandis
et fortis· subuertẽs mõtes: ⁊ cõterens petras
ante dominũ. Nõ in spiritu dñs. Et post spi-
ritũ cõmotio. Nõ in cõmotione dñs. Et post
cõmotionẽ ignis. Nõ in igne dñs. Et post
ignẽ sibulus aure tenuis. Qđ cum audiss;
helias operuit vultũ suũ pallio: ⁊ egressus
stetit in ostio spelũce: ⁊ ecce vox ad eum di-
cẽs. Quid hic agis helia? Et ille rñdit. Ze-
lo zelatus sũ ꝓ domino deo exercituũ: q2 de-
reliq̃runt pactũ tuũ filij israhel. Altaria tua
destruxerũt ⁊ ꝓphas tuos occiderũt gladio:
et derelictus sũ ego solus: ⁊ querũt animã
meãvt auferant eaȝ. Et ait dominus ad eũ.
Vade ⁊ reuertere in viam tuã· ꝑ desertuȝ in
damascũ. Cũq; perueneris illuc· vnges asa-
hel regẽ super syriam: ⁊ iehu filiũ namsi vn-
ges regem sup isrł: heliseũ aũt filiũ saphat
qui est de abelmaula vnges ꝓpham pro te.
Et erit quicũq; fugerit gladiũ asahel occi-
det eum iehu: ⁊ quicũq; fugerit gladiũ ie-
hu interficiet euȝ heliseus. Et derelinquam
michi in israhel septem milia virorum quorum
genua non sũt incuruata ante baal: ⁊ omne
os quod nõ adorauerit eũ osculans manũ.
Profectus ergo inde helias repperit heliseũ
filiũ saphat arantẽ in duodecim iugis boũ:
et ipse in duodecim iugis boũ arantibus vnus
erat. Cũq; venisset helias ad eum: misit pal-
lium suũ super eũ. Qui statim relictis bobus
cucurrit post heliam. Et ait. Osculor oro te
patrem meum ⁊ matrẽ meaȝ: et sic sequar te.
Dixitq; ei. Vade ⁊ reuertere. Qđ enim meũ
erat feci tibi. Reuersus autẽ ab eo tulit par
boũ ⁊ mactauit illud: et in aratro boũ coxit
carnes: ⁊ dedit ppło et comederũt. Cõsurgẽs-
q; abijt ⁊ secutus ẽ heliam: ⁊ ministrabat ei.

XX

Porro benadab rex syrie congre-
gauit omeȝ exercitũ suũ: ⁊ triginta du-
os reges secũ· et eq̃s ⁊ currus: et ascendẽs
pugnabat cõtra samariã: ⁊ obsidebat eam.
Mittensq; nũcios ad achab regem israhel
in ciuitatẽ ait. Hec dicit benedab. Argẽtuȝ
tuũ ⁊ aurũ tuũ meũ ẽ: et vxores tue ⁊ filij tui
optimi mei sũt. Rñditq; rex isrł. Iuxta v̄bũ
tuũ domine mi rex: tuus sũ ego ⁊ omnia mea.
Reuertẽtesq; nuncij dixerũt. Hec dicit bena-
dab qui misit nos ad te. Argentũ tuũ ⁊ au-
rum tuũ ⁊ vxores tuas et filios tuos dabis
m̃. Cras igitur hac eadẽ hora mittã seruos
meos ad te: ⁊ scrutabũtur domũ tuã et do-
mũ seruorum tuorum: ⁊ omne quod eis placuerit
ponẽt in manibus suis ⁊ auferent. Vocauit
aũt rex israhel omes seniores terre ⁊ ait. A-
nimaduertite ⁊ videte: q̃m insidietur nobis.
Misit enim ad me ꝓ vxoribus meis ⁊ filijs ⁊
pro argento ⁊ auro: et nõ abnui. Dixerũtq;
omnes maiores natu ⁊ vniũsus ppls ad eũ.
Non audias: neq; acquiescas illi. Rñditq;
nuncijs benadab. Dicite domino meo regi.
Omĩa ꝓpter que misisti ad me seruũ tuũ in
inicio faciã: hanc autẽ rem facere non pos-
sũ. Reũsiq; nuncij: retulerũt ei. Qui remisit
et ait. Hec faciãt michi dij ⁊ hec addãt: si
suffecerit puluis samarie pugillis omĩs ppli
qui sequit̃ me. Et rñdens rex israhel ait. Di-
cite ei. Ne glorietur accinctus· eque vt disci-
nctus. Factũ est aũt cũ audiss; benadab ver-
bum istud bibebat ipse ⁊ reges in vmbracu-
lis: et ait seruis suis. Circũdate ciuitatẽ. Et
circũdederũt eaȝ. Et ecce ꝓpheta vnus acce-
dens ad achab regem isrł ait ei. Hec dicit
dñs. Certe vidisti omnẽ multitudinẽ hãc
nimiã. Ecce ego tradã eam in manũ tuã ho-
die: vt scias quia ego sũ dñs. Et ait achab.
Per quẽ? Dixitq; ei. Hec dicit dñs. Per pe-
dissequos p̃ncipum ꝓuinciarum. Et ait. Quis
incipiet p̄liari? Et ille dixit. Tu. Recensuit
ergo pueros principũ ꝓuinciarum: ⁊ reperit
numerũ ducentorum triginta duorum. Et recẽ-
suit post eos ppłm omnes filios israhel se-
pteȝ milia: et egressi sũt meridie. Benadab
autẽ bibebat temulẽtus in vmbraculo suo: et
reges triginta duo cũ eo qui ad auxiliũ eius
venerãt. Egressi sũt autẽ pueri principum
ꝓuinciarum in prima frõte. Misit itaq; bena-
dab: qui nuntiauerũt ei dicẽtes. Viri egres-
si sunt de samaria. At ille ait. Siue ꝓ pace
veniũt apprehẽdite eos viuos: siue vt p̄liẽ-
tur viuos eos capite. Egressi sũt ergo pue-
ri principũ ꝓuinciarum: ac reliquus exercitus
sequebatur. Et percussit vnusquisq; virũ qui
cõtra se veniebat: fugeruntq; syri: ⁊ persecutus

III est eos isrl'. Fugit q3 benadab rex sirie in equo cū equitib9 suis. Necnō egressus rex israhel pcussit equos ꝛ currus: et pcussit siriam plaga magna nimis. Accedēs autem ꝓpheta ad regē israhel dixit ei. Vade ꝛ confortare: et scito. et vide quid facias. Sequēti enim ānno. rex sirie ascendet ꝯtra te. Serui vero regis sirie dixerūt ei. Dij montiū sūt dij eoꝝ: ideo supauerūt nos. Sed melius ē vt pugnemus ꝯtra eos in campestribus: et obtinebimus eos.

IIII Tu ergo verbū hoc fac. Amoue reges singlos ab exercitu tuo: et pone pncipes p eis: et instaura numerū militū qui ceciderūt de tuis ꝛ equos scdm equos pristinos. et currus scdm currus q̄s ante habuisti: ꝛ pugnabimus ꝯtra eos in cāpestrib9: et videbis q2 obtinebimus eos. Credidit ꝯsilio eoꝝ: et fecit ita. Igitur postq̄ ānnus transierat recēsuit benadab siros et ascendit in affec: vt pugnaret cōtra israhel. Porro filij israhel recēsiti sūt ꝛ acceptis cibarijs pfecti ex aduerso: castraq3 metati sūt ꝯtra eos quasi duo parui greges caprarum: siri autē repleuerūt terrā.

V Et accedens vnus vir dei dixit ad regem isrl'. Hec dicit dn̄s. Quia dixerūt siri deus montiū est dn̄s. et non est deus valliū: dabo omnem multitudinē hanc grandē in manu tua: ꝛ scietis q2 ego sum dn̄s. Dirigebantq3 septē dieb9 ex aduerso hij atq3 illi acies: septima aūt die ꝯmissum est bellū. Percusseruntq3 filij isrl' de siris centū milia peditū in die vna. Fugerūt aūt siri qui remanserūt in affec in ciuitatē: et cecidit murus sup viginti septē milia hominū qui remanserāt.

VI Porro benadab fugiens ingressus ē ciuitatē in cubiculū quod erat intra cubiculū: dixeruntq3 ei serui sui. Ecce audiuim9 q2 reges domus isrl' clementes sint. Ponamus itaq3 saccos in lumbis nr̄is et funiculos in capitib9 nr̄is: et egrediamur ad regē isrl': forsitan saluabit animas nostras. Accinxerūt saccis lūbos suos ꝛ posuerūt funiculos in capitib9 suis: veneruntq3 ad regem isrl' et dixerūt ei. Seruus tuus benadab dicit. Viuat oro te anima mea. Et ille ait. Si adhuc viuit: frater meus ē. Quod acceperūt viri p omine: ꝛ festinātes rapuerūt v̄bum ex ore eius: atq3 dixerūt. Frater tuus benadab. Et dixit eis. Ite et adducite eum ad me.

VII Egressus est ergo ad eū benadab: et leuauit eū in currū suū. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pater meus a pr̄e tuo reddam: et plateas fac tibi in damasco sicut fecit pater meus in samaria. et ego federatus recedam a te. Pepegit ergo fedus: ꝛ dimisit eum. Tunc vir quidā de filijs ꝓphetarum. dixit ad sociū suū in s̄mōe dn̄i. Percute me. At ille noluit pcutere. Cui ait. Quia noluisti audire vocē dn̄i: ecce recedes a me: et pcutiet te leo. Cūq3 paululū recessisset ab eo: inuenit eū leo atq3 pcussit. Sed ꝛ alteꝝ inueniens virū: dixit ad eū. Percute me. Qui pcussit eū: et vulnerauit.

VIII Abijt ergo ꝓpheta et occurrit regi in via: et mutauit aspsione pulueris os. et oculos suos. Cūq3 rex transisset: clamauit ad regē ꝛ ait. Seruus tuus egressus ē ad pliandū cominus: cūq3 fugisset vir vnus. adduxit eū quidā ad me: ꝛ ait. Custodi virū istū. Qui si lapsus fuerit erit anima tua p anima eius: aut talentū argēti appendes. Dū aūt ego turbatus huc illucq3 me v̄terē: subito nō ꝯparuit. Et ait rex isrl' ad eū. Hoc ē iudiciū tuū: quod ipe decreuisti. At ille statim abstersit puluerē de facie sua: et ꝯgnouit eū rex isrl' q2 esset de ꝓphetis. Qui ait ad eū. Hec dicit dn̄s. Quia dimisisti virū dignū morte de manu tua. erit anima tua p anima eius: et ppls tuus p poplo eius. Reuersus ē igit' rex isrl' in domū suā. audire ꝯtemnēs: et furibūdus venit in samariā.

XXI

Post v̄ba autē hec tempore illo vinea erat naboth iesrahelite q̄ erat in iesrahel: iuxta palaciū achab regis samarie. Locutus est ergo achab ad naboth dicēs. Da michi vineā tuā vt faciam michi ortū olerū: q2 vicina ē et ppe domū meā. Daboq3 tibi p ea vineā meliorē: aut si cōmodius tibi putas argēti pciū quantū digna ē. Cui rn̄dit naboth. Propicius m̄ sit dn̄s: ne dē hēditatē pr̄m meoꝝ tibi. Venit ergo achab in domū suā. indignās et frendēs sup v̄bo q̄d locutus fuerat ad eū naboth iesrahelites dicens: non dabo tibi hereditatē pr̄m meoꝝ. Et pciēs se in lectulū suū auertit faciē suā ad parietē: et nō ꝯmedit panē.

II Ingressa ē aūt ad eū iezabel vxor sua: dixitq3 ei. Quid est

hoc vnde anima tua ꝯtristata ē. ⁊ quare nō
comedis panē? Qui respōdit ei. Locutus
sum naboth iesrlite et dixi ei. Da michi vine=
aꝫ tuā accepta pecunia: aut si tibi placet da=
bo tibi vineam meliorē ꝓ ea. Et ille ait. Nō
dabo tibi vineā meā. Dixit ergo ad eum ie=
zabel vxor eius. Grandis auctoritatis es:
et bene regis regnū isrł. Surge ⁊ comede
panē: ⁊ equo animo esto. Ego dabo tibi vi=
neā naboth iesrahelite. Scripsit itaqꝫ lr̄as
ex nomine achab. et signauit eas anulo e=
ius: ⁊ misit ad maiores natu. et optimates
q̄ erant in ciuitate eius: et habitabāt cū na=
both. Litteraꝝ autē hec erat sententia. Predi=
cate ieiuniū ⁊ sedere facite naboth inter p̄=
mos ꝓpli. ⁊ submittite duos viros filios be=
lial ꝯtra eum. et falsū testimoniū dicant be=
nedixit naboth deū ⁊ regē: et educite eum
et lapidate. sicqꝫ moriatur. Fecerūt ergo ci=
ues eius maiores natu ⁊ optimates q̄ habi=
tabāt cū eo in vrbe sicut p̄cepat eis iezabel:
et sicut scriptū erat in lr̄is quas miserat ad
eos. Predicauer̄t ieiuniū: ⁊ sedere fecerūt
naboth inter primos ꝓpli: ⁊ adductis duo=
bus viris filijs diaboli fecer̄t eos sedere cō=
tra eum. At illi scilicet vt viri diabolici. dixe=
rūt ꝯtra eum testimoniū corā multitudine.
Benedixit naboth deū ⁊ regē. Quamobrē
eduxer̄t eum extra ciuitatē: et lapidibꝫ intˀ=
fecer̄t. Miserūtqꝫ ad iezabel dicētes. Lapi=
datus est naboth: et mortuus ē. Factuꝫ est
autēꝫ cum audisſꝫ iezabel lapidatū naboth
et mortuū: locuta ē ad achab. Surge possi=
de vineaꝫ naboth iesrahelite: qui noluit tibi
acq̄escere ⁊ dare eā accepta pecunia. Non
enim viuit naboth ſꝫ mortuus ē. Quod cū
audisſꝫ achab mortuū videlicꝫ naboth: sur=
rexit ⁊ descendebat in vineā naboth iesrahe=
lite vt possideret eam. Factus est igitˀ ser=
mo domini ad heliaꝫ thesbiten dicēs. Sur=
ge: descende in occursū achab regis israhel:
qui ē in samaria. Ecce ad vineā naboth de=
scendit: ut possideat eā. Et loqueris ad eū
dicēs. Hec dicit dominus deus. Occidisti:
insup ⁊ possedisti. Et post hec addes. Hec
dicit dominus. In loco hoc in quo linxerūt
canes sanguinē naboth: lambēt ⁊ sangui=
nem tuū. Et ait achab ad heliaꝫ. Nū inueni=
sti me inimicū tibi? Qui dixit. Inueni: eo ꝙ
venūdatus sis vt faceres malū in ꝯspectu
domini. Hec dicit dominus. Ecce ego indu=
caꝫ super te malū. ⁊ demetā posteriora tua:
et interficiā de achab mingentē ad parietē:
et clausū ⁊ vltimū in israhel. Et dabo domuꝫ
tuam sicut domū ierobo am filij nabath. et
sicut domū baasa filij abia: ꝙ egisti vt me
ad iracūdiam ꝓuocares: ⁊ peccare fecisti is=
rahel. Sed ⁊ de iezabel locutus est dominus
dicens. Canes ꝯmedēt iezabel: in agro iesra=
hel. Si mortuus fuerit achab in ciuitate cō=
edent eū canes: si autēꝫ mortuus fuerit in a=
gro: ꝯmedēt eum volucres celi. Igitur non
fuit alter talis sicut achab: qui venūdatus
ē vt faceret malū in ꝯspectu domini. Conci=
tauit enim eū iezabel vxor sua: ⁊ abomina=
bilis factus ē: in tantū vt sequeretur ydola
que fecerāt ammorrei: quos ꝯsūpsit domi=
nus a facie filioꝝ israhel. Itaqꝫ cū audisset
achab ſmones istos scidit vestimēta sua.
et operuit cilicio carnem suā: ieiunauitqꝫ et
dormiuit in sacco: ⁊ ambulauit demisso ca=
pite. Et factus est sermo domini ad heliam
thesbiten dicēs. Nōne vidisti humiliatuꝫ a=
chab corā me? Quia igitˀ humiliatus ē mei
causa. nō inducam malū in diebꝫ eius: ſꝫ in
diebꝫ filij sui inferā malū domui eiꝰ. XXII

Transier̄t igitur tres ān̄i absqꝫ bello in=
ter siriam et israhel. In āno autēꝫ ter=
tio descendit iosaphat rex iuda ad regem
isrł. Dixitqꝫ rex israhel ad ſuos suos. Igno=
ratis ꝙ nostra sit ramoth galaad. et negli=
gimus tollere eam de manu regis sirie? Et
ait ad iosaphat. Veniesne mecū ad p̄lian=
dum in ramoth galaad? Dixitqꝫ iosaphat
ad regem isrł. Sicut ego sū: ita et tu. Popu=
lus meus ⁊ ꝓplus tuus vnū sunt: et equites
mei equites tui. Dixitqꝫ iosaphat ad regeꝫ
isrł. Quere oro te hodie sermonē dn̄i. Con=
gregauit ergo rex isrł ꝓp̄has. q̄dringētos
circiter viros: et ait ad eos. Ire debeo in ra=
moth galaad ad bellandū an quiescere?
Qui rn̄der̄t. Ascende: et dabit eam dn̄s in
manu regis. Dixit autē iosaphat. Non est
hic ꝓpheta domini quispiā: vt interrogemꝰ
per eum? Et ait rex israhel ad iosaphat. Re=
māsit vir vnus ꝑ quē possumꝰ interrogare

P

dñm: sed ego odi eū · q2 nō ꝓphetat m̄ bonū
ƺ malū: micheas filius iemla. Cui iosaphat
ait. Ne loq̄ris ita rex. Vocauit ergo rex
israhel eunuchū quendā: ⁊ dixit ei. Festina
adducere micheā filiū iemla. Rex autē isrl'
et iosaphat rex iuda sedebāt · vnusquisqꝫ
in solio suo vestiti cultu regio in area iuxta
ostiū porte samarie: ⁊ vniuersi ꝓphete ꝓpha-
bāt in ɔspectu eoꝝ. Fecit q3 sibi sedechias
filius chanaan cornua ferrea ⁊ ait. Hec di-
cit dñs. Hijs ventilabis syriam: donec de-
leas eā. Omesq3 ꝓphete similiter ꝓphabāt
dicētes. Ascende in ramoth galaad ⁊ vade
ꝓspere: ⁊ tradet dñs in manus regis. Nū-
cius vero qui ierat vt vocaret micheā: locu-
tus est ad eū dicēs. Ecce ſmones ꝓphetaꝝ
ore vno regi bona p̄dicāt. Sit ergo ſmo
tuus silis eoꝝ: ⁊ loquere bona. Cui miche-
as ait. Viuit dñs: q2 quodcūq3 dixerit mi-
chi dñs hoc loquar. Venit itaq3 ad regē: ⁊
ait illi rex. Michea: ire debemus in ramoth
galaad ad p̄liandū an cessare? Cui ille re-
spondit. Ascende et vade ꝓspere: ⁊ tradet
dñs in maū regis. Dixit autē rex ad eū. Ite-
rū atq3 iteruz adiuro te: vt nō loquaris m̄
nisi quod verū est in nomine dñi. Et ille ait.
Vidi cunctū israhel dispsū in montib9: q̄si o-
ues nō habētes pastorez. Et ait dñs. Non
habent isti dñm: reūtatur vnusquisq3 in do-
mū suā in pace.

II

Dixit ergo rex israhel ad io-
saphat. Nūquid nō dixi tibi q2 nō ꝓphetat
michi bonū: sed semp malū? Ille vero addēs
ait. Propter hoc audi ſmonē dñi. Vidi do-
minū sedentē sup soliū suū: ⁊ omēz exercitū
celi assistētē ei a dextris ⁊ a sinistris. Et ait
dñs. Quis decipiet achab regez israhel vt
ascendat: ⁊ cadat in ramoth galaad? Et di-
xit vnus ṽba huiuscemōi: ⁊ alius aliter. E-
gressus est aūt spūs: ⁊ stetit corā domino:
et ait. Ego decipiā illū. Cui locutus ē dñs
In quo? Et ille ait. Egrediar: ⁊ ero spirit9
mendax in ore oīm ꝓphetaꝝ eius. Et dixit
dñs. Decipies et p̄ualebis: egredē ⁊ fac ita.

III

Nūc igit̄ ecce dedit dñs spm̄ mendacij in
ore omniū ꝓphaꝝ tuoꝝ qui hic sūt: ⁊ dñs
locutus est ɔtra te malū. Accessit autem se-
dechias filius chanaan: ⁊ ꝑcussit micheam
in maxillā: et dixit. Me ne ergo dimisit spi-
ritus dñi: ⁊ locutus est tibi? Et ait micheas.
Visurus es in die illa: quādo ingredieris
cubiculū intra cubiculū vt abscondaris. Et
ait rex israhel. Tollite micheā ⁊ maneat apđ
āmon pn̄cipem ciuitatis · ⁊ apud ioas filiū
amalech: ⁊ dicite eis. Hec dicit rex. Mittite
virum istū in carcerē: ⁊ sustentate eum pa-
ne tribulacōis ⁊ aqua angustie: donec reū-
tar in pace. Dixitq3 micheas. Si reūsus fue-
ris in pace: nō est locutus in me dñs. Et ait

S

IIII

Audite populi omes. Ascendit itaq3 rex is-
rahel et iosaphat rex iuda · in ramoth gala-
ad. Dixit itaq3 rex isrl' ad iosaphat. Sume
arma et ingredē p̄liū: ⁊ induere vestibus
tuis. Porro rex israhel mutauit habitū suū:
et ingressus est bellū. Rex autem syrie p̄ce-
pat pn̄cipib9 curruū trigintaduob9 dicēs.
Nō pugnabitis ɔtra minorē ⁊ maiorē quē-
q̄: nisi ɔtra regē israhel solū. Cū ergo vidis-
sent pn̄cipes curruū iosaphat suspicati sunt
q2 ipe eēt rex israhel: ⁊ impetu facto pugna-
bāt ɔtra eū.

V

Et exclamauit iosaphat. Intel-
lexerūtq3 pn̄cipes curruū q2 nō eēt rex isrl':
et cessauerūt ab eo. Vnus autē quidā teten-
dit arcū · in incertū sagittā dirigēs: ⁊ casu ꝑ-
cussit regē israhel inter pulmonē ⁊ stoma-
chū. At ille dixit aurige suo. Verte manū
tuā · ⁊ eice me de exercitu: q2 grauiter vulne-
ratus sū. Cōmissum est ergo p̄liū in die illa.
Et rex israhel stabat in curru suo ɔtra syros:
et mortuus est vespe. Fluebat autē sanguis
plage in sinū currus: ⁊ p̄co insonuit in vni-
uerso exercitu anteq̄ sol occumbēt dicens.
Vnusquisq3 reūtatur in ciuitatē ⁊ in terram
suā.

VI

Mortuus est autē rex: ⁊ platus est in sa-
mariā. Sepelierūtq3 regē in samaria: et la-
uerūt currū eius in piscina samarie ⁊ linxerūt
canes sanguinē eius: ⁊ habenas lauerūt iux
ṽbū domini quod locutus fuerat. Reliqua
autē ſmonū achab ⁊ vniūsa que fecit · ⁊ do-
mus eburneā quā edificauit · cūctarūq3 vr-
biū quas extruxit: nōne hec scripta sunt in
libro ṽboꝝ dieꝝ regū israhel? Dormiuit er-
go achab cū prib9 suis: ⁊ regnauit ochozias
filius eius ꝓ eo.

VII

T

Iosaphat vero filius asa re-
gnare cepat sup iudā: anno quarto achab
regis israhel. Trigintaquinq3 ānoꝝ erat cū
regnare cepisset: et vigintiquinq3 ānis regnauit

in iherusalē. Nomē matris eius azuba: filia
salai. Et ambulauit in omī via asa p̄ris sui:
et nō declinauit ex ea. Fecitqꝫ quod rectuꝫ
est in ꝯspectu dn̄i: verūtamē excelsa nō ab=
stulit. Adhuc enī ꝑplus sacrificabat ⁊ ado=
lebat incensū in excelsis. Pacēqꝫ habuit io=
saphat cū regē isrl'. Reliqua autē v̄boꝝ io=
saphat. ⁊ opera eius q̄ gessit et p̄lia nonne
hec scripta sūt in libro v̄boꝝ dieꝝ regū iu=
da? Sed ⁊ reliquias effeminatoꝝ q̄ remā=
serant in dieb' asa p̄ris eius abstulit de ter=
ra. Nec erat tūc rex ꝯstitutus in edom. Rex
veō iosaphat fecerat classes in mari. q̄ na=
uigarēt in ophir ꝓpter aurū: ⁊ ire nō pote=
rāt: q2 ꝯfracte sūt in asyongaber. Tunc ait
ochozias fili' achab ad iosaphat. Vadāt
fui mei cū fuis tuis ī nauib'. Et noluit iosa=
phat. Dormiuitqꝫ iosaphat cū p̄rib' suis: ⁊
sepultus ē cū eis in ciuitate dauid p̄ris sui:
regnauitqꝫ ioram filius eius ꝓ eo. Ochozias
aūt filius achab regnaē cepat sup israhel
in samaria āno septimodecimo iosaphat re=
gis iuda: regnauitqꝫ sup israhel duob' an=
nis. Et fecit malū in ꝯspectu domini: ⁊ ābu=
lauit in via p̄ris sui. et m̄ris sue: et in via ihe=
roboam filij nabath q̄ peccare fecit israhel.
Seruiuit qꝫ baal ⁊ adorauit eū: et irritauit
dn̄m deū isrl' iuxta om̄ia q̄ fecerat pat' eius.

Expl'. liber regū tercius. Incipit quartus

Preuaricatus est autēꝫ
moab ī isrl': postq̄ mor=
tuus est achab. Ceci=
ditqꝫ ochozias per can=
cellos cenaculi sui. q̄d
habebat in samaria et
egrotauit: misitqꝫ nun=
tios dicēs ad eos. Ite ꝯsulite beelzebub deū
accharon: vtrū viuere queā de infirmitate
mea hac. Angelus aūt dn̄i locutus est ad
heliam thesbiten dicēs. Surge ⁊ descende
in occursum nūtioꝝ regis samarie: ⁊ dices
ad eos. Nūquid nō est deus in israhel. vt e=
atis ad cōsulēdū beelzebub deū accharon?
Quāobrem hec dicit dn̄s. De lectulo super
quē ascendisti nō descendes: sꝫ morte mori=
eris. Et abijt helias: reuersiqꝫ sūt nūcij ad
ochoziaꝫ. Qui dixit eis. Quaē reuersi estis?
At illi responderūt ei. Vir occurit nobis: et
dixit ad nos. Ite reūtimini ad regē qui mi=
sit vos: ⁊ dicetis ei. Hec dicit dn̄s. Nunq̄d
q2 non erat deus in israhel mittis vt ꝯsulat'
beelzebub deus accharon? Idcirco de lectu=
to sup quē ascendisti nō descendes: sꝫ morte
morieis. Qui dixit eis. Cuius figuē et ha=
bitus est vir ille q̄ occurrit vobis: ⁊ locutus
est v̄ba hec? At illi dixerūt. Vir pilosus: et
zona pellicea accinctus renib'. Qui ait. He=
lias thesbites est. Misitqꝫ ad eū quinq̄ge=
nariū p̄ncipem: ⁊ quinq̄ginta qui erant sub
eo. Qui ascendit ad eū: sedentiqꝫ in vertice
montis ait. Homo dei: rex p̄cepit vt descen=
das. Respondēsqꝫ helias. dixit quinq̄gena=
rio. Si homo dei sū: descēdat ignis de celo
et deuoret te ⁊ quinq̄ginta tuos. Descendit
ergo ignis de celo. ⁊ deuorauit eū: ⁊ quinq̄=
ginta qui erāt cū eo. Rursumqꝫ misit ad eū
p̄ncipeꝫ quinq̄genariū alterū: ⁊ quinq̄gin=
ta cū eo. Qui locutus ē illi. Homo dei: hec
dicit rex. Festina. descende. R̄ndens helias
ait. Si homo dei ego sū: descendat ignis de
celo et deuoret te ⁊ quinq̄ginta tuos. Descē=
dit ergo ignis de celo: et deuorauit illuꝫ. et
quinq̄ginta eius. Iterum misit principē q̄n=
quagenariū terciū: ⁊ quinq̄ginta q̄ erāt cū
eo. Qui cū venissꝫ curuauit genua ꝯtra heli=
am: et p̄catus est eū ⁊ ait. Homo dei: noli de=
spicē animā meā. et animas seruoꝝ tuoꝝ q̄
mecū sūt. Ecce descendit ignis de celo ⁊ deuo=
rauit duos p̄ncipes q̄nquagenarios p̄mos:
et quinq̄genos qui cū eis erāt. Sed nunc
obsecro vt miserearis anime mee. Locutus
est aūt angelus domini ad heliā dicēs. De=
scende cū eo. Ne timeas. Surrexit igit' et
descendit cū eo ad regē: ⁊ locutus ē ei. Hec
dicit dn̄s. Quia misisti nūcios ad ꝯsulendū
beelzebub deū accharon quasi nō essꝫ deus
in israhel a quo posses interrogare s̄monē:
ideo de lectulo sup quē ascendisti nō descen=
des: sꝫ morte morieris. Mortuus est autem
iuxta sermonē domini quē locutus ē helias:
et regnauit iorā frater eius ꝓ eo: āno sc̄d'o
iorā filij iosaphat regis iude. Nō enī habe=
bat filiū. Reliqua aūt v̄boꝝ ochozie q̄ opa=
tus ē. nōne hec scripta sūt in libro sermonū
dieꝝ regū israhel?
Factū est aūt II cū leuare vellet dn̄s heliam ꝑ turbinē

VIII

III

S IIII

V

VI

in celū: ibant helias et heliseus de galgalis:
Dixitqz helias ad heliseū. Sede hic: qz dn̄s
misit me vsqz in bethel. Cui ait heliseus. Vi-
uit dominus. et viuit anima tua: qz nō dereli-
quā te. Cumqz descendissent bethel: egressi
sūt filij ꝓphetaꝝ q̄ erant in bethel ad heliseū:
et dixerūt ei. Nunquid nosti: qz hodie dn̄s tol-
let dn̄m tuū a te? Qui rn̄dit. Et ego noui.
Silete. Dixit aūt helias ad heliseū. Sede
hic: qz dn̄s misit me in ihericho. Et ille ait.
Viuit dn̄s. et viuit anima tua: qz nō derelin-
quā te. Cūqz venissent ihericho: accesserūt
filij ꝓphetaꝝ qui erāt in ihericho ad heliseū:
et dixerūt ei. Nūquid nosti: qz dn̄s hodie tol-
let dn̄m tuū a te? Et ait. Et ego noui. Sile-
te. Dixit aūt ei helias. Sede hic: qz dn̄s misit
me vsqz ad iordanen. Qui ait. Viuit dn̄s.
et viuit anima tua: qz nō derelinquā te. Ierūt
igitur ambo pariter: et quinquaginta viri de
filijs ꝓphetaꝝ secuti sūt eos. Qui et steterūt
econtra longe. Illi aūt ambo stabant super
iordanen. Tulitqz helias palliū suū et inuol-
uit illud: et ꝑcussit aquas que diuise sunt
in vtramqz ꝑtem: et transierūt ambo ꝑ siccū.
Cumqz transissent: helias dixit ad heliseum.
Postula quod vis: ut faciā tibi anteq̄ⁿ tol-
lar a te. Dixitqz heliseus. Obsecro vt fiat in
me duplex spūs tuus. Qui rn̄dit. Rem dif-
ficilem postulasti. Attamen si videris me
quando tollar a te erit quod petisti: si aūt
non videris. nō erit. Cūqz ꝑgerēt et incedē-
tes sermocinarēt: ecce currus igneus et equi
ignei diuiserūt vtrūqz. Et ascendit helias
ꝑ turbinē in celū: heliseus autē videbat: et
clamabat. Pater mi pr̄ mi: currus israhel et
auriga eius. Et nō vidit eū amplius. Ap-
prehenditqz vestimēta sua: et scidit illa in duas
partes. Et leuauit palliū helie qd̄ ceciderat
ei. Reuersusqz stetit sup ripam iordanis: et
pallio helie qd̄ ceciderat ei ꝑcussit aquas:
et non sūt diuise. Et dixit. Vbi est deus he-
lie etiam nūc? Percussitqz aquas: et diuise
sūt huc atqz illuc: et transijt heliseus. Vidē-
tes autē filij ꝓphetaꝝ qui erant in ihericho
decontra dixerūt. Requieuit spūs helie sup
heliseū. Et venientes in occursū eius adora-
uerūt eum ꝓni in terrā: dixeruntqz illi. Ecce cū
seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes. qui
possunt ire. et querē dominū tuū: ne forte tu-
lerit eum spūs domini et ꝓiecerit eū in vnū
montiū aut in vnā vallium. Qui ait. Nolite
mittē. Coegeruntqz eum: donec acquiesceret
et diceret. Mittite. Et miserūt quinquaginta
viros. Qui cū quesissent tribus dieb; non
inuenerūt. Et reuersi sūt ad eū. At ille habi-
tabat in ihericho: et dixit eis. Nunquid non
dixi vobis: nolite mittere? Dixerūt qz viri ci-
uitatis ad heliseū. Ecce habitacō ciuitatis
huius optima est sicut tu ipse dn̄e ꝓspicis: sʒ
aque pessime sūt: et terra sterilis. At ille ait.
Afferte michi vas nouū: et mittite in illud
sal. Quod cū attulissent: egressus ad fontē
aquaꝝ misit in illū sal: et ait. Hec dicit dn̄s.
Sanaui aquas has: et nō erit vltra in eis
mors neqz sterilitas. Sanate sūt ergo aq̄
vsqz in diem hanc: iuxta v̄bum helisei qd̄
locutus ē. Ascendit aūt inde heliseus in be-
thel. Cūqz ascenderet ꝑ viam pueri parui e-
gressi sūt de ciuitate: et illudebant ei dicen-
tes. Ascende calue: ascende calue. Qui cū
respexisset vidit eos: et maledixit eis in nomi-
ne dn̄i. Egressiqz sūt duo vrsi. de saltu: et la-
cerauerunt ex eis quadragintaduos pue-
ros. Abijt autem inde in montem carmeli:
et inde reuersus est in samariā.

III

Ioram vero filius achab regnauit sup isrl̄
in samaria: anno decimooctauo iosaphat
regis iude. Regnauitqz duodecim ānis: et
fecit malū coram dn̄o: sʒ nō sicut pater suus
et mr̄. Tulit enī statuas baal quas fecerat
pr̄ eius: verūtamē in peccatis ierobo ā filij
nabath qui peccare fecit israhel adhesit: nec
recessit ab eis. Porro mesa rex [illegible] nutri-
ebat pecora multa: et soluebat regi israhel
centū milia agnoꝝ. et centū milia arietū cū
velleribꝫ suis. Cūqz mortuus fuisset achab:
ꝑuaricatus ē fedus qd̄ habebat cū rege isrl̄.
Egressus est igitur rex ioram in die illa de
samaria: et recensuit vniuersū israhel: misitqz
ad iosaphat regem iuda dicēs. Rex moab
recessit a me: veni mecū ꝯtra eū ad preliū.
Qui rn̄dit. Ascendā. Qui meus ē tuus est:
populus meus populus tuus: et equi mei
equi tui. Dixitqz. Per quā viā ascendemus?
At ille rn̄dit. Per desertū ydumee. Perrexe-
rūt [illegible] rex israhel et rex iuda et rex edom.

T VII

VIII

P

II

III

IIII

S

et circuierūt per viam septē dierū: nec erat aqua exercitui ⁊ iumentis que sequebant̄ eos. Dixitq; rex israhel. Heu heu heu. Congregauit nos dn̄s tres reges: ut traderet in manu moab. Et ait iosaphat. Est ne hic ꝓpheta domini: vt deꝓcemur dn̄m per eū? Et rn̄dit vnus de ſuis regis israhel. Est hic heliseus filius saphat: qui fundebat aquā sup manus helie. Et ait iosaphat. Est apd̄ eum sermo dn̄i? Descenditq; ad eū rex isrl̄ et iosaphat rex iuda: ⁊ rex edom. Dixit autem heliseus ad regem israhel. Quid michi et tibi est? Vade ad ꝓphetas p̄ris tui ⁊ matris tue. Et ait illi rex israhel. Quare cōgregauit dn̄s tres reges hos vt traderet eos in manus moab? Dixitq; ad eum heliseus. Viuit dn̄s exercituū in cuius cōspectu sto: q̄ si non vultū iosaphat regis iude erubescerem: nō attendissem quidē te: nec respexissem. Nūc autē adducite michi psalten. Cūq; caneret psaltes: facta ē sup eū manꝰ dn̄i. Et ait. Hec dicit dn̄s. Facite alueum torrentis huius fossas ⁊ fossas. Hec enim dicit dn̄s. Nō videbitis ventū neq; pluuiā: et alueus iste replebit̄ aquis: ⁊ bibetis vos et familie vr̄e ⁊ iumēta vr̄a. Paruūq; est hoc in cōspcū dn̄i: insup tradet etiā moab ī manꝰ vr̄as. Et ꝑcutietis omē ciuitatē munitā et omē vrbem electam: et vniuersū lignū fructiferū succidetis cunctosq; fontes aquarū obturabitis: ⁊ omē agrū egregiū opietis lapidibꝰ. Factum est igitur mane quādo sacrificiū offerri solz: ⁊ ecce aque veiebāt ꝑ viam edom. Et repleta ē terra aquis. Vniuersi autē moabite audientes q̄ descendissent tres reges vt pugnarēt aduersus eos cōuocauerūt omnes qui accincti erāt baltheo desup: ⁊ steterūt in terminis. Primoq; mane surgētes. et orto iam sole ex aduēso aquarū: viderūt moabite econtra aquas rubras quasi sanguinē: dixerūtq;. Sanguis gladij est. Pugnauert̄ reges cōtra se: ⁊ cesi sūt mutuo. Nūc ꝑge ad p̄dam moab. Perrexerūtq; in castra isrl̄. Porro cōsurgēs isrl̄ ꝑcussit moab: at illi fugert̄ corā eis. Venerunt igitur qui vicerāt. ⁊ ꝑcusserūt moab. et cīuitates destruxert̄: ⁊ omē agrū optimū mittentes singuli lapides repleuerunt: et vniuersos fontes aquarū obturauert̄: ⁊ oīa ligna fructifera succiderūt: ita vt muri tantū fictiles remanerent. Et circūdata est ciuitas a fundibularijs: ⁊ magna ex pte ꝑcussa. Quod cū vidisset rex moab p̄naluisse sc; hostes tulit secū septingētos viros educentes gladios vt irrumperēt ad regē edom: et nō potuerūt. Arripiensq; filiū suū primogenitū qui regnaturus erat ꝓ eo obtulit olocaustū sup murū: ⁊ facta est indignatio magna in israhel. Statimq; recessert̄ ab eo: et reuersi sunt in terrā suam.

IIII

Mulier autē quedam de vxoribꝰ ꝓphetarū. clamabat ad heliseū dicēs. Seruus tuus vir meus mortuus ē: ⁊ tu nosti q̄ seruus tuus fuit timēs deū. Et ecce creditor venit: ut tollat duos filios meos ad seruiēdū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis ut faciam tibi? Dic m̄. Quid habes in domo tua? At illa rn̄dit. Nō habeo ancilla tua quicq̄ in domo mea: nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Vade. pete mutuo ab oībꝰ vicinis tuis vasa vacua nō pauca: ⁊ ingredē et claude ostiū tuū cū intrinsecus fueris tu ⁊ filij tui. et mitte inde in oīa vasa hec: ⁊ cū plena fuerit tolles. Iuit itaq; mulier: ⁊ clausit ostiū sup se et sup filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumq; plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū. Affer michi adhuc vas. Et ille rn̄dit. Nō habeo. Stetitq; oleū. Venit aūt illa ⁊ indicauit hoī dei. Et ille. Vade inquit vende oleū ⁊ redde creditori tuo: tu autē et filij tui viuite de reliquo. Facta ē aūt quedam dies: ⁊ transibat heliseus ꝑ sunam ciuitatē. Erat aūt ibi mulier magna: q̄ tenuit eum ut cōmederet panē. Cūq; frequēter inde transiret: diuertebat ad eā ut cōmedēt panē. Que dixit ad virū suū. Animaduerto q̄ vir dei sanctus est iste: q̄ transit ꝑ nos frequēter. Faciamus ergo ei cenaculū paruū: et ponamus ei in eo lectulū ⁊ mēsam et sellā et candelabrū: ut cū venerit ad nos maneat ibi. Facta ē ergo dies quedā: ⁊ veniens diuertit in cenaculū: ⁊ requieuit ibi. Dixitq; ad giezi puerū suū. Voca sunamiten istā. Qui cū vocasset eam. ⁊ illa stetisset coram eo: dixit ad puerū suū. Loquere ad eam. Ecce sedule in oībꝰ ministrasti nobis: quid vis

vt faciam tibi? Nunq̄d habes negotiū: et
vis ut loq̄r regi siue pn̄cipi milicie? Que
rn̄dit. In medio populi mei habito. Et ait.
Quid ergo vult ut faciā ei? Dixitq; giezi.
Ne queras. Filiū enim nō habet: et vir eius
senex ē. Precepit itaq; vt vocaret eā. Que
cū vocata fuisset ⁊ stetisset ante ostiū: dixit
ad eā. In tp̄e isto in hac eadē hora si vita
comes fuerit: habebis ī vtero filiū. At illa.
Noli queso dn̄e mi vir dei: noli mentiri ācil-
le tue. Et ɔcepit mulier: ⁊ pepit filiū in tp̄e.
et in hora eadē qua dixerat heliseus. Creuit
aūt puer: ⁊ cū esset quedā dies et egressus
isset ad p̄rem suū ad messores: ait patri suo.
Caput meū doleo. At ille dixit puero. Tol-
le: ⁊ duc eum ad matrem suā. Qui cū tulisset
et duxisset eum ad matrē suā: posuit eū illa
sup genua sua usq; ad meridiē: ⁊ mortuus
ē. Ascendit aūt ⁊ collocauit eum sup lectū
hominis dei: ⁊ clausit ostiū. Et egressa vo-
cauit virū suū. Et ait. Mitte mecū obsecro
vnū de pueris ⁊ asinā: ut excurrā usq; ad
hominē dei ⁊ reuertar. Qui ait illi. Quam
ob causam vadis ad eū? Hodie non sunt
kalende neq; sabbatū. Que rn̄dit. Vadā.
Strauitq; asinam: ⁊ p̄cepit puero. Mina
et ꝑpera: ne michi moram facias in eundo:
et hoc age quod p̄cipio tibi. Profecta est
igit̄: et venit ad virū dei in montē carmeli.
Cūq; vidisset eā vir dei de cōtra: ait ad giezi
puerū suū. Ecce sunamitis illa. Vade ergo
in occursū eius: ⁊ dic ei. Rectene agit̄ circa
te et circa virū tuū: ⁊ circa filiū tuū? Que rn̄-
dit. Recte. Cūq; venisset ad virū dei in mō-
tem app̄hendit pedes eius. ⁊ accessit giezi
vt amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte il-
lam. Anima eni eius in amaritudie ē: et dn̄s
celauit a me. et nō indicauit m̄. Que dixit
illi. Nunq̄d petiui filiū a dn̄o meo? Nūq̄d
non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad
giezi. Accinge lumbos tuos. ⁊ tolle baculū
meū in manu tua et vade. Si occurrerit tibi
homo non salutes eū: ⁊ si salutauerit te quis-
piam nō rn̄deas illi. Et pones baculū meū
sup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Vi-
uit dn̄s et viuit anima tua: nō dimittam te.
Surrexit ergo: ⁊ secutus ē eam. Giezi aūt
p̄cesserat ante eos: ⁊ posuerat baculū sup
faciem pueri: ⁊ nō erat vox neq; sensus. Re-
uersusq; est in occursū eius: ⁊ nūciauit ei di-
cens. Non surrexit puer. Ingressus ē ergo
heliseus domū: ⁊ ecce puer mortuus iacebat
in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostiū sup
se ⁊ sup puerū: ⁊ orauit ad dominū. Et ascē-
dit. et incubuit super puerū: posuitq; os suū
sup os eius ⁊ oculos suos sup oculos eius.
et manus suas sup manus eius ⁊ incuruauit
se sup eū: ⁊ calefacta ē caro pueri. At ille re-
uersus deābulabat in domo semel huc atq;
illuc: ⁊ ascendit et incubuit super eū. Et osci-
tauit puer septies: aperuitq; oculos. Et ille
vocauit giezi: ⁊ dixit ei. Voca sunamiten
hanc. Que vocata ingressa est ad eū. Qui
ait. Tolle filiū tuū. Venit illa ⁊ corruit ad
pedes eius: ⁊ adorauit sup terrā. Tulitq; filiū
suū et egressa ē: ⁊ heliseus reuersus ē in gal-
gala. Erat aūt fames in terra: ⁊ filij ꝓphetarū
habitabant coram eo: dixitq; vni de pueris
suis. Pone ollam grandē: ⁊ coque pulmen-
tū filijs ꝓphetarū. Et egressus est vnus in a-
grū: ut colligeret herbas agrestes. Inuenit-
q; quasi vitē siluestrē: ⁊ collegit ex ea colo-
quintidas agri et impleuit palliū suū: ⁊ reu-
sus ɔcidit in ollam pulmēti. Nesciebat eni
q̄d esset. Infuderunt ergo socijs ut ɔmede-
rēt. Cūq; gustassent de coctione: exclama-
uerūt dicētes. Mors in olla vir dei. Et non
potuerūt ɔmedere. At ille: afferte inq̄t fa-
rinā. Cūq; tulissent: misit in ollā ⁊ ait. Infun-
de turbe vt ɔmedant. Et nō fuit amplius q̄c-
q̄ amaritudinis in olla. Vir aūt quidā ve-
nit de balsalisa deferēs viro dei panes primi-
ciarū. et viginti panes ordeaceos: ⁊ frumē-
tum nouū in pera sua. At ille dixit. Da ꝑplo
vt ɔmedat. Rn̄ditq; ei minister eius. Quā-
tum est hoc ut apponā coram centū viris?
Rursū ille: da ait ꝑplo ut ɔmedat. Hec enim
dicit dn̄s. Comedēt: ⁊ superit. Posuit itaq;
corā eis. Qui ɔmederūt: ⁊ supfuit iux̄ v̄bum
dn̄i.

V

Naaman princeps milicie
regis syrie erat vir magnus apud do-
minū suū: ⁊ honoratus. Per illū enim dedit
dn̄s salutē syrie. Erat aūt vir fortis et diues:
s; leprosus. Porro de syria egressi fuerāt la-
trunculi: ⁊ captiuā duxerāt de terra israhel
puellā paruulā: q̄ erat in obsequio vxoris

naaman. Que ait ad dn̄am suā. Utinā fuissz
dominus meus ad pphetam qui ē in sama-
ria: pfecto curassz eū a lepra quā habet. In-
gressus ē itaqz naaman ad dn̄m suū: et nū-
ciauit ei dicēs. Sic et sic locuta est puella de
terra isrl'. Dixitqz ei rex syrie. Uade: et mit-
tam lr̄as ad regem israhel. Qui cū pfectus
esset et tulissz secū decē talenta argenti et sex
milia aureos: et decē mutatoria vestimēto-
rū: detulit lr̄as ad regez israhel in hec v̄ba.
Cū acceperis epistolam hāc: scito q͛ mise-
rim ad te naaman seruū meū vt cures euz
a lep̄ sua. Cūqz legissz rex israhel lr̄as: scidit
vestimēta sua et ait. Nunq̄d deus ego sū ut oc-
cidere possim et viuificare: q͛ iste misit ad
me ut curez hominē a lepra sua? Aīaduer-
tite et videte: q͛ occasiones querat aduer-
sum me. Quod cū audissz heliseus vir dei: sci-
disse videlicet regē israhel vestimenta sua:
misit ad eum dicēs. Quare scidisti vestimē-
ta tua? Ueniat ad me: et sciat esse pphetam
in israhel. Uenit ergo naaman cū equis et
currub9: et stetit ad ostiū domus helisei. Mi-
sitqz ad eū heliseus nūciū dicēs. Uade et la-
uare septies in iordane: et recipiet sanitatē
caro tua atqz mundaberis. Iratus naaman.
recedebat dicēs. Putabam q͛ egrederet͛
ad me et stans inuocaret nomē dn̄i sui: et
tangeret manu sua locū lepre: et curarz me.
Nunq̄d nō meliores sūt abana et pharfar
fluuij damasci omib9 aq̄s isrl': ut lauer in e-
is et mūder? Cū ergo v̄tissz se et abiret indi-
gnans: accesserūt ad eū serui sui. et locuti
sūt ei. Pater: et si rem grandē dixisset tibi p-
pheta: certe facere debueras. Quantoma-
gis q͛ nūc dixit tibi lauare et mūdaberis?
Descendit et lauit septies in iordane iux̄ s-
monē viri dei: et restituta est caro eius sicut
caro pueri paruuli: et mundatus est. Reuer-
susqz ad virū dei cū vniuerso comitatu suo:
venit et stetit coram eo et ait. Uere scio q͛
non sit alius deus in vniuersa terra: n̄ tantū
in israhel. Obsecro itaqz ut accipias bn̄di-
ctōem a seruo tuo. At ille rn̄dit. Uiuit do-
minus ante quē sto: q͛ non accipiā. Cūqz
vim faceret: penitus nō acquieuit. Dixitqz
naaman. Ut vis. Sed obsecro ocede m̄
fuo tuo: ut tollā onus duoꝝ burdonū de
terra. Non enim faciet vltra seruus tuus o-
locaustū aut victimā dijs alienis: nisi dn̄o.
Hoc autē solum ē de quo dep̄ceris dn̄m p
seruo tuo: quādo ingrediet͛ dn̄s meus tem-
plū remmon ut adoret. et illo innitente super
manū meā. si adorauero in tēplo remmon.
adorante eo in eodē loco: ut ignoscat michi
dn̄s seruo tuo p hac re. Qui dixit ei. Uade
in pace. Abijt ergo ab eo: electo terre tpe.
Dixitqz giezi puer viri dei. Pepercit domin9
meus naaman siro isti: ut non acciperet ab
eo que attulit. Uiuit dn̄s q͛ currā post eū:
et accipiam ab eo aliquid. Et secutus est gi-
ezi post tergū naaman. Quē cū vidissz ille
currentē ad se: desilijt de curru in occursū ei9
et ait. Rectene sūt oīa? Et ille ait. Recte. Dn̄s
meus misit me ad te dicēs. Modo venerūt
ad me duo adolescentes de mōte ephraim:
ex filijs pphetaꝝ. Da eis talentū argenti: et
vestes mutatorias duplices. Dixitqz naa-
man. Melius est vt accipias duo talenta.
Et coegit eū: ligauitqz duo talenta argen-
ti in duob9 saccis. et duplicia vestimenta et
imposuit duob9 pueris suis: qui et portaue-
runt coraz eo. Cūqz venissz iam vesperi. tulit
de manu eoꝝ. et reposuit in domo: dimisitqz
viros et abierūt: ipe autem ingressus stetit
corā dn̄o suo. Et dixit heliseus. Unde venis
giezi? Qui rn̄dit. Nō iuit fuus tuus quo-
q̄. At ille ait. Nōne cor meū in p̄senti erat:
quādo reuersus est homo de curru suo in oc-
cursum tui? Nunc igitur accepisti argētum
et accepisti vestes: ut emas olueta et vine-
as et oues et boues et fuos et āciltas. Sed
et lepra naaman adherebit tibi et semi tuo
vsqz in sempiternū. Et egressus ē q̄i nix ab

Dixerūt aūt filij **VI** eo leprosus.
pphetaꝝ ad heliseuz. Ecce locus in q̊
habitamus corā te: angustus ē nobis. Ea-
mus usqz ad iordanen et tollant singuli de
silua materias singulas: ut edificemus no-
bis ibi locū ad habitandū. Qui dixit. Ite.
Et ait vnus ex illis. Ueni ergo et tu cū fuis
tuis. Respōdit. Ego veniā. Et abijt cū eis.
Cunqz venissent ad iordanen: cedebant li-
gna. Accidit autem: ut cum vnus materiaz
succidisset. caderet ferrum securis in aquā.
Exclamauitqz ille et ait. Heu heu heu dn̄e

mi: et hoc ip̄m mutuo acceperā. Dixit: autez
homo dei. Vbi cecidit? At ille mōstrauit ei
locuz. Precidit ergo lignum: et misit illuc.
Natauitq ferrū. Et ait. Tolle. Qui exten-
dit manū: et tulit illud. Rex aūt syrie pugna-
bat ɔtra israhel: ɔsiliūq init cū seruis suis
dicēs. In loco illo et illo. ponamus insidias.
Misit itaq vir dei ad regē israhel dicēs. Ca-
ue ne trāseas in locū illū: quia ibi syri in insidi-
is sūt. Misit itaq rex israhel ad locuz quē
dixerat ei vir dei et p̄occupauit eū: et obserua-
uit se ibi nō semel neq bis. Cōturbatūq ē
cor regis syrie p̄ hac re: et ɔuocatis seruis
suis ait. Quare nō indicatis michi quis pro-
ditor mei sit apud regē israhel? Dixitq vnus
seruorū eius. Nequaq̄ dn̄e mi rex: sȝ heli-
seus ꝓpheta qui est in israhel indicat regi isrl'
oīa verba quecūq locutus fueris in ɔcla-
ui tuo. Dixitq eis. Ite et videte vbi sit: ut mit-
tam et capiam eū. Annūciauerūt ei dicētes.
Ecce in dothaim. Misit ergo illuc equos et
currus: et robur exercitus. Qui cū venissent
nocte: circūdederūt ciuitatē. Cōsurgēs au-
tem diluculo minister viri dei egressus est:
viditq exercitū in circuitu ciuitatis et eq̄s
et currus. Nūciauitq ei dicēs. Heu heu heu
dn̄e mi quid faciemus? At ille rn̄dit. Noli
timere. Plures enim nobiscū sūt: q̄ cū illis.
Cūq orasset heliseus ait. Dn̄e: aperi oculos
huius ut videat. Et apuit dn̄s oculos pu-
eri. et vidit: et ecce mōs plenus equorū et
curruū igneorum in circuitu helisei. Hostes
vero descenderūt ad eū. Porro heliseus ora-
uit ad dominū dicēs. Percute obsecro gē-
tem hanc cecitate. Percussitq eos dn̄s ne
viderēt: iuxta verbū helisei. Dixit autez ad
eos heliseus. Nō ē hec via: nec ista est ciui-
tas. Sequimini me: et ostendā vobis virū
quem queritis. Duxit ergo eos in samariā.
Cūq ingressi fuissent in samariā: dixit heli-
seus. Dn̄e: aperi oculos istorū vt videant.
Aperuitq dn̄s oclos eorū: et viderūt se es-
se in medio samarie. Dixitq rex isrl' ad he-
liseū: cū vidisset eos. Nūquid pcutiam eos
pater mi? Et ille ait. Nō pcuties. Neq enī
cepisti eos gladio et arcu tuo: ut percutias.
Sed pone panem et aquā coram eis. ut cō-
edant et bibāt: et vadāt ad dominum suū.
Appositaq est eis ciborū magna p̄paracō.
Et ɔmederūt et biberūt: et dimisit eos: abie-
rūtq ad dominū suū. Et vltra nō venerūt la-
trones syrie in terrā: israhel. Factum est aūt
post hec ɔgregauit benadab rex syrie vni-
uersū exercitū suū: et ascēdit et obsidebat sa-
mariā. Factaq ē fames magna in samaria:
et tamdiu obsessa est donec venūdaret ca-
put asini octoginta argenteis: et quarta ps
cabi stercoris columbarū quinq argēteis.
Cūq rex israhel transiret p murū: mulier q-
dam exclamauit ad eum dicēs. Salua me
domine mi rex. Qui ait. Nō te saluet dominus.
Vnde te possum saluare? De area: vel de
torculari? Dixitq ad eā rex. Quid tibi vis?
Que rn̄dit. Mulier ista dixit michi. Da filiū
tuū ut ɔmedamus eū hodie: et filiū meum
ɔmedemus cras. Coximus ergo filiū meū.
et ɔmedimus: dixiq ei altera die. Da filiuz
tuū: ut ɔmedamus eum. Que abscōdit filiū
suū. Qd cum audisset rex scidit vestimenta
sua: et transiebat p murū. Viditq oīs ppls
ciliciū quo vestitus erat ad carnē intrinsecus.
Et ait rex. Hec michi faciat deus. et hec ad-
dat: si steterit caput helisei filij saphat sup
ipsum hodie. Heliseus autē sedebat i domo
sua: et senes sedebant cū eo. Premisit itaq
virū: et anteq̄ veniret nūcius: ille dixit ad
senes. Nūnquid scitis q misit filius homi-
cide hic ut p̄scidatur caput meū? Videte er-
go: cū venerit nūcius. claudite ostiū: et nō
sinatis eum introire. Ecce enim sonitus pe-
dū domini eius post eum est. Adhuc illo lo-
quēte eis: apparuit nūcius qui veniebat ad
eum. Et ait. Ecce tantū malū a domino est.
Quid amplius exspectabo a dn̄o?

VII

Dixit autem heliseus. Audite v̄bū dn̄i.
Hec dicit dn̄s. In tempore hoc cras.
modius simile vno statere erit: et duo modij
ordei statere vno in porta samarie. Rndens
vnus de ducibus sup cuius manū rex incumbe-
bat homini dei ait. Si dn̄s fecerit etiaz catha-
ractas in celo: nunquid poterit esse qd loque-
ris? Qui ait. Videbis oculis tuis: et inde nō
ɔmedes. Quatuor ergo viri erant leprosi
iuxta introitū porte: qui dixerūt ad inuicez.
Quid hic esse volumus donec moriamur?
Siue ingredi voluerimus ciuitatem fame

moriem̄: siue manserimus hic moriendum nobis est. Venite ergo ⁊ transfugiamus ad castra syrie. Si pepercerint nobis viuemus: si autē occidere voluerint: nichilominꝰ moriemur. Surrexerūt ergo vesperi: ut venirent ad castra syrie. Cumqꝫ venissent ad principiū castrorū syrie: nullū ibidem reperūt. Siquidē dn̄s sonitū audiri fecerat in castris syrie. curruū et equorū: ⁊ exercitus plimi. Dixerūtqꝫ ad inuicē. Ecce mercede conduxit aduersū nos rex israhel reges getheorꝫ et egiptiorꝫ: et venerūt sup nos. Surrexerūt ergo ⁊ fugerūt in tenebris: et dereliquerūt tentoria sua ⁊ equos ⁊ asinos in castris: fugerūtqꝫ. animas tantū suas saluare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi ad principiū castrorꝫ ingressi sūt vnū tabnaculū: et comederūt ⁊ biberūt. Tulerūtqꝫ inde argentū et aurū et vestes: ⁊ abierūt et absconderūt. Et rursū reuersi sūt ad aliud tabernaculū: ⁊ inde similiter auferētes abscōderūt. Dixerūtqꝫ ad inuicē. Nō recte facimꝰ. Hec enim dies boni nūcij ē. Si tacuerimꝰ et noluerimus nūciare usqꝫ mane: sceleris arguem̄. Venite eamus: et nunciemus in aula regis. Cūqꝫ venissent ad portaꝫ ciuitatis: narrauerunt eis dicētes. Iuimus ad castra syrie ⁊ nullū ibidē reperimus hoīem: nisi equos ⁊ asinos alligatos: et fixa tentoria. Ierunt ergo portarij: ⁊ nūciauerūt in palacio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos suos. Dico vobis quid fecerint nobis syri. Sciunt qꝛ fame laboramus: ⁊ idcirco egressi sūt de castris: et latitant in agris dicētes. Cū egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos: ⁊ tūc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorū eius. Tollamus quinqꝫ eqꝯs q̄ remanserūt in vrbe: qꝛ ipi tantū sūt in vniuersa multitudine israhel. alij enim cōsumpti sūt: et mittētes explorare poterimus. Adduxerūt ergo duos equos: misitqꝫ rex in castra syrorū dicēs. Ite et videte. Qui abierūt post eos usqꝫ ad iordanen. Ecce autem omnis via plena erat vestibꝫ et vasis: que piecerāt syri cū turbarētur. Reuersiqꝫ nuncij indicauerūt regi. Et egressus pp̄ls diripuit castra syrie: factusqꝫ ē modius simile statē vno. et duo modij ordei statere vno: iuxta verbū domini. Porro rex ducem illū in cuiꝰ manu incubuerat cōstituit ad portā: quem conculcauit turba in introitu porte ⁊ mortuus est: iuxta quod locutus fuerat vir dei quādo descenderat rex ad eū. Factūqꝫ est scđm sermonē viri dei. quem dixerat regi qn̄ ait. duo modij ordei statere vno erunt. et modius simile statere vno hoc eodeꝫ tēpore cras in porta samarie: quando responderat dux ille viro dei ⁊ dixerat. etiā si dn̄s fecerit catharactas in celo nūquid poterit fieri quod loqueris: et dixit ei videbis oculis tuis. ⁊ inde nō comedes. Euenit ergo ei sicut p̄dictuꝫ erat: ⁊ conculcauit eū pp̄ls in porta ⁊ mortuꝰ ē.

VIII

Heliseus autē locutus est ad mulierē: cuius viuē fecerat filiū dicēs. Surge: vade tu ⁊ domus tua: ⁊ pegrinare vbicūqꝫ repereris. Vocabit enim dn̄s famē: ⁊ veniet sup terram septē annis. Que surrexit ⁊ fecit iuxta verbū hoīs dei: ⁊ vadēs cū domo sua: pegrinata est in terra philistiim. diebꝫ multis. Cūqꝫ finiti essent ani septē: reuersa est mulier de terra philistijm. Et ingressa est: ut interpellaret regē p domo sua. et pro agris suis. Rex autē loquebat̄ cū giezi puero viri dei dicēs. Narra michi oīa magnalia que fecit heliseus. Cumqꝫ ille narraret regi quomō mortuū suscitasset: apparuit mulier cuius viuificauerat filiū clamans ad regē p domo sua ⁊ pro agris suis. Dixitqꝫ giezi. Dn̄e mi rex hec est mulier: et hic ē filius eius quē suscitauit heliseus. Et interrogauit rex mulierē. Que narrauit ei. Deditqꝫ ei rex eunuchū vnū dicēs. Restitue ei oīa que sua sūt: et vniuersos redditus agroruꝫ a die qua reliquit terram usqꝫ ad pn̄s. Venit qꝫ heliseus damascū: ⁊ benadab rex syrie egrotabat. Nūciauerūtqꝫ ei dicentes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera et vade in occursū viri dei: ⁊ cōsule dn̄m p eum dicens. Si euadere poteo de infirmitate mea hac? Iuit igitur azahel ī occursū eius habens secum munera ⁊ oīa bona damasci onera q̄draginta cameloruꝫ. Cūqꝫ stetisset coram eo ait. Filius tuus benadab rex syrie misit me ad te dicens. Si sanari poteo de infirmitate mea hac? Dixitqꝫ

ei heliseus. Vade dic ei. Sanaberis. Porro ostendit michi dñs: q͛ morte morietur. Stetitq; cū eo: et cõturbatus est usq; ad suffusionem vultus. Fleuitq; vir dei. Cui azahel ait. Quare dñs meus flet? At ille dixit. Quia scio que facturus sis filijs israhel mala. Ciuitates eoꝝ munitas igne succēdes: ⁊ iuuenes eoꝝ interficies gladio: ⁊ paruulos eorū elides. et pregnātes diuides.

VIII

Dixitq; asahel. Quid enim sū seruus tuus canis: ut faciaȝ rem istā magnā? Et ait heliseus. Ostēdit michi dñs te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab heliseo: venit ad dñm suū. Qui ait ei. Quid tibi dixit heliseus? At ille rñdit. Dixit michi: recipies sanitatē. Cūq; venisset dies altera. tulit stragulū ⁊ infudit aquā: ⁊ expandit super faciem eius. Quo mortuo: regnauit asahel ꝓ eo.

Anno quīto iorā filij achab regis israhel regnauit iorā filius iosaphat rex iuda. Trigintaduoꝝ ānoꝝ erat cū regnare cepisset: ⁊ octo ānis regnauit in iherusalē. Ambulauitq; in vijs regū israhel: sicut ambulauerat domus achab. Filia enim achab erat vxor eius. Et fecit qđ malū est in cõspectu domini. Noluit aūt dñs disꝑdere iudam ꝓpter dauid seruū suū: sicut ꝓmiserat ei ut daret illi lucernā. et filijs eius cūctis dieb;. In dieb; eius recessit edom ne esset sub iuda: ⁊ cõstituit sibi regē.

II

Veitq; iorā seira: ⁊ omis exercitus cū eo. Et surrexit nocte: ꝑcussitq; ydumeos qui euȝ circūdederāt. et principes curruū. Populus aūt fugit in tabernacula sua. Recessit ergo edō ne esset sub iuda: usq; ad dieȝ hāc. Tunc recessit ⁊ lobna in tempore illo. Reliqua aūt sermonū ioram et vniuersa que fecit: nōne hec scripta sūt in libro verboꝝ dierū regū iuda? Et dormiuit iorā cū prīb; suis: sepultusq; est cū eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit ochozias filius eius ꝓ eo.

III

Anno duodecīo iorā filij achab regis israhel: regnauit ochozias filius iorā regis iude. Vigintiduorum ānoꝝ erat ochozias cū regnare cepisset: et vno anno regnauit in iherusalem. Nomē matris eius atalia filia amri regis israhel: ⁊ ābulauit in vijs domus achab: ⁊ fecit qđ malū est corā dño sicut domus achab. Gener enī domus achab fuit. Abijt q; cū iorā filio achab ad ꝑliandū cõtra asahel regeȝ syrie in ramoth galaad: et vulnerauerūt syri ioraȝ. Qui reuersus est. ut curaretur in iesrl: q͛ vulnerauerūt eum syri in ramoth preliātem cõtra asahel regē syrie. Porro ochozias filius ioraȝ rex iuda descendit inuisere iorā filiū achab ī iesrahel: q͛ egrotabat ibi.

IX

IIII

Heliseus aūt ꝓphetes vocauit vnū de filijs ꝓphetaꝝ: ⁊ ait illi. Accinge lūbos tuos: ⁊ tolle lenticulā olei hāc in manu tua: et vade in ramoth galaad. Cūq; veneris illuc: videbis iehu filiū iosaphat filij namsi. Et ingressus suscitabis eū de medio fratrū suorū ⁊ introduces in interius cubiculuȝ: tenensq; lenticulā olei fundes sup caput eius: et dices. Hec dicit dñs. Vnxi te regē super israhel. Aperiesq; ostiū ⁊ fugies: et nō ibi subsistes.

Abijt ergo adolescēs puer ꝓphete in ramoth galaad: ⁊ ingressus est illuc. Ecce aūt prīcipes exercitus sedebāt. Et ait. Verbuȝ m̄ ad te o princeps. Dixitq; iehu. Ad quē ex omib; nobis? At ille dixit. Ad te o princeps. Et surrexit: ⁊ ingressus ē cubiculū. At ille fudit oleū super caput eius. Et ait. Hec dicit dñs deus israhel. Vnxi te regem sup ꝓplm dñi israhel: ⁊ ꝑcuties domū achab domini tui. Et vlciscar sanguinē seruoꝝ meorū ꝓphetaꝝ. et sanguinē omniū seruorū domini de manu iezabel: ꝑdamq; omneȝ domū achab. Et interficiā de domo achab mingētem ad parietē: ⁊ clausū et nouissimū in isrl. Et dabo domū achab sicut domū ieroboaȝ filij nabath: et sicut domū baasa filij achia. Ihezabel quoq; cõmedēt canes in agro iesrahel: nec erit qui sepeliat eā. Aperuitq; ostiū ⁊ fugit.

VI

Iehu aūt ingressus ē ad seruos domini sui. Qui dixerūt ei. Rectene sūt omia? Quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis. Nostis hoiem: ⁊ quid locutus sit? At illi respōderūt. Falsum ē: sed magis narra nobis. Qui ait eis. Hec ⁊ hec locutus est michi. Et ait. Hec dicit dñs. Vnxi te regeȝ sup israhel. Festinauerūt itaq;: et vnusquisq; tollēs palliū suū posuerūt sub pedib; eius in similitudinē tribunalis: ⁊ cecinerūt tuba atq; dixerunt. Regnabit iehu. Cõiurauit ergo iehu filius iosaphat filij namsi cõtra ioram.

VII

Porro ioraȝ obsederat ramoth galaad. ipe ⁊ ois israhel

contra asahel regē syrie: et reu̇sus fuerat ut curaret̄ in iesrahel ꝓpter vulnera: q̄a pcusse-rant eum syri pliantē ꝯtra asahel regē syrie. Dixitqꝫ iehu. Si placet vob̄ nemo egredi-atur ꝓfugus de ciuitate: ne vadat ⁊ nūciet in iesrahel. Et ascendit: et ꝓfectus ē in iesrl̄. Ioraȝ eni̅ egrotabat ibi: et ochozias rex iu-da descēderat ad visitādū iorā. Igit̄ specu-lator q̄ stabat sup turrim iesrl̄: vidit globū iehu veniētis. Et ait. Video ego globū. Di-xitqꝫ ioraȝ. Tolle currū: ⁊ mitte in occursū eoꝝ: ⁊ dicat vadēs. Rectene sūt oīa? Abijt ergo qui ascenderat currū in occursū eius. Et ait. Hec dicit rex. Pacata sūt omnia? Di-xitqꝫ iehu. Quid tibi ⁊ pacis? Trāsi et sequē me. Nunciauit qꝫ speculator dicēs. Venit nūcius ad eos: ⁊ non reuertit̄. Misit etiam currū equoꝝ scd̄m: venitqꝫ ad eos: et ait. Hec dicit rex: Nūquid pax ē? Et ait iehu Quid tibi et pacis? Transi ⁊ sequē me. Nū-ciauit aūt speculator dicēs. Venit usqꝫ ad eos: et non reuertit̄. Est autem incessus q̄̄i incessus iehu filij namsi. Preceps eni̅ ī̄ḡdit. Et ait ioram. Iūgite currū. Iunxerūtqꝫ cur-rū eius. Et egressus est ioram rex israhel et ochozias rex iuda: singuli in curribꝫ suis. Egressiqꝫ sunt in occursū iehu: ⁊ inuenerūt eum in agro naboth iesrahelite. Cūȝ vidissꝫ ioraȝ iehu: dixit. Pax ē iehu? At ille rn̄dit. Que pax? Adhuc fornicacōes iezabel ma-tris tue. et veneficia eius multa vigent. Cō-uertit aūt ioram manū suā: ⁊ fugiēs ait ad ochoziaȝ. Insidie ochozia. Porro iehu tetē-dit arcū manu: ⁊ pcussit ioram inter scapu-las. et egressa est sagitta p cor eius: statim-qꝫ corruit in curru suo. Dixitqꝫ iehu. ad ba-dacher ducē. Tolle ꝓice eū ī agro naboth iesrahelite. Memini enim quādo ego et tu sedentes in curru sequebamur achab p̄reȝ huius: qꝫ dominus onus hoc leuauerit sup eum dicēs. Si non ꝓ sanguine naboth. et ꝓ sanguine filioꝝ eius quē vidi heri ait do-minus: reddam tibi in agro isto dicit dn̄s. Nunc ergo tolle ⁊ ꝓice eum in agro: iuxta verbū dn̄i. Ochozias aūt rex iuda videns hoc fugit p viam domus orti: ꝑsecutusqꝫ est eum iehu: ⁊ ait. Etiā hunc pcutite in curru suo. Et pcusserunt eū in ascensu gaber: qui est iuxta ieblaam. Qui fugit in mageddo: et mortuus est ibi. Et imposuerūt eum serui eius sup currum suū ⁊ tulerūt in ihrusalē: se-pelierūtqꝫ in sepulcro cū patribꝫ suis in ciui-tate dauid. Anno vndecimo iorā filij achab regis israhel regnauit ochozias sup iudā: venitqꝫ iehu ī iesrahel. Porro iezabel introi-tu eius audito depinxit oculos suos stibio. et ornauit caput suū: ⁊ respexit p fenestram: ingredientē iehu p portā: et ait. Nunquid pax potest esse zamri. q̄ interfecit dn̄m suū? Leuauitqꝫ iehu faciez suā ad fenestrā ⁊ ait. Que ē ista? Et inclinauerūt se ad eum duo vel tres eunuchi: ⁊ dixerūt. Hec ē illa ieza-bel. At ille dixit eis. Precipitate eaȝ deorsuȝ. Et p̄cipitauerūt eā. Aspsusqꝫ est sanguine paries: ⁊ eq̊ruȝ vngule ꝯculcauerūt eā. Cū-qꝫ introgressus esset vt comederet biberet-qꝫ ait. Ite ⁊ videte maledcāȝ illā et sepelite eam: q̄ filia regis ē. Cūqꝫ issent ut sepelirēt eam: nō inuenerūt nisi caluariam ⁊ pedes et summas manus. Reuersiqꝫ nūciauerūt ei. Et ait iehu. Sermo domini est: quē locutus ē p seruū suū heliaȝ thesbiten dicēs. In agro iesrahel ꝯmedēt canes carnes iezabel. Et erūt carnes iezabel sicut stercus super faciez ter-re in agro iesrahel: ita ut p̄tereuntes dicant. Heccine est illa iezabel.

Erant X autē achab septuaginta filij in sama-ria. Scripsit ergo iehu litteras: et misit in samariā ad optimates ciuitatis ⁊ ad maio-res natu ⁊ ad nutricios achab dicēs. Sta-tim vt accepitis litteras has qui habetis fi-lios dn̄i vestri ⁊ currus ⁊ equos et ciuitates firmas ⁊ arma: eligite meliorē ⁊ eū qui vob̄ placuerit de filijs dn̄i vestri. et eū ponite su-per soliū patris sui: ⁊ pugnate ꝓ domo dn̄i vestri. Timuerūt illi vehemēter: et dixerunt. Ecce duo reges non potuerūt stare corā eo: et quomō nos valebimus resistere? Mise-runt ergo ꝑpositi domus ⁊ p̄fecti ciuitatis ⁊ maiores natu et nutricij ad iehu dicentes Serui tui sumus: quecūqꝫ iusseris faciemꝰ: nec ꝯstituemus nobis regem. Quecūqꝫ tibi placēt fac. Rescripsit autē eis lr̄as secundo dicēs. Si mei estis ⁊ obeditis michi: tollite capita filiorum domini vr̄i: et venite ad me hac eadem hora cras in iesrahel. Porro filij

regis septuaginta viri apud optimates ci-
uitatis nutriebant̄. Cumq; venissent l̄re ad
eos: tulerūt filios regis ⁊ occiderūt septuagīta
viros: ⁊ posuerūt capita eorꝫ in cophinis
et miserūt ad eū in iesrahel. Venit aūt nūci⁹
ad eum: ⁊ indicauit ei dicēs. Attulerūt ca-
pita filiorū regis. Qui r̄ndit. Ponite ea ad
duos aceruos iux̄ introitū porte usq; mane.
Cūq; diluxiss; egressus ē: ⁊ stans dixit ad
om̄ez pplm̄. Iusti estis. Si ego coniuraui cō-
tra dn̄m meū ⁊ interfeci eū: quis pcussit oēs
hos? Videte ergo nunc quoniā nō cecidit
de sermonibꝫ domini in terrā quos locutus
est dn̄s sup domū achab: ⁊ dn̄s fecit qđ lo-
cutus ē in manū serui sui helie. Percussit igit̄
iehu om̄es qui reliqui erāt de domo achab
in iesrahel. et vniuersos optimates eius et
notos ⁊ sacerdotes: donec nō remanerent
ex eo reliq̄e. Et surrexit: et venit in samariā.
Cūq; venisset ad camerā pastorū in via: in-
uenit fratres ochozie regis iuda: dixitq;
ad eos. Quinam estis vos? Qui r̄nderūt
Fratres ochozie sumus: ⁊ descendimus ad
salutādos filios regis ⁊ filios regine. Qui
ait. Comphendite eos viuos. Quos cum
cōphendissent viuos: iugulauerūt eos in ci-
sterna iux̄ camerā q̄dragintaduos viros:
et nō reliquit ex eis quenq̄. Cūq; abiss; in-
de inuenit ionadab filiū rechab in occursū
sibi: ⁊ bn̄dixit ei. Et ait iehu ad eū. Nūquid
est cor tuū rectū cū corde meo sicut cor meū
cū corde tuo? Et ait ionadab. Est. Si ē inq̄t:
da manū tuā. Qui dedit ei manū suā. At il-
le leuauit eū ad se in currū: dixitq; ad eum.
Veni mecū: ⁊ vide zelum meū p dn̄o. Et im-
positū in curru suo duxit in samariā. Et per-
cussit om̄es qui reliqui fuerāt de achab in
samaria usq; ad vnū: iuxta v̄bū domini qđ
locutus ē p heliam. Cōgregauit ergo iehu
om̄ez pplm̄: ⁊ dixit ad eos. Achab coluit
baal parum: ego autē colam eū amplius.
Nūc igitur om̄es pphetas baal et vniuersos
seruos eius ⁊ cūctos sacerdotes ipsius vo-
cate ad me. Nullus sit qui nō veniat. Sacri-
ficiū enim grande ē michi baal. Quicunq;
defuerit nō viuet. Porro iehu faciebat hoc
insidiose: ut disperdet cultores baal. Et dixit.
Sanctificate diē solemnē baal. Vocauitq;
et misit in vniuersos terminos israhel: et vene-
rūt cūcti serui baal. Nō fuit residuus nec vn⁹
quidē: qui nō veniret. Et ingressi sūt templū
baal. Et repleta est domus baal: a summo
vsq; ad summū. Dixitq; his qui perāt sup
vestes. Proferte vestimēta vniuersis seruis ba-
al. Et ptulerūt eis vestes. Ingressusq; iehu
et ionadab filius rechab templū baal: ait
cultoribꝫ baal. Perquirite et videte: ne q̄s
forte vobiscū sit de seruis domini: sed ut sint
serui baal soli. Ingressi sūt igitur ut facerēt
victimas ⁊ olocausta: iehu autē pparauerāt
sibi foris octoginta viros: ⁊ dixerat eis. Qui-
cūq; fugerit de hominibꝫ hijs q̄s ego addu-
xero in manus vr̄as: anima eius erit p aia
illius. Factum est autem cū cōpletū ess; olo-
caustū: pcepit iehu militibꝫ ⁊ ducibus suis.
Ingredimini ⁊ pcutite eos. Nullus euadat.
Percusserūtq; eos in ore gladij ⁊ piecerūt
milites ⁊ duces. Et ierūt in ciuitatē templi
baal ⁊ ptulerūt statuā de phano baal: et cō-
busserūt ⁊ cōminuerūt eā. Destruxerūt q̄ȝ edē
baal: ⁊ fecerunt p ea latrinas usq; in diem
hanc. Deleuit itaq; iehu baal de isrl': verūtamē
a peccatis ieroboā filij nabath q̄ peccare fe-
cit isrl': nō recessit nec dereliq̄t vitulos aureos q̄
erāt in bethel ⁊ in dan. Dixit autē dn̄s ad ie-
hu. Quia studiose egisti qđ rectum erat
et placebat in oculis meis: ⁊ om̄ia que erāt
in corde meo fecisti contra domū achab: filij
tui usq; ad quartā gn̄ationē sedebūt super
thronū israhel. Porro iehu non custodiuit
vt ambularet in lege domini dei israhel in to-
to corde suo. Nō enim recessit a peccatis iero-
boam. qui peccare fecerat israhel. In diebꝫ
illis cepit dn̄s tedē sup israhel. Percussitq;
eos azahel in vniuersis finibus israhel: ab iorda-
ne contra orientalē plagā. om̄ez terrā galaad
et gad ⁊ ruben et manasse. ab aroer que ē
sup torrentē arnon ⁊ galaad et basan. Reli-
qua autem v̄borꝫ iehu et vniuersa que fecit ⁊
fortitudo eius: nōne hec scripta sūt in libro
v̄borꝫ dierū regū israhel? Et dormiuit iehu
cū prībꝫ suis: sepelieruntq; eū in samaria: et
regnauit ioachaz filius eius p eo. Dies au-
tem quos regnauit iehu super israhel vigi-
ti et octo ānī sūt in samaria. XI

Athalia vero mr̄ ochozie vidēs mortuū

filium suum: surrexit ⁊ interfecit omē semē regium. Tollens autem iosaba filia regis ioram · soror ochozie · ioas filium ochozie · furata est eum de medio filiorū regis qui interficiebantur · et nutricē eius de triclinio: et abscōdit eum a facie atalie ut nō interficeretur: eratq; cum ea sex ānis clam in domo domini. Porro atalia regnauit sup terram septē annis. Anno autem septimo misit ioiada ⁊ assumēs cēturiones et milites introduxit ad se in templū domini: pepigitq; cū eis fedus. Et adiurās eos in domo domini ostendit eis filiū regis: ⁊ pcepit illis dicēs. Iste ē sermo quē facere debetis. Tercia ps vrm introeat sabbato: ⁊ obseruet excubias domus regis. Tercia aūt ps sit ad portam sepr: ⁊ tercia ps sit ad portā que ē p9 habitaculū scutariorū: ⁊ custodietis excubias domus messa. Due vero ptes e vobis omes egrediētes sabbato custodiāt excubias domus domini circa regem: ⁊ vallabitis eū habētes arma in manib9 vestris. Si quis autem ingressus fuerit septum tēpli: interficiat'. Eritisq; cū rege introeunte ⁊ egrediēte. Et fecerunt cēturiones iuxta oia que pceperat eis ioiada sacerdos. Et assumētes singuli viros suos qui ingrediebantur sabbatum cū hiis qui egrediebāt' e sabbato: venerūt ad ioiadam sacerdotē. Qui dedit eis hastas ⁊ arma regis dauid: que erāt in domo dni. Et steterūt singuli hñtes arma in maū sua a pte templi dextera usq; ad ptem sinistrā altaris ⁊ edis · circū regem. Produxitq; filiū regis: ⁊ posuit sup eū diadema ⁊ testimoniū · fecerūtq; eū regem ⁊ vnxerūt: ⁊ plaudētes maū dixerūt. Viuat rex. Audiuit autem atalia vocē populi currentis: et ingressa ad turbas in templū domini · vidit regē stantē sup tribunal iuxta morē · et cantores ⁊ turbas pe eum · omemq; populū terre letantē · et canentē tubis: ⁊ scidit vestimēta sua clamauitq;. Coniuracō · ɔiuratio. Precepit autē ioiada centurionibus q̄ erāt sup exercitū: ⁊ ait eis. Educite eam extra septa templi: ⁊ quicūq; eam secutus fuerit: feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos: nō occidatur in templo domini. Imposuerunt q; ei manus ⁊ impegerūt eā p viā introitus equorū iuxta palatium: ⁊ interfecta est ibi. Pepegit ergo ioiada fedus inter deū et regem et inter pplm · ut esst pplus domini: ⁊ int' regē ⁊ pplm. Ingressusq; est omis populus terre templū baal · et destruxerūt aras eius: et imagines ɔtriuerūt valide: mathan q̄q; sacerdotē baal occiderūt corā altai. Et posuit sacerdos custodias i domo domini: tulitq; centuriōes ⁊ cerethi et pheleti legiones et omez popolū terre: deduxerūtq; regē de domo domini. Et venerunt p viā porte scutariorū in palaciū: ⁊ sedit sup thronū regū. Letatusq; est ois poplus tre: ⁊ ciuitas ɔqeuit. Atalia aūt occisa ē gladio in domo regis. Septēq; ānorū erat ioas cum regnare cepisst.

XII

Anno septimo iehu regnauit ioas. Quadraginta ānis regnauit in iherusalē: nomē mris eius sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectum corā dño · cūctis dieb9 quib9 docuit eum ioiada sacerdos: verūtamē excelsa nō abstulit. Adhuc enim pplus immolabat ⁊ adolebat in excelsis incensū. Dixitq; ioas ad sacerdotes. Omez pecuniā scōr que illata fuerit in templū domini a ptereūtib9 que offertur p pcio anime ⁊ quā spōte ⁊ arbitrio cordis sui inferūt in templū domini · accipiant illā sacerdotes iuxta ordinez suū: ⁊ instaurēt sartatecta domus si q̄d necessariū viderint instauracōe. Igit' usq; ad vicesimumterciū ānum regis ioas: nō instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadā pontificē ⁊ sacerdotes: dicēs eis. Quaē sartatecta nō instauratis templi? Nolite ergo āplius accipere pecuniā iuxta ordinē vestrū: s; ad instauracōnem templi reddite eā. Prohibitiq; sūt sacerdotes vltra accipere pecuniā a populo: et instauraē sartatecta domus. Et tulit ioiada pontifex gazophilatium vnū · aperuitq; foramen desup: ⁊ posuit illud iuxta altaē ad dexteram ingredientiū domū domini: mittebātq; in eo sacerdotes qui custodiebāt ostia omez pecuniā que deferebat' ad templū domini. Cūq; viderēt nimiā pecuniā esse i gazophilatio · ascendebat scriba regis ⁊ pontifex · effundebātq; ⁊ numerabāt pecuniā q̄ inueniebat' in domo domini: ⁊ dabāt eam iuxta numerū atq; mensurā in maū eorū q̄

preerant cementarijs domus dñi. Qui im-
pēdebant eā in fabris lignoꝝ ⁊ in cemēta-
rijs hijs qui operabāt̃ in domo dñi. et sar-
tatecta faciebāt: ⁊ in hijs qui cedebāt saxa.
et vt emerent ligna ⁊ lapides q̃ excidebā-
tur: ita vt impleret̃ instauracō domus dñi
in vniūsis q̃ indigebāt expensa ad muniē-
dam domū. Verūtamē nō fiebant ex eadē
pecunia ydrie templi dñi ⁊ fuscinule ⁊ thu-
ribula ⁊ tube ⁊ oĩe vas aureū et argēteū:
de pecunia que inferebat̃ in tēplū domini.
Hijs eni qui faciebāt opus dabatur: ut in-
staurarēt̃ templum dñi. Et nō fiebat racio
hijs hominib; qui accipiebāt pecuniā ut di-
stribuerēt eā artificib;: sed in fide tractabāt
eam. Pecuniā vero p̱ delicto ⁊ pecuniam p̱
peccatis nō inferebāt in templū dñi: q̄z sacer-
dotū erat. Tūc ascēdit asahel rex syrie ⁊ pu-
gnabat ꝯtra geth: cepitq̄z eā. Et direxit fa-
ciem suā vt ascenderet in ihrlm. Quāobrē
tulit ioas rex iuda omnia sanctificata que
cōsecrauerat iosaphat ⁊ ioram ⁊ ochozias
patres eius reges iuda. et que ipe obtule-
rat. et vniuersū argentū qđ inueniri potuit
in thesauris templi domini. et in palatio re-
gis: misitq̄z asaheli regi syrie: ⁊ recessit ab
iherusalē. Reliqua aūt ṡmonū ioas ⁊ vniū-
sa que fecit: nōne hec scripta sūt in libro ver-
borū dieꝝ regū iuda? Surrexerūt autem
ṡui eius ⁊ ꝯiurauerūt inter se: p̱cusserūtq̄z
ioas ī domo mello in descēsu sela. Josachar
nāq̄z filius semath ⁊ iozabath filius somer
ṡui eius p̱cusserūt eū: ⁊ mortuus est. Et se-
pelierūt eū cū p̄rib; suis in ciuitate dauid:
regnauitq̄z amasias filius eius p̱ eo. XIII

Anno vicesimoṫcio ioas filij ochozie re-
gis iude. regnauit ioachaz filius iehu su-
per israhel in samaria decē ⁊ septē ānis: ⁊ fe-
cit malū corā dño. Secutusq̄z ē peccata ihe-
roboam filij nabath qui peccare fecit isrl': ⁊
nō declinauit ab eis. Iratusq̄z ē furor dñi cō-
tra israhel: ⁊ tradidit eos in manu asahel re-
gis syrie ⁊ in manu benadab filij asahel cū-
ctis dieb;. Depcatus ē aūt ioachaz faciem
dñi: ⁊ audiuit eū dñs. Vidit enim angusti-
am isrl': q̄z attriuerat eos rex syrie. Et dedit
dñs saluatorē isrli: ⁊ liberatus est de manu
regis syrie: habitauerūtq̄z filij israhel in ta-
bernaculis suis. sicut heri ⁊ nudiustercius.
Verūtamē nō recesserūt a peccatis domus
iheroboā qui peccare fecit isrl': sed in ipsis ā-
bulauerūt. Siquidē ⁊ lucus p̱māsit in sama-
ria: ⁊ nō sunt derelicti ioachaz de populo n̄
quinq̄ginta eq̄tes: ⁊ decē currus ⁊ decē mi-
lia peditū. Interfecerat enim eos rex syrie:
et redegerat q̄si puluerē in tritura aree. Re-
liqua aūt ṡmonū ioachaz et vniuersa que
fecit ⁊ fortitudo eius: nōne hec scripta sūt in
libro ṡmonū dieꝝ regū israhel? Dormiuitq̄z
ioachaz cū p̄rib; suis: ⁊ sepelierūt eum in sa-
maria: regnauitq̄z ioas filius eius pro eo.
Anno tricesimoseptimo ioas regis iuda re-
gnauit ioas filius ioachaz sup israhel in sa-
maria sedecim ānis: ⁊ fecit qđ malū ē in con-
spectu dñi. Nō declinauit ab omnib; pecca-
tis iheroboā filij nabath qui pc̄care fecit isrl':
sed in ipis ābulauit. Reliqua aūt sermonū
ioas ⁊ vniūsa q̄ fecit: ⁊ fortitudo eius quō
pugnauit ꝯtra amasiā regē iuda. nōne hec
scripta sūt in libro ṡmonū dieꝝ regū isrl'?
Et dormiuit ioas cū p̄rib; suis: iheroboam
aūt sedit sup soliū eius. Porro ioas sepul-
tus est in samaria cum regib; isrl'. Heliseus
aūt egrotabat infirmitate q̄ ⁊ mortuus est.
Descenditq̄z ad eū ioas rex israhel. ⁊ flebat
corā eo: dicebatq̄z pater mi. p̄r mi: currus is-
rahel ⁊ auriga eius. Et ait illi heliseus. Affer
arcū ⁊ sagittas. Cūq̄z attulisset ad eū arcū et
sagittas: dixit ad regē isrl'. Pone manū tu-
am sup arcū. Et cū posuisset ille manū suā: sup-
posuit heliseus manus suas manib; regis: ⁊
ait. Aperi fenestrā oriētalem. Cūq̄z aperuis-
set: dixit heliseus. Iace sagittā. Et iecit. Et
ait heliseus. Sagitta salutis dñi: ⁊ sagitta
salutis cōtra syriā. Percutiesq̄z syriam in a-
phec: donec ꝯsumas eā. Et ait. Tolle sagit-
tas. Qui cū tulisset: rursum dixit ei. Percute
iaculo terrā. Et cū p̱cussisset trib; vicib; ⁊ ste-
tisset: iratus est vir dei ꝯtra eū: et ait. Si per-
cussisses quīquies aut sexies siue septies:
p̱cussisses syriā usq̄z ad ꝯsumacōnē. Nunc
autē trib; vicib; p̱cuties eā. Mortuus ē er-
go heliseus: ⁊ sepelierūt eū. Latrunculi aūt
de moab venerūt in terrā in ipo anno. Qui-
dam aūt sepeliētes hominē viderūt latrūcu-
los: et piecerūt cadauer in sepulcro helisei.

Quod cũ tetigiſſ; oſſa heliſei reuixit homo: et ſtetit ſup pedes ſuos. Igitur aſahel rex ſyrie afflixit iſrl' cũctis diebꝰ ioachaz. Et miſertus eſt dñs eoꝝ: ⁊ reuerſus eſt ad eos ꝑpter pactũ ſuũ qḋ habebat cũ abraham ⁊ yſaac ⁊ iacob: ⁊ noluit diſperdere eos neq; ꝓicere penitus uſq; in pſens tẽpus. Mortuus eſt aũt aſahel rex ſyrie: ⁊ regnauit benadab filius eius ꝓ eo. Porro ioas filius ioachaz tulit vrbes de manu benadab filij aſahel q̃s tulerat de manu ioachaz prĩs ſui: iure prelij. Tribus vicibus percuſſit euz ioas: et reddidit ciuitates iſrahel. XIIII

IIII In anno ſecũdo filij ioachaz regis iſrahel: regnauit amaſias filius ioas regis iuda. Viginti quinq; ãnoꝝ erat cũ regnare cepiſſet: viginti autẽ ⁊ nouẽ annis regnauit in iheruſalẽ. Nomen mr̃is eius ioaden de ihrlm. Et fecit rectũ coram dño: verũtamẽ nõ vt dauid pater eius. Iuxta omnia que fecit ioas pater ſuus fecit: niſi hoc tantũ quod excelſa nõ abſtulit. Adhuc enim ꝑplus adolebat ⁊ immolabat incenſũ in excelſis. Cũq; obtinuiſſet regnũ ꝑcuſſit ſeruos ſuos q̃ interfecerãt regẽ prẽ ſuũ: filios aũt eoꝝ q̃ occiderãt nõ occidit: iuxta qḋ ſcriptũ eſt in libro legis moyſi ſicut ꝑcepit dñs dicens. Nõ morientur patres ꝓ filijs neq; filij pro prĩbꝰ: ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo morietur. Ipſe ꝑcuſſit edom in valle ſalinaꝝ decẽ milia: ⁊ apꝑhendit petrã in ꝓlio: vocauitq; nomẽ eius iecthel uſq; in pſentẽ diẽ. Tũc miſit amaſias nũcios ad ioas filiũ ioachaz filij iehu regis iſrl' dicens. Veni ⁊ videamꝰ nos. Remiſitq; ioas rex iſrahel ad amaſiaz regẽ iuda dicẽs. Carduus libani miſit ad cedrũ que ẽ in libano dicẽs. Da filiã tuam filio meo vxorẽ. Tranſieruntq; beſtie ſaltus q̃ ſunt in libano: ⁊ conculcauerũt carduũ. Percutiens inualuiſti ſuper edom: et ſblleuauit te cor tuũ. Contentus eſto gloria: et ſede ĩ domo tua. Quare ꝓuocas malũ: ut cadas tu ⁊ iudas tecũ? Et nõ acquieuit amaſias. Aſcenditq; ioas rex iſrl': et viderũt ſe ipſe et amaſias rex iuda in bethſames oppido iude. Percuſſuſq; ẽ iuda corã iſrahel: et fugerunt vnuſquiſq; in tabernacula ſua. Amaſiam vero regẽ iuda filium ioas filij ochozie cepit ioas rex iſrahel in bethſames: ⁊ adduxit eũ in ihrlm. Et interrupit murũ ihrlm a porta ephraim uſq; ad portam anguli quadringentis cubitis. Tulitq; omne aurũ ⁊ argentũ ⁊ vniuerſa vaſa q̃ inuẽta ſũt in domo dñi ⁊ in theſauris regis ⁊ obſides: ⁊ reuerſus eſt in ſamariã. Reliqua autẽ verboꝝ ioas q̃ fecit ⁊ fortitudo eius qua pugnauit contra amaſiã regẽ iuda · nõne hec ſcripta ſunt in libro ſmonũ dieꝝ regũ iſrahel? Dormiuitq; ioas cũ prĩbꝰ ſuis ⁊ ſepultus eſt in ſamaria cũ regibꝰ iſrahel: ⁊ regnauit iheroboam filius eius ꝓ eo. Vixit autẽ amaſias filius ioas rex iuda · poſtq̃ mortuus ẽ ioas filius ioachas regis iſrl' · viginti quinq; annis. Reliqua aũt ſmonũ amaſie · nõne hec ſcripta ſunt in libro ſmonum dieꝝ regũ iuda? Factaq; eſt ꝯtra eũ ꝯiuracõ in ihrlm: at ille fugit in lachis. Miſerũtq; poſt eũ lachis ⁊ interfecerũt eũ ibi: et aſportauerũt in equis: ſepultuſq; eſt in ihrlm cũ prĩbꝰ ſuis in ciuitate dauid. Tulit autẽ vniuerſus ꝑplus iude azariam ãnos natũ ſedecim: ⁊ ꝯſtituerũt eũ regem ꝓ prẽ eius amaſia. Ipſe edificauit ahilam: et reſtituit eã iude poſtq̃ dormiuit rex cũ prĩbꝰ ſuis. Anno quintodecimo amaſie filij ioas regis iuda regnauit iherobo ã filius ioas regis iſrahel in ſamaria quadraginta et vno ãno: ⁊ fecit qḋ malũ eſt coram dño. Nõ receſſit ab omnibꝰ peccatis iheroboam filij nabath qui peccare fecit iſrl'. Ipſe reſtituit terminos iſrahel ab introitu emath uſq; ad mare ſolitudinis: iuxta ſmonẽ dñi dei iſrahel quẽ locutus eſt ꝑ ſuũ ſuũ ionam filium amathi ꝓphetã: qui erat de geth que ẽ in opher. Vidit enim dñs afflictionẽ iſrahel amarã nimis: ⁊ qꝛ conſumpti eſſent uſq; ad clauſos carceris ⁊ extremos: ⁊ nõ eſſ; qui auxiliaretur iſrl'. Nec locutus eſt dominus vt deleret nomẽ iſrahel de ſub celo: ſ; ſaluauit eos in manu iherobo ã filij ioas. Reliqua autẽ ſmonũ iherobo ã ⁊ vniuerſa que fecit: et fortitudo eius qua pliatus eſt. et quomõ reſtituit damaſcum ⁊ emath iude in iſrahel · nonne hec ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ regum iſrahel? Dormiuitq; iherobo ã cum patribus ſuis regibꝰ iſrahel: ⁊ regnauit zacharias filius eius pro eo. XV

VIII

Anno vicesimoseptīo ihcroboaꝫ regis
israhel r̄gnauit azarias filius amasie
regis iuda. Sedecim ānoꝝ erat cū reḡre
cepisset: et qūquaginta duobꝫ ānis regna-
uit in ihrlm. Nomē mr̄is eius iecelia de ihe-
rusalem. Fecitqꝫ qđ erat placitū coraꝫ dn̄o.
iuxta omnia que fecit amasias pr̄ eius: ve-
runtamē excelsa nō est demolitus. Adhuc
ꝑplus sacrificabat ⁊ adolebat incēsuꝫ in excel-
sis. Percussit autē dn̄s regē: et fuit lepro-
sus usqꝫ in diem mortis sue: ⁊ habitabat in
domo libera seorsū. Ioathan vero filius r̄gis
gubnabat palaciū: ⁊ iudicabat ꝑplm terre.
Reliqua aūt s̄monū azarie ⁊ vniūsa que fe-
cit: nōne hec scripta sūt in libro v̄boꝝ dieꝝ
r̄gum iuda? Et dormiuit azarias cū pr̄ibus
suis: sepelieruntqꝫ eū cū maioribꝫ suis in ciui-
tate dauid: et regnauit ioathan filius eiꝰ
ꝓ eo. Anno tricesimooctauo azarie regis
iude r̄gnauit zacharias filius ihcroboaꝫ su-
per israhel in samaria sex mēsibꝫ: ⁊ fecit qđ
malū est corā dn̄o sicut fecerant pr̄es eius.
Nō recessit a pc̄cis ihcroboaꝫ filij nabath:
qui pc̄care fecit isrl̄. Cōiurauit aūt ꝯtra eū
sellū filius iabes pcussitqꝫ eū palā ⁊ interfe-
cit: r̄gnauitqꝫ ꝓ eo. Reliqua aūt verboꝝ za-
charie nōne hec scripta sūt in libro s̄monū
dieꝝ regū israhel? Iste est s̄mo dn̄i quem
locutus ē ad iehu dicens. Filij tui usqꝫ ad
q̄rtam generacōeꝫ sedebūt de te sup thro-
num isrl̄. Factūqꝫ est ita. Sellū filius iabes
r̄gnauit tricesimonono anno azarie regis
iude. Regnauit aūt vno mense in samaria.

II

Et ascēdit manahen filius gaddi de thersa.
venitqꝫ samariaꝫ: et pcussit sellū filiū iabes
in samaria ⁊ interfecit eū: regnauitqꝫ ꝓ eo.
Reliqua aūt verboꝝ sellū ⁊ ꝯiuracō eius p
quā tetēdit insidias: nōne hec scripta sunt
in libro s̄monū dieꝝ regum israhel? Tunc
percussit manahen thapsam ⁊ oīes q̄ erāt
in ea: et terminos eius de thersa. Noluerāt
enim apire ei. Et interfecit oīes p̄gnātes
eius: et scidit eas. Anno tricesimonono aza-
rie regis iude reḡuit manahen filius gad-
di sup israhel decē ānis in samaīa: fecitqꝫ qđ
erat malū coraꝫ dn̄o. Nō recessit a peccatis
ihcroboā filij nabath q̄ peccare fecit israhel:
cūctis diebꝫ eiꝰ. Veiebat phul rex assirioꝝ

III

in thersa: et dabat manahen phul mille ta-
lenta argēti. ut esset ei in auxiliū ⁊ firmaret
regnum eius. Indixitqꝫ manahen argētuꝫ
sup israhel cūctis potētibꝫ ⁊ diuitibꝫ vt daēt
regi assirioꝝ: qūquaginta siclos argēti p
singulos. Reuersusqꝫ ē rex assirioꝝ: ⁊ nō ē
moratus in thersa. Reliqua aūt s̄monū ma-
nahen et vniūsa que fecit: nōne hec scripta
sunt in libro s̄monū dieꝝ regū isrl̄? Et dor-
miuit manahen cum pr̄ibꝫ suis: regnauitqꝫ
phaceia filius eius ꝓ eo. Anno qūquage-
simo azarie regis iude regnauit phaceia
filius manahē sup israhel in samaria biēnio:
fecit qđ erat malū corā dn̄o. Non recessit a
pc̄cis ihcroboam filij nabath: q̄ peccaūe fecit
israhel. Cōiurauit autē aduersus eū phacee
filius romelie dux eius. et pcussit eū in sama-
ria in tr̄e domꝰ regie iux̄ argob ⁊ iux̄ ariph.
⁊ cū eo q̄nquaginta viros de filijs galaadi-
taꝝ ⁊ interfecit euꝫ: regnauitqꝫ ꝓ eo. Reli-
qua auteꝫ s̄monū phaceie ⁊ vniūsa que fe-
cit: nōne hec scripta sūt in libro s̄monū die-
rū regū isrl̄? Anno qūquagesimoscđo aza-
rie regis iude. reḡnuit phacee filius rome-
lie sup israhel in samaīa viginti ānis: et fecit
quod erat malū coram dn̄o. Nō recessit a
pc̄cis ihcroboam filij nabath: qui peccare fe-
cit isrl̄. In diebꝫ phacee regis israhel venit
theglat phalassar rex assur. ⁊ cepit abion.
et abel domū maacha ⁊ ianoe ⁊ cedes ⁊ asor.
et galaad ⁊ galileam ⁊ vniūsam terraꝫ ne-
ptalim: ⁊ transtulit eos in assyrios. Cōiura-
uit autē ⁊ tetendit insidias osee filius hela
ꝯtra phacee filiū romelie: et pcussit eū ⁊ in-
terfecit: regnauitqꝫ ꝓ eo vicesimo āno ioa-
than filij ozie. Reliqua aūt s̄monū phacee
et vniūersa que fecit: nōne hec scripta sunt
in libro s̄monū dieꝝ regū israhel? Anno se-
cūdo phacee filij romelie regis isrl̄: regna-
uit ioathan filius ozie regis iuda. Viginti-
quīqꝫ ānoꝝ erat cū regnare cepisset: ⁊ sedecī
ānis regnauit in ihrlm. Nomē mr̄is eiꝰ ihe-
rusa: filia zadoch. Fecitqꝫ qđ erat placitū co-
ram dn̄o. Iuxta omnia q̄ fecit ozias pr̄ suus
opatus est: verūtamē excelsa non abstulit.
Adhuc ꝑplus immolabat ⁊ adolebat incē-
sum in excelsis. Ipe edificauit portā domus
dn̄i sublimissimā. Reliq̄ aūt s̄monū ioathan

IIII

S

V

VI

T

et vniuersa que fecit: nōne hec scripta sunt in libro verbor dierū regū iuda? In diebus illis cepit dūs mittere in iudā rasin regem syrie: et phacee filium romelie. Et dormiuit ioathan cū prībus suis sepultusq; est cū eis in ciuitate dauid pris sui: et regnauit achaz filius eius pro eo.

VII

Anno decimo XVII septimo phacee filii romelie. regnauit achaz filius ioathan regis iuda. Viginti annorū erat achaz cū regnare cepisset: et sedecī annis regnauit in ierlm. Nō fecit quod erat placitū in cōspectu domini dei sui sicut dauid pater eius: sed ābulauit in via regum isrl. Insup et filiū suū cōsecrauit trāsferens per ignem secūdum ydola gentiū: que dissipauit dūs corā filiis israhel. Immolabat quoq; victimas et adolebat incēsum in excelsis et in collibus: et sub omni ligno frōdoso. Tunc ascēdit rasin rex syrie: et phacee filius romelie rex israhel ad pliādum in ierlm. Cumq; obsiderēt achaz: nō valuerūt superare eum.

VIII

In tpe illo restituit rasin rex syrie haylam syrie: et eiecit iudeos de hayla. Et ydumei et syri venerūt in haylam: et habitauerūt ibi usq; in diē hāc. Misit autē achaz nuntios ad teglat phalassar regē assyrior dicēs. Seruus tuus et filius tuus ego sū. Ascēde et saluum me fac de manu regis syrie et de manu regis isrl: q; surrexerūt aduersum me. Et cū collegisset argentum et aurū qd inueniri potuit in domo dūi et in thesauris regis misit regi assyrior munera: qui et acq;euit volūtati eius. Ascēdit autē rex assyrior in damascū et vastauit eā: et transtulit habitatores eius cyrenen: rasin autem interfecit.

P

Perrexitq; rex achaz in occursū teglat phalassar regi assyrior in damascū. Cūq; vidisset altare damasci: misit rex achaz ad vriam sacerdotē exemplar eius et similitudinē iuxta omne opus eius. Exstruxitq; vrias sacerdos altare. Iuxta omnia que pceperat rex achaz de damasco: ita fecit sacerdos vrias donec veniret rex achaz de damasco. Cūq; venisset rex de damasco vidit altare et veneratus est illud: ascēditq; et immolauit olocausta et sacrificium suū: et libauit libamina et fudit sanguinē pacificor que obtulerat sup altare. Porro altare ereū qd erat corā dūo transtulit de facie templi et de loco altaris et de loco templi domini: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonem.

II

Precepit quoq; rex achaz vrie sacerdoti dicēs. Sup altare maius offer olocaustū matutinū et sacrificiū vespertinū et olocaustū regis et sacrificiū eius: et olocaustum vniuersi ppli terre et sacrificia eor et libamina eor: et omnē sanguinē olocausti et vniuersum sanguinē victime sup illud effundes. Altare vero ereum erit paratū ad volūtatē meā. Fecit igitur vrias sacerdos iuxta omnia q̄ pceperat rex achaz. Tulit autē rex achaz celatas bases et luterem q̄ erat desup: et mare deposuit de bobus ereis q̄ sustētabāt illud et posuit sup pauimētum stratū lapide. Musach quoq; sabbati qd edificauerāt in tēplo et ingressum regis exterius cōuertit in templū domini: pter regē assyrior. Reliq; autem verbor achaz et omnia q̄ fecit: nōne hec scripta sūt in libro sermonū dier regū iuda? Dormiuitq; achaz cū prībus suis: et sepultus ē cū eis in ciuitate dauid: et regnauit ezechias filius eius pro eo.

III

Anno duodecimo achaz regis XVII iuda regnauit osee filius hela in samaria sup isrl nouē annis: fecitq; malū corā dūo: sed nō sicut reges israhel qui āte eū fuerūt. Cōtra hūc ascēdit salmanasar rex assyrior: et factus est ei osee seruus: reddebatq; illi tributa. Cūq; dephendisset rex assyrior osee q; rebellare nitēs misisset nūcios ad sua regem egipti. ne pstaret tributa regi assyriorum. sicut singulis ānis solitus erat: obsedit eum. et vinctū misit in carcerē: puagatusq; est omnē terrā: et ascēdēs samariam obsedit eā tribus annis. Anno autē nono osee cepit rex assyrior samariam: et transtulit isrl in assyrios: posuitq; eos in haylam et in abor iuxta fluuiū gozan in ciuitatibus medorum.

IIII S

Factum ē enim cū peccassent filii israhel domino deo suo q̄ eduxerat eos de terra egipti de manu pharaonis regis egipti: coluerūt deos alienos. et ābulauerūt iuxta ritū gētiū q̄s cōsūpserat dūs in cōspectu filior isrl et regū isrl: q; similr fecerāt. Et irritauerūt filii israhel verbis nō rectis dūm deū suum: et edificauerunt sibi excelsa in cūctis vrbibus suis a turre custodū usq; ad ciuitatem munitam. Feceruntq; sibi statuas et lucos in omni colle

sublimi. et subter om̄e lignū nemorosū: ⁊ a-
dolebant ibi incensū sup aras in morē gen-
tium quas transtulerat dn̄s a facie eorum.
Feceruntq̄ꝫ v̄ba pessima irritātes dn̄m: ⁊ co-
luerūt immūdicias de quibꝰ p̄cepit eis do-
minus ne facerēt verbum hoc. Et testificatꝰ

V

est dn̄s in israhel ⁊ in iuda p manū oīm pro-
phetaꝝ et videntiū dicēs. Reuertimī a vijs
vestris pessimis. et custodite p̄cepta mea ⁊
cerimonias: iuxta om̄ez legē quam p̄cepi
patribꝰ v̄ris: ⁊ sicut misi ad vos in manu s-
uoꝝ meoꝝ ꝓphetaꝝ. Qui nō audierūt: s̄ꝫ
indurauerūt ceruicē suam iuxta ceruicem
patrū suoꝝ q̄ noluerūt obedirē dn̄o deo suo.
Et abiecerūt legittima eius. et pactū quod
pepigit cum p̄ribꝰ eoꝝ ⁊ testificacōes q̄bꝰ
cōtestatus est eos: secutiq̄ꝫ sūt vanitates et
vane egerūt: ⁊ secuti sūt gentes q̄ erāt per
circuitū eoꝝ sup quibꝰ p̄ceperat dn̄s eis ut
nō facerēt sicut ⁊ ille faciebāt. Et dereliq̄ue-
rūt omnia p̄cepta domini dei sui: feceruntq̄ꝫ
sibi cōflatiles duos vitulos ⁊ lucos: ⁊ adora-
uerūt vniuersam miliciā celi. Seruierūtq̄ꝫ
baal: ⁊ cōsecrauerūt filios suos ⁊ filias suas
per ignem. Et diuinacōni inseruiebāt ⁊ au-
gurijs: ⁊ tradiderūt se ut facerēt malū coraꝫ

VI

dn̄o: ⁊ irritarēt eum. Iratusq̄ꝫ est dn̄s vehe-
mēter israheli: ⁊ abstulit eos a cōspectu suo:
et nō remāsit nisi tribꝰ iuda tantummō. Sꝫ
nec ipse iuda custodiuit mandata domini
dei sui: verūtamē ambulauit in erroribꝰ isrl'.
quos operatus fuerat. Proiecitq̄ꝫ dominus
om̄e semen israhel ⁊ afflixit eos ⁊ tradidit
eos in manū diripientiū: donec ꝓiceret eos
a facie sua: ex eo iam tp̄e quo scissus est isrl'
a domo dauid: ⁊ cōstituerūt sibi regē ihero-
boam filiū nabath. Separauit enim ihero-
boam israhel a dn̄o: ⁊ peccaē eos fecit pc̄m
magnū. Et ambulauerūt filij israhel in vni-
uersis peccatis iheroboaꝫ q̄ fecerat: ⁊ nō re-
cesserūt ab eis usquequo dn̄s auferret isrl'
a facie sua: sicut locutus fuerat in manū oīm
seruoꝝ suoꝝ ꝓphetaꝝ. Translatusq̄ꝫ ē isrl'

VII

de terra sua in assyrios usq̄ꝫ in diē hanc. Ad-
duxit autē rex assyrioꝝ de babilone ⁊ de cu-
tha et de abaiath. et de emath ⁊ de sefarua-
im: et collocauit eos in ciuitatibꝰ samarie p
filijs israhel. Qui possederunt samariam: et
habitauerūt in vrbibꝰ eius. Cūq̄ꝫ ibi habi-
tare cepissent nō timebant dn̄m: ⁊ immisit
eis dn̄s leones: qui interficiebant eos. Nū-
ciatūq̄ꝫ est regi assyrioꝝ ⁊ dictum. Gentes
quas trāstulisti ⁊ habitare fecisti in ciuita-
tibꝰ samarie ignorāt legittima dei terre: et
immisit in eos dn̄s leones ⁊ ecce interficiūt
eos: eo q̄ ignorēt ritū dei t̄re. Precepit aūt
rex assyrioꝝ dicēs. Ducite illuc vnū de sacer-
dotibꝰ quos inde captiuos adduxistis: ut
vadat ⁊ habitet cū eis: ⁊ doceat eos legit-
tima dei terre. Igitur cū venisset vnus de sacer-
dotibꝰ hijs qui captiui ducti fuerāt de sama-
ria habitauit in bethel: ⁊ docebat eos quō
colerēt dominū. Et vnaqueq̄ꝫ gens fabrica-
ta est deum suū. Posuerūtq̄ꝫ eos in fanis ex-
celsis q̄ fecerant samarite gens ⁊ gēs in vr-
bibꝰ suis: in quibꝰ habitabāt. Viri enim ba-
bilonij fecerūt socoth benoth: viri autē cu-
them fecerūt nergel: et viri de emath fecerūt

VIII

asima. Porro euei fecerūt nebaaz ⁊ thartha.
Hij aūt qui erāt de sefaruaim cōburebāt fili-
os suos igni ad ramelech ⁊ anamelech dijs
sefaruaim: ⁊ nichilominus colebāt dominū.
Fecerūt autem sibi de nouissimis sacerdotes
excelsorū: ⁊ ponebant eos in fanis sublimi-
bꝰ. Et cū dominū colerēt: dijs q̄ꝫ suis seruie-
bant iuxta cōsuetudinē gentiū de quibꝰ trās-
lati fuerāt samariaꝫ. Usq̄ꝫ in p̄ntem diē mo-
rem sequūtur antiquū. Nō timent dominū:
neq̄ꝫ custodiūt cerimonias eius atq̄ꝫ iudi-
cia ⁊ legem et mandatū qd̄ p̄ceperat dn̄s fi-
lijs iacob quē cōgnominauit israhel: ⁊ pcus-
serat cum eis pactū. et mandauerat eis di-
cēs. Nolite timere deos alienos ⁊ nō adore-
tis eos neq̄ꝫ colatis eos et nō immoletis eis:
sed dn̄m deum vestrū qui eduxit vos de t̄ra
egipti ī fortitudine magna ⁊ in brachio ex-
tento. ipsū timete ⁊ illū adorate: et ipsi immo-
late. Cerimonias q̄ꝫ et iudicia ⁊ legē et mā-
datū qd̄ scripsit vobis custodite ut faciatis
cunctis diebꝰ: ⁊ nō timeatis deos alienos.
Et pactum quod percussit vobiscū nolite
obliuisci: nec colatis deos alienos sed do-
minū deum vestrum timete: ⁊ ipse eruet vos
de manū omniū inimicoꝝ v̄roꝝ. Illi vero nō
audierūt: s̄ꝫ iuxta cōsuetudinē suam pristinā
ꝑpetrabāt. Fuerūt igitur gentes iste timētes

quidẽ dñm: ſ; nichilominus ⁊ ydolis ſuis ſeruientes. Nã filij eoꝝ ⁊ nepotes ſic fecerũt ꝑres ſui ita faciũt: uſq; in pñtẽ diem. XVIII

Anno tercio oſee filij hela regis iſrahel regnauit ezechias fili⁹ achaz regis iuda. Viginti quinq; ãnoꝝ erat cũ regnare cepiſſ;: et viginti nouẽ ãnis regnauit in iheruſalẽ. Nomẽ matris eius abiſa filia zacharie. Fecitq; qđ erat bonũ coraȝ dño: iuxta omnia que fecerat dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa: ⁊ contriuit ſtatuas et ſuccidit lucos: ↄfregitq; ſerpentẽ ereum quem fecerat moyſes. Siquidẽ uſq; ad illud tp̃s filij iſrahel adolebãt ei incẽſũ. Vocauitq; nomẽ eius nehestan. Et in dño deo iſrahel ſperauit. Itaq; poſt eum nõ fuit ſimilis ei de cũctis regib⁹ iuda ſ; neq; in hijs qui ante eũ fuerũt: ⁊ adheſit dño: ⁊ nõ receſſit a veſtigiis eius: fecitq; mandata eius que p̃ceperat dñs moyſi. vnde ⁊ erat dñs cũ eo: ⁊ in cunctis ad que ꝑcedebat ſapiẽter ſe agebat. Rebellauit q̊q; ↄtra regeȝ aſſirioꝝ: ⁊ nõ ſeruiuit ei. Ipſe ꝑcuſſit philiſteos uſq; ad gazam. et om̃es t̃minos eoꝝ: a turre cuſtodũ vſq; ad ciuitateȝ munitã. Anno quarto regis ezechie q̃ erat ãnus ſeptimus oſee filij hela regis iſrahel. aſcẽdit ſalmanaſar rex aſſirioꝝ ſamariã: ⁊ oppugnauit eam et cepit. Nam poſt ãnos tres ãno ſexto ezechie id eſt nono ãno oſee regis iſrahel capta eſt ſamaria: ⁊ trãſtulit rex aſſirioꝝ iſrahel in aſſyrios: collocauitq; eos in ahyla ⁊ in abor. fluuijs gozan in ciuitatib⁹ medoꝝ: quia nõ audierũt voceȝ domini dei ſui. ſ; p̃tergreſſi ſũt pactum eius. Om̃ia que p̃ceperat moyſes ſeruus domini nõ audierũt neq; fecerũt. Anno quarto decimo regis ezechie aſcendit ſennacherib rex aſſirioꝝ ad vniuerſas ciuitates iuda munitas: ⁊ cepit eas. Tũc miſit ezechias rex iuda nũcios ad regem aſſirioꝝ in lachis dicẽs. Peccaui. Recede a me: ⁊ om̃e qđ impoſueris michi ferã. Indixit itaq; rex aſſirioꝝ ezechie regi iude trecẽta talẽta argẽti ⁊ triginta talẽta auri. Deditq; ezechias om̃e argẽtuȝ qđ repertuȝ fuerat i domo domini: ⁊ in theſauris regis. In tẽpore illo ↄfregit ezechias valuas templi dñi ⁊ laminas auri q̃s ip̃e affixerat: et dedit eas regi aſſirioꝝ. Miſit autem rex aſſiriorũ thartan et rapſaris ⁊ rapſacẽ de lachis ad regem ezechiam cum manũ valida iheruſalem. Qui cũ aſcẽdiſſent venerũt iheruſalẽ et ſteterũt iuxta aq̃ ductuȝ piſcine ſupioris que eſt in via agri fullonis: vocauerũtq; regem. Egreſſus eſt autem ad eos eliachim filius elchie p̃poſitus domus ⁊ ſobna ſcriba et ioahe filius aſaph a comẽtarijs: dixitq; ad eos rapſaces. Loquimini ezechie. Hec dicit rex magnus: rex aſſirioꝝ. Que ẽ iſta fiducia qua niteris? Forſitã iniſti ↄſiliũ: vt p̃parares te ad p̃lium. In quo ↄfidis: ut audeas rebellare? An ſperas in baculo arũdineo atq; ↄfracto egipto? Sup quẽ ſi incubuerit homo: ↄminutus ingrediet̃ manũ eius: et pforabit eaȝ. Sic eſt pharao rex egipti. om̃ib⁹ qui ↄfidũt in ſe. Qđ ſi dixeritis m̃ in dño deo noſtro habemus fiduciã. nõne iſte eſt cuius abſtulit ezechias excelſa ⁊ altaria. et p̃cepit iude ⁊ iheruſalẽ ãte altare hoc adorabitis in iheruſalẽ? Nũc igit̃ trãſite ad dominũ meum regeȝ aſſirioꝝ: ⁊ dabo vobis duo milia equoꝝ: et videte an habẽ valeãtis aſcenſores eoꝝ. Et quõ poteſtis reſiſtẽ ãte vnuȝ ſatrapam de ſeruis domini mei minimis? An fiduciã habes in egipto ꝑpter currus et eq̃tes? Nũquid ſine dñi volũtate aſcẽdi ad locum iſtũ: ut demolirer eũ? Dñs dixit michi. Aſcẽde ad terrã hãc: ⁊ demolire eam. Dixerũt auteȝ eliachim filius elchie ⁊ ſobna ſcriba et ioahe rapſaci. Precamur ut loquaris nobis ſeruis tuis ſyriace. ſiquidẽ intelligimus hãc linguã: et nõ loquaris nobis iudaice audiẽte populo: qui eſt ſup murũ. Rñditq; eis rapſaces dicẽs. Nũquid ad dñm tuum ⁊ ad te miſit me dñs meus ut loq̃rer ſermones hos. et nõ poci⁹ ad viros qui ſedent ſup murũ ut ↄmedãt ſtercora ſua: ⁊ bibãt vrinaȝ ſuã vobiſcum? Stetit itaq; rapſaces: ⁊ exclamauit voce magna iudaice et ait. Audite verba regis magni: regis aſſirioꝝ. Hec dicit rex. Nõ vos ſeducat ezechias. Nõ enim poterit eruere vos de manũ mea: neq; fiduciã vobis tribuat ſuper dñm dicẽs. Eruens liberabit nos dñs: ⁊ nõ tradetur ciuitas hec in manũ regis aſſirioꝝ. Nolite audire ezechiam. Hec enim. dicit rex

assyrioꝝ. Facite mecū qđ vobis est vtile: et egredimini ad me. Et comedit vnusquisq; de vinea sua. et de ficu sua ⁊ bibetis aquas de cisternis vr̄is: donec veniā ⁊ trāsferā vos in terrā q̄ similis est terre vestre. in terrā fructiferā ⁊ fertilē vini. terrā panis ⁊ vineaꝝ. terrā oliuarum ⁊ olei ac mellis: et viuetis et nō moriemini. Nolite audire ezechiam qui vos decipit dicēs. Dn̄s liberabit nos. Nūquid liberauerūt dij gentiū terrā suā de manu regis assyrioꝝ? Ubi est deus emath ⁊ arphat? Ubi est deus sapharuaim ana ⁊ aua? Nūquid liberauerūt samariā de manū mea? Qui nam illi sūt in vniuersis dijs terrarū qui eruerūt regionē suā de manu mea: vt possit eruē dn̄s iherusalē de manū mea? Tacuit itaq; ꝑplus: ⁊ nō rn̄dit ei quicquā. Siquidē preceptū regis acceperāt: ut nō responderēt ei. Venitq; eliachim filius helchie ꝑpositus domus ⁊ sobna scriba ⁊ ioahe filius asaph a comētarijs ad ezechiā scissis vestibꝰ: ⁊ nūciauerūt ei v̄ba rapsacis.

VIII

XIX

P

Que cū audissꝫ ezechias rex scidit vestimēta sua. et opertus est sacco: ingressusq; est domū domini: ⁊ misit eliachim ꝑpositū domus ⁊ sobnam scribā. et senes de sacerdotibꝰ opertos saccis ad ysaiā ꝓphetā filiū amos. Qui dixerūt. Hec dicit ezechias. Dies tribulacōnis ⁊ increpacōnis ⁊ blasphemie dies iste. Venerūt filij usq; ad partū: et vires nō habet parturiens. Si forte audiat dn̄s deus tuus vniūsa verba rapsacis quē misit rex assyrioꝝ dn̄s suus vt exprobraret deū viuentē ⁊ argueret verbis q̄ audiuit dn̄s deus tuus: ⁊ fac oracōēz ꝓ reliquijs que reperte sūt. Venerūt ergo serui regis ezechie ad ysaiā. Dixitq; eis ysaias. Hec dicetis domino vestro. Hec dicit dn̄s. Noli timere a facie s̄monū quos audisti: quibꝰ blasphemauerūt pueri regis assyrioꝝ me. Ecce ego immittam ei spm̄ ⁊ audiet nūciū. et reūtet̄ in terrā suam: ⁊ deiciam eū gladio in terra sua. Reuersus est ergo rapsaces: ⁊ inuenit regē assyrioꝝ expugnantē lobnā. Audierat enim ꝙ recessissꝫ de lachis. Cūq; audisset de tharacha rege ethiopie dicētes. ecce egressus est ut pugnet aduersū te. et iret ꝯtra eū: misit nūcios ad ezechiam dicens.

II

III

Hec dicite ezechie regi iuda. Non te seducat deus tuus in quo habes fiduciā: neq; dicas. nō tradetur iherusalē in manus regis assyrioꝝ. Tu enim ipe audisti q̄ fecerūt reges assyrioꝝ vniūsis terris: quō vastauerūt eas. Num ergo solus poteris liberari? Nūquid liberauerūt dij gentiū singulos q̄s vastauerūt p̄res mei gozā videlicet ⁊ aran et reseph et filios eden. q̄ erāt in thelassar? Ubi ē rex emath ⁊ rex arfat et rex ciuitatis sepharfaim ana ⁊ aua? Itaq; cū accepissꝫ ezechias l̄ras de manū nuncioꝝ ⁊ legissꝫ eas: ascendit in domū domini ⁊ expādit eas coram domino: et orauit in ꝯspectu eius dicēs. Domine deꝰ israhel q̄ sedes super cherubin tu es deus solꝰ regū oim̄ terre: tu fecisti celū ⁊ terrā. Inclina aurem tuā ⁊ audi. Aperi dn̄o oculos tuos et vide: ⁊ audi oīa v̄ba sennacherib: que misit ut exprobraret nobis deum viuentē. Uere dn̄e dissipauerūt reges assyrioꝝ gētes ⁊ terras oim̄: ⁊ miserūt deos eoꝝ in ignē. Nō enim erāt dij: sꝫ opa manuū hominū ex ligno ⁊ lapide: ⁊ ꝑdiderūt eos. Nūc igit̄ dn̄e deus nr̄ saluos nos fac de manū eorū: vt sciant oīa regna terre q̄ tu es dn̄s deus solus. Misit autē ysaias filius amos ad ezechiā dicēs. Hec dicit dn̄s deus israhel. Que dep̄catus es me sup̄ sennacherib rege assyrioꝝ audiui. Iste ē s̄mo quē locutus ē dn̄s de eo. Spreuit te ⁊ subsannauit te virgo filia syon: post tergum tuū caput mouit filia iherusalē. Cui exprobrasti: ⁊ quē blasphemasti? Cōtra quē exaltasti vocem tuā: et eleuasti ī excelsū oculos tuos? Cōtra sanctum israhel. Per manū s̄uoꝝ tuoꝝ exprobrasti dn̄o: ⁊ dixisti. In multitudine curruū meoꝝ ascēdi excelsa montiū in sūmitate libani: ⁊ succidi sublimas cedros eius: ⁊ electas abietes illius. Et ingressus sū usq; ad terminos eius: ⁊ saltū carmeli eius ego succidi. Et bibi aq̄s alienas. et siccaui vestigijs pedū meoꝝ oēs aquas clausas. Nūquid nō audisti quid ab inicō fecerim? Ex diebꝰ āntiquis plasmaui illud: et nūc adduxi. Eritq; in ruinā colliū ꝯpugnantiū ciuitates munite: ⁊ qui sedēt in eis humiles manū. Contremuerūt ⁊ confusi sūt facti sūt velut fenum agri. et virens herba tectoꝝ: q̄ arefacta est

IIII

S

h

hI

T

antequā veniret ad maturitatē. Habitaculū
tuū et egressum tuū ꝛ introitū tuū et viā tuā
ego ꝓsciui: ꝛ furorem tuū cōtra me. Insani-
sti in me: ꝛ superbia tua ascendit in aures
meas. Ponā itaqꝫ circulū in naribus tuis.
et chamū in labijs tuis: ꝛ reducā te in viam
p quā venisti. Tibi autem ezechia hoc erit
signū. Comede hoc āno que reppereris: in
scđo autem āno que sponte nascunt᷑. Por-
ro in āno tercio seminate ꝛ metite: plantate
vineas ꝛ comedite fructum eoꝝ. Et quod-
cūqꝫ reliquū fuerit de domo iuda mittet radi-
cem deorsū: et faciet fructum sursū. De ihe-
rusalem quippe egredient᷑ reliquie: ꝛ quod
saluetur de mōte syon. Zelus dñi exercituū
faciet hoc. Quāobrē hec dicit dñs de rege
assirioꝝ. Nō ingredietur vrbem hāc. nec
mittet in eam sagittā: nec occupabit eam cli-
peus: nec circūdabit eam municō. Per viā
qua venit reuertet᷑: ꝛ ciuitatē hāc nō ingre-
dietur dicit dñs: ꝓtegāqꝫ vrbē hanc et sal-
uabo eam ꝓpter me et ꝓpter dauid seruum
meū. Factum est igitur in nocte illa venit ā-
gelus domini: ꝛ pcussit in castris assyriorū
centū octogintaquīqꝫ milia. Cūqꝫ diluculo
surrexissꝫ: vidit oīa corpora mortuoꝝ: et
recedēs abijt. Et reuersus est sennacherib
rex assyriorū: ꝛ mansit in niniue. Cūqꝫ adora-
ret in templo nesrach deū suū. adramelech
et sarasar filij eius pcusserūt eum gladio:
fugeruntqꝫ in terram armeniorū: et regna-
uit asaraddon filius eius pro eo. XX

In diebus illis egrotauit ezechias
usqꝫ ad mortem: et venit ad eū ysaias
filius amos ꝓphetes: dixitqꝫ ei. Hec dicit
dñs deus. Precipe domui tue. Morieris enī
tu: ꝛ nō viues. Qui ꝯuertit faciē suā ad pa-
rietē: ꝛ orauit dñm dicēs. Obsecro dñe: me-
mēto queso quō ambulauerim coram te in
veritate ꝛ in corde pfecto: ꝛ qđ placitum est
coram te fecerim. Fleuit itaqꝫ ezechias fletu
magno. Et antequā egrederetur ysaias me-
diam partem atrij factus est sermo domini
ad eum dicēs. Reuertere: ꝛ dic ezechie du-
ci popli mei. Hec dicit dñs deus dauid pa-
tris tui. Audiui oracōem tuā: vidi lacrimā
tuam: ꝛ ecce sanaui te. Die tercio ascendes
templū domini: ꝛ addam diebꝰ tuis q̄ndecī
annos. Sed et de manū regis assirioꝝ libe-
rabo te ꝛ ciuitatē hanc: et ꝓtegam vrbē istā
ꝓpter me ꝛ ꝓpter dauid seruū meū. Dixitqꝫ
ysaias. Afferte massam ficoꝝ. Quā cū attu-
lissent ꝛ posuissent sup vlcus eius: curatus ē.
Dixerat ezechias ad ysaiam. Quod erit si-
gnū qꝛ dñs me sanabit: ꝛ qꝛ ascensurus sū
die tercia templū dñi? Cui ait ysaias. Hoc
erit signū a dño: qđ facturus sit dñs ſmo-
nē quē locutus est. Vis ut ascendat vmbra
decem lineis: aut ut reūtat᷑ totidē gradibꝰ?
Et ait ezechias. Facile ē vmbrā crescē decē
lineis. Nec hoc volo ut fiat: sꝫ vt reūtat᷑ re-
trorsū decē gradibꝰ. Inuocauit itaqꝫ ysaias
ꝓpheta dñm: ꝛ reduxit vmbrā p lineas q̄bꝰ
iam descenderat in horologio achaz retror-
sū decē gradibꝰ. In tpe illo misit merodach
baladan filius baladan rex babiloniorum
lr̄as et munera ad ezechiā. Audierat enim
qꝛ egrotassꝫ ezechias. Letatus ē autē in ad-
uētu eoꝝ ezechias: ꝛ ostēdit eis domū aro-
matū. et aurū ꝛ argentū et pigmēta varia:
vngēta qꝫ ꝛ domū vasorū suoꝝ ꝛ oīa que
hr̄e poterat in thesauris suis. Nō fuit qđ nō
mōstrassꝫ eis ezechias in domo sua: ꝛ in oī
ptāte sua. Venit autē ysaias ꝓpha ad regē
ezechiā: dixitqꝫ ei. Quid dixerūt viri isti: ꝛ vñ
venerūt ad te? Cui ait ezechias. De tr̄a longī-
qua venerūt ad me: de babilone. At ille rū-
dit. Quid viderūt in domo tua? Ait ezechias.
Oīa quecūqꝫ sūt in domo mea viderūt. Ni-
chil ē enim quod non monstrauerim eis in
thesauris meis. Dixit itaqꝫ ysaias ezechie. Au-
di sermonē domini. Ecce dies venīēt: ꝛ aufe-
rent᷑ oīa que sunt in domo tua. ꝛ q̄ ꝯdiderūt
pr̄es tui usqꝫ in diē hanc in babilonē. Non
remanebit quicquā ait dñs. Sed ꝛ de filijs
tuis qui egredientur ex te quos gn̄abis tol-
lētur: ꝛ erūt eunuchi in palacio regis babi-
lonis. Dixit ezechias ad ysaiā. Bonus ser-
mo domini quē locutus ē. Sit tantū pax et
veritas in diebꝰ meis. Reliq̄ autē sermonū
ezechie ꝛ omnis fortitudo eius ꝛ quomodo
fecerit piscinam et aqueductū et introduxe-
rit aquas in ciuitatē: nonne hec scripta sunt
in libro sermonū dieꝝ regum iuda? Dormi-
uitqꝫ ezechias cum patribus suis: et regna-
uit manasses filius eius p eo. XXI

Duodecim annoꝝ erat manasses cū regnare cepiſſꝫ: ⁊ q̄nquaginta q̄nqꝫ annis regnauit in iherusalem. Nomē mr̄is eius aphsiba. Fecitqꝫ malū in ꝯspectu dn̄i: iuxta ydola gentiū quas deleuit dn̄s a facie filioꝝ israhel. Conuersusqꝫ est ⁊ edificauit excelsa que dissipauerat ezechias pater eius: et erexit aras baal ⁊ fecit lucos sic̄ fecerat achab rex isrl̄: ⁊ adorauit om̄ez miliciaꝫ celi et coluit eam. Extruxitqꝫ aras in domo domini de qua dixit dn̄s in iherusalez ponā nomē meū: ⁊ extruxit altaria vniūse milicie celi in duobꝫ atrijs tēpli domini. Et traduxit filiū suū p ignē: ⁊ ariolatus est et obseruauit auguria. et fecit phitones. et aruspices multiplicauit: ut faceret malū coraꝫ domino ⁊ irritaret euꝫ. Posuitqꝫ ydolum luci quem fecerat in templo domini: super quo locutus est dn̄s ad dauid ⁊ ad salomonez filiū eius. In templo hoc ⁊ in iherusalē quā elegi de cūctis tribubꝫ israhel ponam nomē meum in sempiternū: et vltra nō faciā ꝯmoueri pedem israhel de terra quā dedi pr̄ibus eoꝝ: si custodierint opere om̄ia que p̄cepi eis: et vniūsaꝫ legē quā mandauit eis seruus meus moyses. Illi vero nō audierūt: sed seducti sunt a manasse: ut facerēt maluꝫ sup gētes quas ꝯtriuit dn̄s a facie filioꝝ isrl̄. Locutusqꝫ est dn̄s in manu seruoꝝ suorum ꝓphetarū dicēs. Quia fecit manasses rex iuda abominacōes istas pessimas sup oīa que fecerūt amorrei ante euꝫ ⁊ pccāre fecit etiā iudam in immūdicijs suis: ꝓpterea hec dicit dn̄s deus israhel. Ecce ego inducā mala sup iherusalem ⁊ iudaꝫ: ut quicūqꝫ audierit tinniant ambe aures eius. Et extendā super iherusalem funiculū samarie ⁊ pondꝰ domus achab: ⁊ delebo iherusalem sic̄ deleri solent tabule. Delens vertā: ⁊ ducā crebriꝰ stilū super faciē eius. Dimittā vero reliq̄as hereditatis mee ⁊ tradā eas in manus inimicoꝝ eius: erūtqꝫ in vastitatē ⁊ in rapinaꝫ cūctis aduersarijs suis eo q̄ fecerint maluꝫ coram me: ⁊ pseuerauerūt irritātes me ex die qua egressi sūt patres eoꝝ ex egipto vsqꝫ ad hanc diem. Insup ⁊ sanguinē innoxiū fudit manasses multū nimis donec impleretur iherusalez usqꝫ ad os: absqꝫ pccīs suis quibꝫ peccare fecit iudaꝫ ut faceret malum coram dn̄o. Reliqua autē sermonū manasse et vniuersa que fecit. et pccm̄ eius q̄d peccauit: nōne hec sc̄pta sūt in libro ſmonū dierū reguꝫ iuda? Dormiuitqꝫ manasses cū pr̄ibꝫ suis: ⁊ sepultus est in orto domus sue. in orto ozam: ⁊ regnauit amō filius eius p eo. Viginti duoꝝ annoꝝ eāt amon cum regnare cepiſſꝫ: duobꝫ q̄qꝫ annis regnauit in iherusalem. Nomē mr̄is eius messallemeth filia arus de iethebā. Fecitqꝫ malū in ꝯspcū domini sicut fecerat manasses pr̄ eius: ⁊ ambulauit in om̄i via p quā ambulauerat patr̄ eius. Seruiuitqꝫ immūdicijs quibꝫ seruiebat pater eius ⁊ adorauit eas: et dereliquit dn̄m deum pr̄m suoꝝ: ⁊ nō ambulauit ī via domini. Tetenderūtqꝫ ei insidias serui sui: et interfecerūt regeꝫ in domo sua. Percussit autē populus terre om̄es qui ꝯiurauerant ꝯtra regē amon: ⁊ ꝯstituerūt sibi regē iosiaꝫ filium eius p eo. Reliqua autē ſmonū amō que fecit: nōne hec sc̄pta sunt in libro ſmonū dierū regum iuda? Sepelierūtqꝫ eū in sepulcro suo in orto ozam: et regnauit iosias filius eius p eo.

XXII

Octo annoꝝ erat iosias cū regnare cepiſſꝫ: et trigintauno anno regnauit in iherusaleꝫ. Nomē matris eius ydida filia phadaia de besechat. Fecitqꝫ quod placitū erat coram dn̄o: et ambulauit p om̄es vias dauid pr̄is sui. Nō declinauit ad dextrā siue ad sinistraꝫ. Anno aūt octauodecīo regis iosie misit rex saphan filiū aslia filij mesullam scribaꝫ templi domini: dicēs ei. Vade ad helchiam sacerdotē magnū ut ꝯfletur pecunia que illata ē in templū domini quā collegerūt ianitores templi a populo: deturqꝫ fabris p ꝑpositos domus domini. Qui ⁊ distribuant eam hijs qui operantur ī templo dn̄i ad instaurāda sartatecta templi. tignarijs videlicet ⁊ cementarijs. et hijs q̄ interrupta ꝯponūt: ⁊ ut emantur ligna ⁊ lapides de lapicidinis ad instaurandū templū dn̄i. Veruntamē non supputetur eis argentuꝫ q̄d accipiūt: ſꝫ in potestate habeant ⁊ in fide. Dixit autē helchias pontifex ad saphan scribam. Librū legis reperi in domo domini. Deditqꝫ helchias volumē saphan scribe: qui et legit illud. Venit

quoq; saphan scriba ad regẽ: ⁊ renũciauit ei qđ preceperat: ⁊ ait. Cõflauerũt serui tui pecuniam q̃ repta est in domo domini: et dederũt ut distribueretur fabris ac ꝑfectis operũ templi dñi. Narrauitq; saphan scriba regi dicẽs. Librum dedit michi helchias sacerdos. Quem cum legisset saphan coram rege. et audiss; rex verba libri legis domini scidit vestimenta sua: ⁊ ꝑcepit helchie sacerdoti et ahicham filio saphan ⁊ achobor filio micha et saphan scribe. et asaie seruo regis dicẽs. Ite et ꝯsulite dñm sup me ⁊ sup ꝑplo et sup omni iuda. de verbis voluminis istiꝰ qđ inuentũ est. Magna enim ira dñi succẽsa est ꝯtra nos: q2 non audierũt p̄res nr̄i v̄ba libri huius ut facerẽt om̃e qđ scriptum est nobis. Ierũt itaq; helchias sacerdos et ahicham ⁊ achobor et saphan et asaia ad oldaz propheten vxorẽ sellum filij thecue filij aras custodis vestiũ que habitabat in iherusalem in scđa: locutiq; sunt ad eã. Et illa r̃ndit eis. Hec dicit dñs deus israhel. Dicite viro q̃ misit vos ad me. Hec dicit dominꝰ. Ecce ego adducã mala sup locũ istũ ⁊ sup habitatorẽs eius om̄ia verba legis q̃ legit rex iuda: q2 dereliquerũt me ⁊ sacrificauerũt dijs alienis irritantes me in cũctis opibus manuũ suaruz. Et succendetur indignatio mea in loco hoc: ⁊ nõ extinguet̃. Regi autẽ iuda qui misit vos ut ꝯsuleretis dñm sic dicetis. Hec dicit dñs deus israhel. Pro eo q2 audisti v̄ba voluminis ⁊ ꝑterritũ est cor tuũ et humiliatus es corã dño. auditis s̄monibus ꝯtra locum istũ ⁊ habitatores eius qđ videlicet fierẽt in stuporẽ ⁊ in maledictum et scidisti vestimẽta tua ⁊ fleuisti coram me et ego audiui ait dñs: idcirco colligam te ad p̄res tuos. et colligeris ad sepulcrũ tuũ in pace: ut nõ videãt oculi tui oĩa mala q̃ introducturus sũ sup locũ istũ.

XXIII

Et renũciauerũt regi qđ dixerat. Qui misit: et cõgregati sũt ad eum om̃es senes iuda ⁊ iherusalem. Ascenditq; rex tẽplũ domini. et om̃es viri iuda vniũsiq; q̃ habitabant in iherusalem cũ eo sacerdotes et ꝓphete et oĩs populus a paruo usq; ad magnũ: legitq; cũctis audiẽtibꝫ om̄ia v̄ba libri federis qui inuentus ẽ in domo domini.

Stetitq; rex sup gradũ ⁊ fedus ꝑcussit corã dño: ut ambularet post dñm. ⁊ custodirent ꝑcepta eius ⁊ testimonia et cerimonias in om̄i corde et in tota aĩa: ⁊ suscitarẽt verba federis huiꝰ que scripta erãt in libro illo. Acq̃euitq; poplus pacto. Et ꝑcepit rex helchie pontifici ⁊ sacerdotibꝫ secundi ordinis ⁊ ianitoribꝫ ut ꝓicerẽt de tẽplo domini om̄ia vasa que facta fuerant baal ⁊ in luco et vniuerse milicie celi: ⁊ ꝯbussit ea foris ihrl̃m in ꝯualle cedron: ⁊ tulit puluerem eorum in bethel. Et deleuit aruspices quos posuerant reges iuda ad sacrificandũ in excelsis ꝑ ciuitates iuda ⁊ in circuitu iherusalẽ: ⁊ eos qui adolebant incensũ baal ⁊ soli et lune ⁊ duodecim signis ⁊ om̄i milicie celi. Et efferri fecit lucũ de domo dñi foras ihrl̃m in conualle cedron ⁊ ꝯbussit eũ ibi ⁊ redegit in puluerẽ: et ꝓiecit sup sepulcra vulgi. Destruxit quoq; ediculas effeminatoꝝ que erant in domo dñi: ꝓ quibꝫ mulieres texebãt quasi domũculas luci. Cõgregauitq; om̄es sacerdotes de ciuitatibꝫ iuda: ⁊ ꝯtaminauit excelsa vbi sacrificabant sacerdotes. de gabaa usq; bersabee. Et destruxit aras portaruz in introitu ostij iosie principis ciuitatis: qđ erat ad sinistraz porte ciuitatis. Veruntamẽ non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare domini in iherusalem: sed tantũ comedebãt azima in medio fratrum suorũ. Contaminauitq; tophet qđ est in ꝯualle filij ennon: ut nemo ꝯsecraret filiũ suũ aut filiã ꝑ ignẽ moloch. Abstulit q; equos q̊s dederãt reges iude soli in introitu tẽpli dñi iuxta exedraz nathamelech eunuchi. q̃ erat in pharurim: currus autẽ solis ꝯbussit igni. Altaria q; q̃ erant sup tecta cenaculi achaz. que fecerant reges iuda et altaria q̃ fecerat manasses in duobꝫ atrijs templi domini destruxit rex: et cucurrit inde ⁊ dispsit cinerẽ eoꝝ in torrentẽ cedron. Excelsa q; que erat in ihrl̃m ad dextram partẽ mõtis offensionis que edificauerat salomon rex israhel astaroth ydolo sydoniorũ et chamos offensioni moab. et melchon abominacõni filiorũ ãmon polluit rex: et ꝯtriuit statuas ⁊ succidit lucos: r̃pleuitq; loca eoꝝ ossibꝫ mortuorũ. Insup ⁊ altare qđ erat in bethel ⁊ excelsũ qđ fecerat iheroboaz

filius nabath qui peccare fecit israhel · et al-
tare illud excelsũ destruxit atqȝ combussit ⁊ cõ-
minuit in puluerem: succẽditqȝ etiã lucũ. Et
conuersus iosias vidit ibi sepulcra que erãt
in monte: misitqȝ ⁊ tulit ossa de sepulcris · et
combussit ea sup altare: ⁊ polluit illud iuxta
verbũ domini qđ locutus ẽ vir dei q̃ ꝑdixe-
rat verba hec. Et ait. Quis ẽ titulus ille quẽ
video? Rñderũtqȝ ei ciues vrbis illius. Se-
pulcrũ est hominis dei q̃ venit de iuda: ⁊ ꝑ-
dixit verba hec que fecisti sup altare bethel.
Et ait. Dimittite euȝ. Nemo commoueat ossa
eius. Et intacta manserũt ossa illius · cũ ossi-
bus ꝓphete qui venerat de samaria. Insup ⁊
omnia fana excelsorũ que erãt in ciuitatibꝫ
samarie que fecerãt reges israhel ad irritã-
dum dñm abstulit iosias: ⁊ fecit eis scđm
omnia q̃ fecerat in bethel. Et occidit vniuer-
sos sacerdotes excelsorꝝ qui erãt ibi sup al-
taria: ⁊ combussit ossa humana sup ea. Reuer-
susqȝ est ierusalẽ: ⁊ ꝑcepit oĩ populo di-
cens. Facite phase domino deo vr̃o: scđȝ qđ
scriptũ est in libro federis huius. Nec enĩ
factum est phase tale a diebꝫ iudicum qui
iudicauerũt israhel ⁊ omniũ dierꝝ regũ isrl'
et regum iuda: sicut in octauodecimo anno
regis iosie factũ est phase istud dño in
ierusalem. Sed ⁊ phitones ⁊ ariolos et fi-
guras ydolorũ · et immundicias ⁊ abomina-
cões que fuerãt in terra iuda ⁊ ierusalem
abstulit iosias: ut statueret ꝟba legis que
scripta sũt in libro quẽ inuenit helchias sa-
cerdos in templo domini. Similis illi non
fuit ante eum rex · qui reuerteretur ad dñm
in omni corde suo ⁊ in tota anima sua et vni-
uersa virtute sua iuxta omẽȝ legem moysi:
neqȝ post euȝ surrexit similis illi. Verũtamẽ
nõ ẽ auersus dñs ab ira furoris sui magni:
quo iratus est furor eius contra iudam ꝓpter
irritacões quibꝫ ꝓuocauerat eũ manasses.
Dixit itaqȝ dñs. Etiã iudam auferã a facie
mea sicut abstuli israhel: ⁊ ꝓiciã ciuitatem
hanc quã elegi ihrlm ⁊ domũ de qua dixi-
erit nomẽ meũ ibi. Reliqua autẽ sermonuȝ
iosie et vniuersa que fecit: nõne hec scripta
sũt in libro ꝟborꝝ dierꝝ regũ iuda? In diebꝫ
eius ascendit pharao nechao rex egipti
contra regẽ assyriorũ ad flumen eufraten.
Et abijt iosias rex in occursũ eius: ⁊ occisus
est in mageddo cum vidisset euȝ. Et porta-
uerũt eum serui sui mortuũ de mageddo · et
pertulerũt in ierusalẽȝ: ⁊ sepelierũt eum in se-
pulcro suo. Tulitqȝ populus terre ioachaȝ
filiũ iosie · et vnxerũt eum: ⁊ constituerũt eũ regẽ
ꝓ p̃re suo. Viginti triũ annorũ erat ioachaȝ
cũ regnare cepissꜛ: ⁊ tribꝫ mensibꝫ regnauit
in ierusalem. Nomẽ mr̃is eius amithal: fi-
lia ieremie de lobna. Et fecit malũ corã dño:
iuxta omnia que fecerant p̃res eius. Vinxit-
qȝ eum pharao nechao in reblatha · que est
in terra emath: ne regnaret in ierusalẽȝ. Et
imposuit mulctam terre centũ talẽtis argẽ-
ti: ⁊ talẽto auri. Regemqȝ constituit pharao ne-
chao heliachim filiuȝ iosie ꝓ iosia p̃re eius:
ꝟtitqȝ nomẽ eius ioakim: porro ioachaȝ tu-
lit ⁊ duxit in egiptũ. Argentũ autẽ ⁊ aurum
dedit ioakim pharaoni cũ indixissꜛ terre ꝑ
singulos: ut conferret' iuxta ꝑceptum phara-
onis. Et vnũquẽqȝ iuxta vires suas exegit
tam argentũ q̃ aurũ de populo terre: ut da-
ret pharaoni nechao. Viginti quĩqȝ annorũ
erat ioakim cũ regnare cepissꜛ: ⁊ vndecim
ãnis regnauit in ierusalem. Nomẽ matris
eius zebida: filia phadaia de ruma. Et fecit
malũ corã dño: iuxta oĩa q̃ fecerãt p̃res eius.

XXIIII

In diebꝫ eius ascẽdit nabuchodonosor rex babilonis: ⁊ factus ẽ ei ioakim
seruus tribꝫ ãnis: ⁊ rursũ rebellauit contra euȝ.
Immisitqȝ ei dñs latrũculos chaldeorꝝ et la-
trunculos syrie ⁊ latrũculos moab · et latrũ-
culos filiorũ ammõ: ⁊ immisit eos in iudaȝ
vt disꝑderẽt eam iuxta ꝟbuȝ domini qđ lo-
cutus fuerat ꝑ seruos suos ꝓphetas. Factuȝ ẽ
autẽ hoc ꝑ ꝟbum domini contra iudam ut au-
ferret eũ corã se: ꝓpter peccata manasse vni-
uersa que fecit et ꝓpter sanguinẽ innoxium
quẽ effudit: ⁊ impleuit ierusalẽȝ cruore in-
nocentiũ: ⁊ ob hanc rem noluit dñs ꝓpicia-
ri. Reliqua autẽ sermonũ ioakim ⁊ vniuersa
que fecit: nõne hec scripta sũt in libro ſmo-
nũ dierum regũ iuda? Et dormiuit ioakim
cum p̃ribꝫ suis: et regnauit ioachin filius e-
ius ꝓ eo. Et vltra nõ addidit rex egipti ut
egrederetur de terra sua. Tulerat enim rex
babilonis a riuo egipti usqȝ ad fluuiũ eufra-
ten omnia que fuerãt regis egipti. Decem

et octo annoꝝ erat ioachim cum regnare
cepisset: ⁊ tribꝫ mensibꝫ regnauit in ihrlm.
Nomen mr̄is eius noescha filia helnathan
de ihrlm. Et fecit malū coraȝ dn̄o: iuxta oīa
que fecerat pr̄ eius. In tempore illo ascen=
derūt ſui nabuchodonoſor regis babilōis
in ihrlm: ⁊ circundata est vrbs municōibꝫ
Veitqꝫ nabuchodonoſor rex babilōis ad
ciuitatē cum ſuis ſuis: ut oppugnarēt eam.
Egreſſuſqꝫ eſt ioachim rex iuda ad regeȝ
babilōis ipſe ⁊ mater eius et ſerui eius et
pn̄cipes eius ⁊ eunuchi eius: ⁊ ſuſcepit euȝ
rex babilōis anno octauo regni ſui. Et ꝓtu=
lit inde om̄es theſauros domus domini et
theſauros domus regie: ⁊ cōcidit vniuerſa
vaſa aurea q̄ fecerat ſalomō rex iſrahel ī tē=
plo dn̄i iuxta ꝟbum domini: ⁊ trāſtulit oēȝ
ihrlm. et vniuerſos pn̄cipes ⁊ om̄es fortes
exercitus decē milia in captiuitatē ⁊ omnē
artificē ⁊ incluſorē: nichilqꝫ relictum ē exce=
ptis paupibꝫ populi t̄re. Tranſtulit qꝫ ioa=
chim in babilonē: et mr̄em regis ⁊ vxores
regis ⁊ eunuchos regis ⁊ iudices t̄re duxit
in captiuitatē de iheruſalem in babilonem:
et om̄es viros robuſtos ſeptē milia. et arti=
fices et incluſores mille. oēs viros fortes ⁊
bellatores: duxitqꝫ eos rex babilōis capti=
uos in babilonē. Et cōſtituit mathathiam
patruū eius ꝓ eo: impoſuitqꝫ nomē ei ſede=
chiam. Viceſimū ⁊ primū annū etatis habe=
bat ſedechias cū regnare cepiſſet: ⁊ vnde=
cim annis regnauit in ihrlm. Nomen mr̄is
eius erāt amithal: filia ieremie de lobna. Et
fecit malū coraȝ dn̄o: iuxta omnia q̄ fecerat
ioachim. Iraſcebatur enim dn̄s cōtra ihrlm
et contra iudam: donec ꝓiceret eos a facie
ſua. Receſſitqꝫ ſedechias a rege babilonis.

XXV

Factū eſt autē ãno nono
rēgni eius menſe decīo decīa die menſ
venit nabuchodonoſor rex babilōis ipſe ⁊ oīs
exercitus eius in ihrlm ⁊ circūdederūt eā:
et extruxerūt in circuitu eius municōes. Et
clauſa eſt ciuitas atqꝫ vallata: uſqꝫ ad vn=
decimū annū regis ſedechie nona die mē=
ſis. Preualuitqꝫ fames in ciuitate: nec erat
panis populo terre. Et interrupta eſt ciuitas:
et oēs viri bellatores nocte fugerūt: ꝑ viaȝ
porte que eſt inter duplicē murū ad ortuȝ
regis. Porro chaldei obſidebant in circuitu
ciuitatē. Fugit itaqꝫ ſedechias: ꝑ viam que
ducit ad campeſtria ſolitudinis. Et pſecutꝰ
eſt exercitus chaldeoꝝ regeȝ: cōphenditqꝫ
eum in planicie ihericho: ⁊ om̄es bellatores
qui erāt cum eo diſpſi ſūt ⁊ reliquerūt eum.
Apprehenſū ergo regē duxerūt ad regē ba=
bilōis in reblatha: qui locutus eſt cū eo iu=
diciū. Filios autē ſedechie occidit corā eo:
et oculos eius effodit: vinxitqꝫ eum catheis
et adduxit in babilonē. Menſe quīto ſeptīa
die mēſis ipſe ē ãnus nonuſdecimus regis
babilōis venit nabuzardan pn̄ceps exerci=
tus ſuus regis babilōis in iheruſalem ⁊ ſuc=
cendit domū domini ⁊ domū regis ⁊ domos
iheruſalem: om̄emqꝫ domū cōbuſſit igni: et
muros iheruſalem in circuitu deſtruxit om̄is
exercitus chaldeoꝝ qui erat cuȝ pn̄cipe mi=
litū. Reliquam autē populi partē que remā=
ſerat in ciuitate ⁊ pfugas q̄ trāſfugerāt ad
regem babilōis. et reliquū vulgus trāſtulit
nabuzardan pn̄ceps milicie: ⁊ de paupibꝫ
t̄re reliquit vinitores ⁊ agricolas. Colūnas
autē ereas que erāt in templo domini ⁊ ba=
ſes ⁊ mare ereū qd̄ erat in domo domini cō=
fregerūt chaldei: ⁊ trāſtulerūt es omne in
babilonē. Ollas qꝫ ereas ⁊ trullas. et tridē=
tes. et ciphos. et mortariola. et omnia vaſa
erea. in quibꝫ miniſtrabãt tulerūt: necnō et
thuribula ⁊ fialas. Que aurea aurea. et que
argentea argētea. tulit pn̄ceps milicie: idē
colūnas duas. mare vnū ⁊ baſes quas fe=
cerat rex ſalomō in templo domini. Nō erat
pondus eris. omniū vaſoꝝ. Decem ⁊ octo
cubitos altitudinis habebat colūna vna. et
capitellū ereū ſup ſe altitudīs triū cubitoꝝ:
et retiaculū ⁊ malagranata ſup capitellū co=
lumne: omnia erea. Similem ⁊ columna ſe=
cūda habebat ornatū. Tulit qꝫ pn̄ceps mili=
cie ſaraiam ſacēdotem primū. et ſophoniaȝ ſa=
cerdotē ſecundū. et tres ianitores ⁊ de ciui=
tate eunuchum vnū qui erat p̄fectus ſuper
bellatores viros: ⁊ quīqꝫ viros de hijs qui
ſteterāt coram rege q̄s repperit in ciuitate:
et ſopher principem exercitus qui ꝓbabat
tyrones de populo terre: ⁊ ſex viros e vulgo
qui inuenti fuerāt in ciuitate. Quos tollens
nabuzardan pn̄ceps militū duxit ad regeȝ

babilonis in reblata: ꝑcussitq; eos rex ba-
bilōis ⁊ interfecit eos in reblatha in terra e-
math. Et trāslatus ē iuda de terra sua. Po-
p̄lo aūt qui relictus erat in terra iuda quē
dimiseāt nabuchodonosor rex babilōis p̄-
fecit godoliā filiū aichan filij saphan. Q̄d
cū audissent om̄es duces militū ipi et viri
qui erāt cū eis videlicet ꝙ ↄstituisſʒ rex ba-
bilōis godoliam: venerūt ad godoliam in
maspha ismahel filius nathanie ⁊ iohānan
filius caree ⁊ saraia filius thanameth neto-
phatites. et iezonias filius maachati: ipi et
socij eoꝝ. Iurauitq; godolias ipis ⁊ socijs
eoꝝ dicens. Nolite timere fuire chaldeis.
Manete in terra: ⁊ seruite regi babilonis:
et bene erit vobis. Factū est autē in mense

VIII

septimo venit ismahel filius nathanie filij e-
lisama de semine regio ⁊ decē viri cū eo: per-
cusserūtq; godoliaʒ. qui ⁊ mortuus est: sed
et iudeos ⁊ chaldeos qui erant cū eo in mas-
pha. Consurgēsq; om̄is populus a paruo
vsq; ad magnū ⁊ principes militū venerūt
in egiptū: timētes chaldeos. Factuʒ ē vero
in anno tricesimoseptīo trāsmigracōnis io-
achin regis iude. mense duodecimo vicesi-
ma ⁊ septima die mēsis. sbleuauit euilmero-
dach rex babilonis anno quo regnare ce-
perat caput ioachin regis iuda de carcere:
et locutus est ei benigne. Et posuit thronuʒ
eius sup thronū regum qui erāt cum eo in
babilone: ⁊ mutauit vestes eius q̄s habue-
rat in carcē. et comedebat panē sp in ↄspectu
eius cūctis dieb; vite sue: ānonā q; ↄstituit
ei sine intermissione que ⁊ dabat̄ ei a rege
per singulos dies omnib; diebus vite sue.

Incipit ꝓlogus beati Ieronimi presbiteri
in libros paralipomenon.

Si septuaginta interpretum
pura. et ut ab eis in grecum
versa est edicō ꝑmaneret: su-
ꝑflue mi chromati epoꝝ san-
ctissime atq; doctissime impellēs: ut hebre-
a volumina latino sermone transferrē. Nā
enim semel aures hoīm occupauerat. et na-
scentis ecclesie roborauerat fidem: iustum
erat etiā nr̄o silētio ↄprobari. Nūc vero cū ꝑ
varietate regionū diūsa ferant̄ exēplaria
et germana illa antiq̄q; trāslatio corrupta
sit atq; violata: nr̄i arbitrij putas. aut e plu-
bus iudicare quid verum sit aut nouū opus
in veteri opere cudere: illudentibusq; iudeis.
cornicū ut dicit̄ oculos configere. Alexan-
dria ⁊ egiptus in septuaginta suis esichiuʒ
laudat auctorē: ↄstantinopolis usq; antio-
chiam luciani martiris exemplaria probat.
Medie inter has ꝓuincie palestinos codi-
ces legūt: q̄s ab origene elaboratos eusebi-
us ⁊ pamphilus vulgauerūt. Totusq; orb
hac inter se trifaria varietate compugnat.
Et certe origenes nō solum exempla ↄposu-
it q̄tuor editionuʒ e regione singula verba
describēs. ut vnus dissentiēs statim ceteris
inter se ↄsentiētib; arguatur: sʒ q̄d maioris
audatie est in edicōne septuaginta theodo-
tionis edicōnem miscuit: asteriscis designās
que minus fuerint. et virgulis que ex super-
fluo videbāt̄ apposita. Si igitur alijs licu-
it non tenere q̄d semel susceperāt. et post se-
ptuaginta cellulas que vulgo sine auctore
iactant̄ singulas cellulas aperuere. hocq;
in ecclesijs legit̄ q̄d septuaginta nescierūt:
cur me nō suscipiant latini mei q̄ inuiolata e-
dicōne veteri ita nouā ↄdidi. ut laborē meū
hebreis et q̄d hijs maius ē aplis auctorib;
ↄprobem? Scripsi nup librū de optimo ge-
nere interpretādi. ostendēs illa de euange-
lio. ex egipto vocaui filium meū. et quoniaʒ
nazareus vocabitur. et videbūt in quē ↄpu-
xerūt. et illud apostoli q̄d oculus non vidit
nec auris audiuit ⁊ in cor hominis nō ascen-
derūt que ꝑparauit deus diligētib; se. cetera-
q; hijs similia in hebreorum libris inueniri.
Certe apostoli ⁊ euangeliste. septuaginta
interp̄tes nouerāt: et vnde eis hec dicere q̄
in septuaginta nō habentur? Xpristus do-
minus noster vtriusq; testamēti ↄditor in e-
uangelio scd̄m iohannez qui credit inq̄t in
me sicut dicit scriptura: flumina de vētre eius
fluent aque viue. Vtiq; scriptū est: q̄d salua-
tor scriptuʒ esse testat̄. Vbi scriptū est? Se-
ptuaginta nō habēt: apocrifa nescit ecclesia.
Ad hebreos igit̄ reuertendū est: vnde et
dn̄s loquitur. et discipli exempla presumūt.
Hec pace veterū loquor: ⁊ obtrectatorib;
meis tantū r̄ndeo. q̄ canino dēte me rodūt:
in publico detrahentes ⁊ legētes in angulis

id est accusatores ⁊ defensores: cum in alijs probent quod in me reprobāt: quasi virtus et viciū non in rebus sit. sed cū auctore mutetur. Ceterū memini edicōem septuaginta trāslatorū olim de greco emendatā tribuisse me nostris: nec inimicum debere estimari eorū quos in conuentu fratrū semp edissero. Et quod nūc debreiamim id est verba dierum interp̄tatus sū idcirco feci: ut inextricabiles moras ⁊ siluam nominū que scriptorum confusa sūt vicio. sensuūq; barbariem aptius ⁊ per versuū cola digererē: michimetipsi ⁊ meis. iuxta ismenū canens. si aures surde sūt ceterorum.

Expl. plogus. Incip. lib paralipomenon.

Adam seth enos caynā malaleel iared enoch matusale lamech noe sem cham ⁊ iafeth. Filij iafeth: gomer magog madai ⁊ iauan thubal mosoch thiras. Porro filij gomer: ascenez ⁊ riphat ⁊ thogorma. Filij autem iauan: elisa ⁊ tharsis cethim et dodanim. Filij chā: chus ⁊ mesraim phut et chanaan. Filij autē chus: saba. et euila sabatha et regma ⁊ sabathaca. Porro filij regma. saba ⁊ dadan. Chus autē genuit nēroth. Iste cepit esse potēs in terra. Mesraim vero genuit ludim ⁊ anamim et laabim ⁊ nepthuim: phetrusim quoq; et chasluim de quibus egressi sūt philistijm ⁊ capthurim. Chanaan vero genuit sydonem primogenitum suū: etheum quoq; et iebuseum ⁊ amorreū et gergeseum eueūq; et aracheū ⁊ asineū aradium quoq; ⁊ samareū ⁊ ematheum. Filij sem: elam ⁊ assur. et arfaxad. et lud ⁊ aram. Filij aram: hus et hul. ⁊ gether. ⁊ mes. Arfaxad autē genuit sale: qui et ipse genuit heber. Porro heber nati sūt duo filij: nomē vni phalech quia in diebus eius diuisa est terra: ⁊ nomē fris eius iectan. Iectan autē genuit elmodad et saleph. et asormoth ⁊ iare: aduram quoq; et vzal ⁊ decla. ebal etiā ⁊ abimael et saba. necnō ⁊ ophir. et euila. ⁊ iobab. Omes isti filij iectan. Sem arfaxad sale heber phalech ragau. seruch nachor thare abram: iste ē abraham. Filij autē abrahā: isaac ⁊ ismahel. Et hee generationes eorum. Primogenitus ismahelis nabaioth: ⁊ cedar et abdehel et mabsan ⁊ masma et duma massa addad et thema iachur naphis cedma. Hij sunt filij ismahelis. Filij aūt cethure concubine abrahā quos genuit: zamram iecsan madan madian iesboc et sue. Porro filij iecsan: saba et dadan. Filij autē dadan: asurim ⁊ lathusim et loomim. Filij autē madian: epha ⁊ epher. et enoch ⁊ abida et eldaa. Oēs hij filij cethure. Generauit autē abrahā isaac: cuius fuerūt filij esau ⁊ israhel. Filij esau: eliphaz rahuel iehus ielon chore. Filij eliphaz: theman. omar. cephi. gothan cenez thamna amalech. Filij rahuel: naath zara samma meza. Filij seir: lothan sobal sebeon. ana. dison. eser disan. Filij lothan: horri. ahohiman. Soror autem lothan fuit thamna. Filij sobal alian et manaath ⁊ ebal ⁊ sephi. onan. Filij sebeō: ahaia ⁊ ana. Filij ana: dison. Filij dison: hamaran ⁊ eseban. et iethran et charran. Filij eser: balaan. et zaban ⁊ iachan. Filij disan: us et aran. Isti sūt reges qui imp̄auerūt in terra edom: antequā esset rex sup filios israhel. Bale filius beor: ⁊ nomē ciuitatis eius denaba. Mortuus ē aūt bale: ⁊ regnauit pro eo iobab filius sare de bosra. Cūq; ⁊ iobab fuisset mortuus: regnauit pro eo husan de terra themanorum. Obijt quoq; ⁊ husan: et regnauit pro eo adad filius badad qui percussit madian in terra moab: ⁊ nomē ciuitatis eius auith. Cūq; et adad fuisset mortuus: regnauit pro eo semla de masreca. Sed ⁊ semla mortuus est: ⁊ regnauit pro eo saul de roboth que iuxta amnem sita est. Mortuo quoq; saul regnauit pro eo balaana filius achobor. Sed ⁊ hic mortuus est: et regnauit pro eo adad cuius vrbis nomē fuit phau. et appellata est vxor eius mehetabel filia matred. filie mezaab. Adad autem mortuo: duces pro regibus in edom esse ceperūt. Dux thamna. dux alua. dux iethet. dux oolibama. dux hela. dux phinō. dux cenez dux theman. dux mapsar. dux magdihel. dux hiram. Hij duces edom

II

Filij aūt israhel. ruben simeon leui iuda isachar ⁊ zabulō: dan ioseph beniamin. neptalim gad ⁊ aser. Filij iuda: her. aunan. et sela. Hij tres nati sunt ei de filia sue chananitidis. Fuit aūt her primogenitus iuda malus corā domino: ⁊ occidit



eũ. Thamar aũt nurus eius peperit ei phares et zara. Omnes ergo filij iuda quīqꝫ. Filij autẽ phares esrom ⁊ hamul. Filij quoqꝫ zare: zamri. et ethan. ⁊ eman. chalcal quoqꝫ et darda. filii quīqꝫ. Filij charmi: achar qui turbauit israhel et peccauit in furtu anathematis. Filij ethan: azarias. Filij autem esrom qui nati sũt ei: ierameel. et ram ⁊ calubi. hic est caleph. Porro ram genuit aminadab: aminadab autẽ genuit naason principem filiorũ iuda. Naasonqꝫ genuit salma: de quo ortus ẽ booz. Booz vero genuit obed: qui ⁊ ipse genuit isai. Isai autem genuit primogenitũ heliab: scḋm abinadab. terciũ symmaha quartũ nathanahel. quintũ raddai sextum ason septimũ dauid: quorũ sorores fuerũt saruia ⁊ abigail. Filij saruie: abisai ioab ⁊ asahel tres. Abigail aũt genuit amasa: cuius pr̃ fuit gether ismahelites. Caleb vero filius esrom accepit vxorẽ nomĩe azuba: de qua genuit ierioth. Fueruntqꝫ filij eius iaser ⁊ sobab et ardon. Cũqꝫ mortua fuisset azuba accepit vxorẽ caleb ephrata: que peperit ei ur. Porro vr genuit vri: ⁊ uri genuit beselehel. Post hec ingressus est esrom ad filiã machir pr̃is galaad: et accepit eã cum esset annorũ sexaginta. Que peperit ei segub: sed ⁊ segub genuit iair et possedit viginti tres ciuitates ĩ terra galaad. Cepitqꝫ gessur ⁊ aran oppida iair: et canath et viculos eius sexaginta ciuitatũ. Oẽs isti filij machir pr̃is galaad. Cũ autẽ mortuus esset esrom: ingressus est caleb ad ephrata. Habuit quoqꝫ esrom vxorẽ abia: que peperit ei assur pr̃ẽ techue. Nati sũt aũt filij ierameel. primogeniti esrom ram primogenitus eius: et buna et aram ⁊ ason et achia. Duxit quoqꝫ vxorem alterã ierameel nomine atthara: que fuit mater onam. Sed ⁊ filij ram primogeniti ierameel fuerũt moos ioamin ⁊ achar. Onam aũt habuit filios semei ⁊ iadan. Filij autẽ semei: nadab ⁊ abisur. Nomẽ vero vxoris abisur abiahil: que peperit aobban ⁊ molid. Filij autẽ nadab: fuerũt saled ⁊ apphaim. Mortuus est autẽ saled absqꝫ liberis. Filius vero apphaim iesi: qui iesi genuit sesan. Porro sesan genuit ahalai. Filij autem iadai fratris semei iether et ionathan. Sed ⁊ iether mortuus ẽ absqꝫ liberis. Porro ionathan genuit phaleth et ziza. Isti fuerunt filij ierameel primogeniti esrom. Sesan aũt nõ habuit filios sed filias: et seruũ egiptiũ nomine ieraa. Deditqꝫ ei filiã suã vxorẽ: que peperit ei ethei. Ethei autẽ genuit nathan: ⁊ nathã genuit zabad. Zabad quoqꝫ genuit ophal: ⁊ ophal genuit obed. Obed genuit iehu: iehu genuit azariam. Azarias genuit helles: ⁊ helles genuit helasa. Helasa genuit sisamoy: sisamoy genuit sellũ. Sellũ genuit ithamian. ithamia aũt genuit elisama. Filij autẽ caleb fr̃is ierameel mesa primogenitus eius: ipse est pr̃ ziph filij maresa pr̃is hebron. Porro filij hebron chore ⁊ taphua ⁊ recem et samma. Sãma autẽ genuit raam pr̃em iercaam: ⁊ recem genuit semmei. filius semmei maon: ⁊ maon pat̃ bethsur. Epha autẽ concubina caleb peperit aran ⁊ musa et gezez. Porro aran genuit gezez. Filij iahaddai regom ⁊ ioathan ⁊ gesan phaleth ⁊ epha et saaph. Cõcubina caleb maacha peperit saber ⁊ tharana. Genuit aũt saaph pr̃ madmena sue pr̃em machbena: ⁊ pr̃ẽ gabaa. Filia vero caleb fuit achsa. Hij erant filij caleb filij vr primogeniti ephrata: sobal pr̃ cariathiarim. salma pat̃ bethleem. ariph pr̃ bethgader. Fuerũt autẽ filij sobal pr̃is cariathiarim. qui videbat dimidiũ requietionũ: ⁊ de cognacõe cariathiarĩ. iethrei. et aputhei. et semathei ⁊ maserei. Ex hijs egressi sũt saraite ⁊ esthaolite. Filij salma: bethleem ⁊ nethophati corone domus ioab. et dimidiũ requiecõis sarai. Cognacões quoqꝫ scribarũ habitantiũ in iabes canẽtes atqꝫ resonãtes: ⁊ in tabernaculis cõmorãtes. Hij sũt cinei: qui venerũt de caloẽ pr̃is domus rechab.

III

Dauid vero hos habuit filios qui ei nati sũt in hebrõ. Primogenitũ amnon. ex achinoam israhelitide: scḋm daniel de abigail carmelitide: terciũ absalon filiũ maacha filie tholomei regis iessur: quartũ adoniã filiũ aggith: quintũ saphaciã ex abithal: sextũ iethraham de egla vxore sua. Sex ergo nati sũt ei in hebron: vbi regnauit septẽ ãnis et sex mensibus. Triginta autem. et tribus annis regnauit in ihr̃lm. Porro in iherusalem nati sũt ei filij: symmaa ⁊ sobab ⁊ nathan. et salomon quatuor de bethsuba ⁊ filia amihel

Iebaar qꝫ ⁊ helisua et eliphaleth ⁊ noge et napheg et iaphie necnō elisama· et eliade et eliphaleg nouē. Oēs hij filij dauid abſꝗ filijs ꝯcubinaꝝ: habuerūtqꝫ ſororē thamar. Filius autē ſalomonis roboam: cuius abia filius genuit aſa. De hoc qꝫ natus eſt ioſaphat pr̄ ioram: q̃ ioram genuit oziam: ex quo ortus eſt ioas: ⁊ huius amaſias filius genuit azariam. Porro azarie filius ioathan procreauit achaz prēz ezechie: de quo natus eſt manaſſes: ſꝫ ⁊ manaſſes genuit āmon prēm ioſie. Filij autez ioſie fuerūt: p̄mogenitus iohānan· ſcd̄s ioakim· tercius ſedechias· quartus ſellū. De ioakim natus eſt iechonias ⁊ ſedechias. Filij iechonie fuerūt aſir ſalathiel· melchiraz· phadaia ſenneſer. ⁊ iecemia ſama ⁊ nadabia. De phadaia orti ſūt zorobabel ⁊ ſemmei. Zorobabel genuit moſollaz ananiam ⁊ ſalomith· ſororē eoꝝ: aſabam qꝫ ⁊ ohol et barachiam· et aſadiaz· ioſabeſeth quīqꝫ. Filius autez ananie phaltias pr̄ ibeſeie: cuius filius raphaia. Huius qꝫ filius arnan: de quo natus eſt obdia· cuius fili⁹ fuit ſechemias. Filius ſecheme ſemeia: cuius filij attus ⁊ iegaal ⁊ baria· et naarian ſaphat ⁊ ſeſa ſex numero. Filius naarie: elioenai· ⁊ ezechias et ezricam tres. Filij elioenai odiua ⁊ heliaſub et pheleia ⁊ accub· et iohānan ⁊ dalaia ⁊ anan ſeptem. IIII

Filij iuda· phares eſrom· ⁊ charmi· et vr· ⁊ ſubal. Rabia vero filius ſubal genuit iaad de quo nati ſunt ahumai et laad. Hee gn̄atiōes ſarathi. Iſta qꝫ ſtirps ethā: ieſrahel ⁊ ieſema et iedebos. Nomē qꝫ ſororis eoꝝ aſalel phuni. Phuniel autez pater gedor: ⁊ eſer pater oſa. Iſti ſūt filij vr· p̄mogeniti ephrata p̄ris bethleem. Aſſur vero p̄ris thecue erant due vxores alaa ⁊ naara. Pepit autez ei naara oozam ⁊ epher· et themani ⁊ aaſtari. Iſti ſūt filij naara. Porro filij alaa: ſereth yſaar ⁊ ethnan. Chus autē genuit anob ⁊ ſoboba ⁊ ꝯgnacōez aharel filij arum. Fuit autē iabes inclitus p̄ fratribꝫ ſuis: ⁊ mr̄ eius vocauit nomē illius iabes dicēs: qꝛ peperi eū in dolore. Inuocauit ergo iabes deū iſrahel dicēs. Si benedicēs benedixeris michi· et dilataueris terminos meos: ⁊ fuerit manus tua mecū: ⁊ feceris me a malicia nō opprimi. Et p̄ſtitit de⁹ q̄ p̄catus eſt. Caleph autē frater ſua genuit machir: qui fuit pater eſthon. Porro eſthon genuit bethrapha et pheſſe et tehinna patrem vrbis naas. Hij ſunt viri recha. Filij autez cenez: othoniel ⁊ ſaraia. Porro filij othoniel: athat et maonathi. Maonathi genuit ophra. Saraias autē genuit ioab prēm vallis artificū. Ibi quippe artifices erāt. Filij vero caleph filij iephone: hir ⁊ hela et nahez. Filij qꝫ hela cenez. Filij qꝫ ialel ezhiph ⁊ zipha thiria et aſrahel. Et filij eſra: iether ⁊ mereth· et epher· ⁊ iahalon. Genuitqꝫ mariā: ⁊ ſammai et ieſba prēm eſthamo. Vxor qꝫ eius iudaia peperit iareth prēm gedor: ⁊ heber prēz zocho ⁊ ichutiel prēm zanoa. Hij autez filij bithie filie pharaonis quā accepit mered: ⁊ filij vxoris odaie ſororis nahan p̄ris ceila carmi ⁊ eſthamo qui fuit de machati. Filij qꝫ ſymon: amon ⁊ rimma filius anan ⁊ thilon: et filij ieſi zoeth ⁊ benzoeth. Filij ſela filij iude· her pr̄ lecha: ⁊ laada pater mareſa: ⁊ cognationes domus opantiū biſſiz· in domo iuramēti: et qui ſtare fecit ſolem· viriqꝫ mendacij et ſecurus ⁊ incedēs: qui principes fuerūt in moab: ⁊ q̄ reuerſe ſūt in lehem. Hec autem v̄ba vetera. Hij ſūt figuli habitātes in plātacōibꝫ ⁊ in ſepibꝫ apd̄ regē in opibꝫ eius: ꝯmoratiqꝫ ſūt ibi. Filij ſymeon: namuel et iamin iarib· zara ſaul. Sellum filius eius: mabſam filius eius: maſma filius eius. Filij maſma: amuhel filius eiuſ: zachur filius ei⁹: ſemmei filius eius. Filij ſemmei ſedecim: et filie ſex. Fratres autem eius nō habuerunt filios multos: et vniuerſa cognacō nō potuit adeq̄re ſummā filioꝝ iuda. Habitauerunt autez in berſabee ⁊ molada ⁊ haſarſual et in ballaa· et in aſom· ⁊ in tholad et in bathuel et in orma· et i ſiceleg ⁊ in bethmarchaboth et in aſarſaſuſim et in bethberai et in ſaarim. Hee ciuitates eoꝝ uſqꝫ ad regē dd̄: villeqꝫ eaꝝ etham ⁊ aen remmon et thocen ⁊ aſan ciuitateſ quīqꝫ: ⁊ vniuerſi viculi eoꝝ p circuitū ciuitatū iſtaꝝ uſqꝫ ad baal. Hec eſt habitacō eoꝝ: et ſediū diſtribucō. Moſobab qꝫ et iemlech ⁊ ioſa filius amaſie et iohel iehu filius ioſabie filij ſaraie filij aſihel ⁊ elioenai et iacoba et iſuaia et aſaia et adihel et

isimihel ⁊ banaia ziza q₃ fili⁹ sephei filij allon. filij ydaia. filij semri filij samaia: isti sūt noīati principes in ↄgnacōib⁹ suis: et in domo affinitatū suaꝝ multiplicati sūt vehemēter. Et pfecti sūt ut ingrederēt̄ in gador usq₃ ad orientē vallis: ⁊ ut quererēt pascua gregib⁹ suis. Inuenerūtq₃ pascuas vberes et valde bonas. et terrā latissimā ⁊ quietam ⁊ fertilē: in q̄ ante habitauerāt de stirpe cham. Hij ergo venerūt quos supra descripsimus nominatī in dieb⁹ ezechie regis iuda: ⁊ percusserūt tabernacula eoꝝ ⁊ habitatores q̄ inuenti fuerāt ibi: ⁊ deleuerūt eos usq₃ ad p̄ntem diem: habitauerūtq₃ ꝓ eis qm̄ vberrimas pascuas ibidē repperetūt. De filijs q₃ symeon abierūt in mōtem seir viri quingēti. hn̄tes p̄ncipes phalthiā ⁊ naariā ⁊ raphiā ⁊ ozihel fili⁹ iesi: ⁊ ꝑcusserūt reliq̄as que euadere potuerāt amelechitaꝝ: ⁊ habitauerūt ibi pro eis usq₃ ad diem hanc.

V

Filij q₃ ruben primogeniti israhel: ipse quippe fuit p̄mogenitus eius: sed cū violasset thorū patris sui data sūt p̄mogeīta eius filijs ioseph filij israhel: ⁊ nō est ille reputatus in primogenitū. Porro iudas q̄ erat fortissimus inter fratres suos: de stirpe eius principes germinati sūt: p̄mogeīta aūt reputata sūt ioseph. Filij ergo ruben p̄mogeniti israhel: enoch ⁊ phallu esrom et charmi. Filij iohel: samaia filius eius: gog filius ei⁹. semei filius eius. micha filius ei⁹. reebia filius ei⁹. baal filius eius. beera filius eius: quē captiuū duxit theglatfalasar rex assyrioꝝ: ⁊ fuit p̄nceps in tribu ruben. Fratres aūt eius ⁊ vniuersa ↄgnacō eius quādo numerabātur ꝑ familias suas habuerīt p̄ncipes iehihel ⁊ zachariā. Porro bala fili⁹ azaz filij samma filij iohel: ipe habitauit in aroer usq₃ ad nebo ⁊ beelmeon. Cōtra orientalem q₃ plagā habitauit usq₃ ad introitū heremi ⁊ fluuiū eufraten. Multū quippe iumentoꝝ numerū possedebant in terra galaad. In dieb⁹ aūt saul p̄liati sūt ↄtra agarenos ⁊ interfecerūt illos: habitauerūtq₃ ꝓ eis in tabernaculis eoꝝ in om̄i plaga que respicit ad orientē galaad. Filij vero gad e regione eoꝝ habitauerīt in terra basan usq₃ selcha: iohel in capite. et saphan secūdus: ianai aūt ⁊ saphat in basan. Fratres vero eorū scd̄m domus ↄgnacōnū suaꝝ: michael ⁊ mosollā ⁊ sebe et iori ⁊ iachan. et zie. ⁊ heber septem. Hij filij abiahil: filij vri filij iara filij galaad. filij michahel filij iesesi. filij ieddo filij buz. Fratres q₃ filij abdihel filij guni principes domus in familijs suis: ⁊ habitauerūt in galaad ⁊ in basan ⁊ in viculis eius: et in cūctis suburbanis saron usq₃ ad terminos. Om̄es hij numerati sūt in dieb⁹ ioathan regis iuda ⁊ in dieb⁹ ieroboam regis israhel. Filij ruben ⁊ gad et dimidie trib⁹ manasse. viri bellatores scuta portātes ⁊ gladios: et tendētes arcū eruditiq₃ ad p̄lia q̄dragintaquatuor milia ⁊ septingēti sexaginta ꝓcedētes ad pugnā. dimicauerūt ↄtra agarenos: ithurei vero ⁊ naphei ⁊ nodab p̄buerūt eis auxiliū. Traditiq₃ sūt in manus eoꝝ agareni ⁊ vniūsi q̄ fuerāt cū eis: q2 deū inuocauerīt cum preliarentur: ⁊ exaudiuit eos eo q2 credidissent in eū. Ceperūtq₃ om̄ia q̄ possederāt camelorū quinquaginta milia: ⁊ ouiū ducēta quinquaginta milia. asinos duo milia: et animas hominū cētū milia. Vulnerati aūt multi corruerūt. Fuit enim bellū domini. Habitauerūtq₃ ꝓ eis usq₃ ad trāsmigracōnem Filij q₃ dimidie trib⁹ manasse possederūt terraꝫ a finib⁹ basan usq₃ baal hermon ⁊ sanir et mōtem hermon. Ingēs quippe numerus erat. Et hij fuerāt principes domus cognacionis eoꝝ: efer. iesi ⁊ helihel ezrihel et iheremia ⁊ oduia. et iedihel viri fortissimi ⁊ potentes: et nominati duces in familijs suis. Reliquerūt aūt deum patrū suorū ⁊ fornicati sūt post deos populorū terre. quos abstulit dominus coram eis: ⁊ suscitauit dn̄s israhel spiritū phul regis assyriorū ⁊ sp̄m theglatfalasar regis assur: ⁊ trāstulit ruben ⁊ gad et dimidiā tribū manasse ⁊ adduxit eos in alea in abor et ara ⁊ fluuiū gozan usq₃ ad diē hāc.

VI

Filij leui: gerson caath ⁊ merari. Filij caath: amram ysaar hebron ⁊ ozihel. Filij amram: aaron moyses ⁊ maria. Filij aaron: nadab ⁊ abiu eleazar ⁊ ythamar. Eleazar genuit finees: ⁊ finees genuit abisue. Abisue vero genuit bocci ⁊ bocci genuit ozi: ozi genuit zaraiam ⁊ zaraias genuit meraioth. Porro meraioth genuit amariam. et

amarias genuit achitob: achitob genuit
sadoch· et sadoch genuit achimaas. Achi-
maas genuit azariã: azarias genuit iohã-
nan· iohãnan genuit azariã. Ipe est q̄ sac̄-
dotio functus ē in domo quã edificauit sa-
lomon in iherusalē. Genuit autē azarias a-
mariam: ⁊ amarias genuit achitob. Achi-
tob genuit sadoch: ⁊ sadoch genuit selluz.
Sellũ genuit helchiã: ⁊ helchias genuit a-
zariã. Azarias genuit zaraiaz: ⁊ zaraias ge-
nuit iosedech. Porro iosedech egressus est
quãdo trãstulit dñs iudã ⁊ iherusalē ꝑ ma-
nus nabuchodonosor. Filij ergo leui ger-
son caath ⁊ merari. Et hec nomina filiorum
gerson: lobni ⁊ semei. Filij caath: amram et
ysaar ⁊ hebron ⁊ ozihel. Filij merari: mooli
et musi. Hee autē gñationes leui secundũ
familias eoꝝ. Gerson: lobni filius eius: ia-
ath filius eius· zamma filius eius· ioaa fili9
eius· addo filius eius· zara filius eius: iethrai
filius ei9. Filij caath: aminadab filius ei9:
chore filius eius· asir filius eius· helcana fili9
eius· abiasaph filius ei9· asir filius eius· ca-
ath filius eius· vriel filius ei9· ozias filius
eius: saul filius ei9. Filij helcana: amasai et
achimoth ⁊ helcana. Filij helcana: sophai fi-
li9 eius· naath filius ei9: heliab filius ei9· ihe-
roã fili9 eius: helcana filius ei9. Filij samuel:
ꝑmogenitus vasseni ⁊ abia. Filij aũt merari·
mooli: lobni filius ei9: semei filius eius· oza
filius eius· samaa filius eius· aggia filius e-
ius: asaia filius eius. Isti sũt quos cõstituit
dauid sup cantores domus domini ex quo
collocata est archa: ⁊ ministrabãt coram ta-
bernaclo testimonij canẽtes donec edifica-
ret salomõ domũ domini in iherusalem. Sta-
bãt aũt iuxta ordinē suũ in ministerio. Hij
vero sũt qui assistebãt cũ filijs suis de filijs
caath: heman cãtor filius iohel· filij samuel
filij helcana filij ieroam filij helihel filij thou fi-
lij suph filij helcana· filij iohel filij maath filij
amasai filij helcana filij iohel filij azarie filij
sophonie filij thaath filij asir· filij abisaph·
filij chore filij ysaar filij caath filij leui· filij is-
rahel: ⁊ frater eius asaph· qui stabat a de-
xtris eius: asaph filius barachie· filij samaa·
filij michael· filij basaie filij melchie· filij a-
thanai· filij zara filij adaia· filij ethã filij zã-
ma filij semei filij ieth filij gerson filij leui.
Filij autē merari fratres eoꝝ ad sinistram· e-
than filij chusi: filij abdi· filij maloch filij a-
sabie filij amasie filij helchie filij amasai· filij
bõni filij somer filij mooli· filij musi filij me-
rari filij leui. Fratres quoq; eoꝝ leuite: qui ordi-
nati sũt in cunctũ ministeriũ tabernaculi do-
mus domī. Aaron vero ⁊ filij eius adolebãt
incensũ sup altare olocausti· et sup altare thi-
miamatis· in omne opus sancti scõꝝ: et ut
p̄carentur ꝓ israhel iuxta omĩa que p̄ceperat
moyses seruus dei. Hij sũt autem filij aarõ.
Eleazar filius eius: finees filius ei9· abisue
filius eius bocci filius eius· ozi filius eius· za-
raia filius eius· meraioth filius ei9· amaria
filius eius: achitob filius eius· sadoch filius
eius: achimaas filius ei9. Et hec habitacla
eoꝝ ꝑ vicos atq; ɔfinia filiorũ scilicet aarõ
iuxta cognacões caathitarum. Ipsis enī sor-
te ɔtigerãt. Dederūt igitur eis hebron in terra
iuda ⁊ suburbana ei9 ꝑ circuitũ: agros autē
ciuitatis ⁊ villas caleph filio iephone. Por-
ro filijs aaron dederūt ciuitates ad ɔfugiē-
dũ hebron ⁊ lobna et suburbana eius: iether
quoq; et esthemo cũ suburbanis suis· helon ⁊
dabir cũ suburbanis suis: asan quoq; et bethse-
mes ⁊ suburbana earum. De tribu aũt benia-
min gabee ⁊ suburbana ei9: ⁊ almath cũ subur-
banis suis: anathot quoq; cũ suburbanis suis. O-
mnes ciuitates tredecim: ꝑ ɔgnacões suas.
Filijs autē caath residuis de cognacõe sua.
dederūt ex dimidia tribu manasse in possessi-
onē vrbes decē. Porro filijs gerson ꝑ ɔgna-
cões suas de tribu ysachar ⁊ de tribu aser et
de tribu neptalim· et de tribu manasse in ba-
san vrbes tredecim. Filijs autem merari ꝑ
ɔgnacões suas de tribu rubē ⁊ de tribu gad.
et de tribu zabulon· dederũt sorte ciuitates
duodecim. Dederūt quoq; filij israhel leuitis ciui-
tates ⁊ suburbana earum. Dederūtq; ꝑ sortem
ex tribu filiorũ iuda· ⁊ ex tribu filiorũ syme-
on· et ex tribu filiorum beniamin vrbes has
quas vocauerũt nominibus suis: ⁊ hijs qui
erãt ex ɔgnacõe filiorũ caath. Fueruntq;
ciuitates in terminis eoꝝ de tribu ephraim.
Dederũt ergo eis vrbes ad cõfugiendum si-
chem cũ suburbanis suis in mõte ephraim
et gazer cũ suburbanis suis: iecmaam quoq; cum

suburbanis suis. et bethorõ similiter: necnõ et helon cũ suburbanis suis ⁊ gethremmon in eundē modũ. Porro ex dimidia tribu manasse aner ⁊ suburbana ei⁹. balaam et suburbana eius: hijs videlicet q̄ de cognacõne filiorum caath reliqui erãt. Filijs aũt gerson de cognacõe dimidie trib⁹ manasse gaulõ in basan ⁊ suburbana eius: et astaroth cũ suburbanis suis. De tribu ysachar. cedes cũ suburbanis suis. ⁊ dabereth cũ suburbanis suis: ramoth quoq; ⁊ suburbana eius: ⁊ anem cũ suburbanis suis. De tribu vero aser masal cum suburbanis suis. ⁊ abdon similiter: asach quoq; et suburbana eius: roob cũ suburbanis suis. Porro de tribu neptalim cedes in galilea et suburbana eius: amon cum suburbanis suis: et cariathaim ⁊ suburbana eius. Filijs autē merari residuis. de tribu zabulõ. remono et suburbana eius: ⁊ thabor cum suburbanis suis. Trans iordanen quoq; ex adũso iericho contra orientē iordanis de tribu ruben bosor in solitudinē cũ suburbaĩs suis: ⁊ iassa cũ suburbanis suis: cademoth quoq; ⁊ suburbana eius: ⁊ miphaath cũ suburbaĩs suis. Necnõ ⁊ de tribu gad. ramoth in galaad ⁊ suburbana eius: ⁊ manaim cũ suburbaĩs suis: sed ⁊ esebon cũ suburbanis suis. ⁊ iezer cũ suburbaĩs suis. VII

Porro filij ysachar: thola et phua iasub ⁊ simerõ q̈tuor. Filij thola: ozi ⁊ raphaia. ⁊ ierihel et iemai ⁊ iepsem. ⁊ samuel pñcipes p domos cognacõm suarum. De stirpe thola viri fortissimi numerati sũt in dieb⁹ dd: viginti duo milia sexcēti. Filij ozi: israhia de quo nati sũt michael ⁊ obadia et iohel ⁊ iesia quīq; oẽs principes: cũ eis p familias ⁊ ppl'os suos accincti ad preliũ viri fortissimi: triginta sex milia. Multas enim habuerũt vxores et filios. Fratres quoq; eorum p oĩm cognacõm ysachar robustissimi ad pugnandũ: octoginta septē milia numerati sũt. Filij bēiamin: bale ⁊ bochor ⁊ iadihel tres. Filij bale: esbon et ozi et ozihel ⁊ ierimoth ⁊ vrai quīq;: pñcipes familiarum ⁊ ad pugnadũ robustissimi. Numerus autem eorum viginti duo milia et triginta q̈tuor. Porro filij bochor zamira ⁊ ioas ⁊ eliezer et helioenai. et amri ⁊ ierimoth et abia ⁊ anathut. et almathan. Oẽs hij filij bechor. Numerati sũt aũt per familias suas principes cognationũ suarum ad bella fortissimi: viginti milia ⁊ ducēti. Porro filij iadihel balan. Filij autem balan: iheus ⁊ bēiamin ⁊ ahoth et chanana. et iothan ⁊ tharsis et haisaar. Omẽs hij filij iadihel pñcipes cognacõnũ suarum viri fortissimi: decē ⁊ septem milia ⁊ ducēti ad preliũ pcedentes: sephan quoq; et haphan filij hir ⁊ asim filij aer. Filij autem neptalim iasihel ⁊ guni. ⁊ aser et sellũ filij bala. Porro filij manasse. esrihel: concubina quoq; eius sira pepit machir prēm galaad. Machir autē accepit vxorē filijs suis happhim et sepham: ⁊ habuit sororem noĩe maacha. Nomē aũt scdi salphaath. Nateq; sunt salphaat filie. Et pepit maacha vxor machir filiũ: vocauitq; nomē eius phares. Porro nomē fratris eius sares: ⁊ filij eius vlam et rehen. Filius autē vlam bedan. Hij sunt filij galaad filij machir: filij manasse. Soror autem eius regina. pepit virum decorũ ⁊ abiezer et moola. Erãt autem filij semida ahin et sechem. et leci ⁊ aniam. Filij aũt ephraim suthala: bareth filius eius: thaath filius eius elada filius eius thaath filius eius: et huius filius zadab. et huius filius suthala et huius filius ezer. et elad. Occiderũt aũt eos viri geth indigene: quia descenderãt ut inuaderent possessiones eorum. Luxit igitur ephraim pr̄ eorum multis dieb⁹: ⁊ venerũt fratres eius ut cõsolarentur eũ. Ingressusq; est ad vxorem suã: que concepit ⁊ pepit filiũ ⁊ vocauit nomē ei⁹ bereia. eo quod in malis domus eius ortus esset. Filia aũt eius fuit sara: que edificauit bethorõ inferiorē ⁊ supiorē. et ozensara. Porro filius eius rapha ⁊ reseph ⁊ thale: de quo natus est thaan. q̄ genuit laadan. Huius quoq; filius ammiud q̄ genuit elisama de quo ortus est nun: qui habuit filiũ iosue. Possessio aũt eorum ⁊ habitacõ bethel cũ filiab⁹ suis: et contra orientē noran: ad occidētalem plagã gazer ⁊ filie eius: sichem quoq; cum filiab⁹ suis usq; asa cũ filiab⁹ eius: iuxta filios quoq; manasse bethsan ⁊ filias eius: thanac et filias eius maggeddo ⁊ filias eius dor et filias eius. In hijs habitauerũt filij ioseph. filij israhel. Filij aser: iemna ⁊ iesua ⁊ isui ⁊ baria. et sara soror eorum. Filij aũt baria: heber ⁊ melchiel. Ipse ē pater barsaith. Heber aũt

genuit iephlat ⁊ somer ⁊ iothan ⁊ suaa sororē eoꝝ. Filij iephalt phosech ⁊ chamaal ⁊ asoph. Hij filij iephalt. Porro filij somer: ahi et roaga ⁊ iabba ⁊ aram. Filij aūt helem fratris eius: supha ⁊ iemna et selles ⁊ amal. Filij supha: sue arnapher ⁊ sual ⁊ beri et iāra bosor ⁊ od et samma ⁊ salusa et iethran ⁊ bera. Filij gether: iephone ⁊ phaspha ⁊ ara. Filij autem olla: aree ⁊ aniel et resia. Omēs hij filij aser: pn̄cipes cognacōm electi atq; fortissimi duces ducū. Numerꝰ aūt eoꝝ etatis q̄ apta esset ad bellū: viginti sex milia. VIII

dan:ut venirent et facerent phase dño deo
israhel in iherusalem. Multi enī nō fecerant
sicut lege p̄scriptū est. Perrexeruntqꝫ curso-
res cū epistolis ex regis imperio·⁊ pn̄cipū
eius in vniūsū israhel ⁊ iudā:iuxta id quod
rex iusserat p̄dicantes. Filij israhel reūtimini
ad dominū deū abraham ⁊ ysaac ⁊ israhel:⁊
reuertetur ad reliquias que effugerūt manus
regis assirioꝝ. Nolite fieri sicut patres ve-
stri ⁊ fratres qui recesserūt a domino deo pa-
trū suoꝝ:et tradidit eos in interitū·ut ipsi
cernitis. Nolite indurare ceruices vestras
sicut·patres vestri. Tradite manus domino:
et venite ad sanctuariū eius qd sanctificauit
in eternū. Seruite domino deo patrū vestro-
rū:⁊ auertetur a vobis ira furoris eius. Si
enī vos reuersi fueritis ad dominū:fratres
vestri ⁊ filij habebūt misericordiā corā dñis
suis·qui illos duxerūt captiuos:⁊ reuerten-
tur in terrā hanc. Pius enim ⁊ clemens ē do-
minus deus vester:⁊ nō auertet faciem suā
a vobis si reuersi fueritis ad eū. Igitur curso-
res ꝑgebāt velociter de ciuitate in ciuitatē·
ꝑ terrā ephraim ⁊ manasse usqꝫ ad zabulon:
illis irridētibus·⁊ subsannātibus eos. Attamē
quidam viri ex aser ⁊ manasse ⁊ zabulon ac-
quiescētes consilio:venerūt ihrlm. In iuda
vero facta ē manus domini ut daret eis cor
vnū:ut facerēt iuxta p̄ceptū regis ⁊ pn̄cipū
verbū domini. Cōgregatiqꝫ sūt in iherusalē
ꝓpli multi:ut facerent solēnitatē azimoꝝ in
mense secūdo. Et surgētes destruxerūt alta-
ria que erāt in iherusalē:atqꝫ vniūsa in qui-
bus ydolis adolebatur incēsum subuerten-
tes·proiecerūt in torrētē cedron. Immolauerūt

aūt phase q̄rtadecima die mensis secundi.
Sacerdotesqꝫ atqꝫ leuite tandem sanctifi-
cati obtulerūt olocausta in domo dn̄i: stete-
rūtqꝫ in ordine suo iuxta dispositōnē ⁊ legē
moysi hominis dei. Sacerdotes vero suscipie-
bant effundendū sanguinē de manib⁹ leui-
taꝝ: eo ꝙ multa turba sanctificata nō esset:
et idcirco immolarēt leuite phase hiis qui
nō occurrerāt sanctificari dn̄o. Magna etiā
pars ppli de ephraim ⁊ manasse ⁊ ysachar ⁊
zabulon que sanctificata nō fueāt comedit
phase. nō iuxta qđ scriptū est: ⁊ orauit pro
eis ezechias dicēs. Dominus bonus propi-
ciabit᷑ cūctis qui in toto corde requirūt do-
minū deū patrū suoꝝ: ⁊ non imputabit eis
qđ minus sanctificati sunt. Quem exaudi-
uit dn̄s: ⁊ placatus est ppl̄o. Feceruntqꝫ filii
israhel qui inuēti sūt in ihrl̄m solemnitatē a-
zimoꝝ septē dieb⁹ in leticia magna. laudā-
tes dominū ꝑ singulos dies: leuite quoqꝫ ⁊ sacer-
dotes ꝑ organa q̄ suo officio congruebant.
Et locutus ē ezechias ad cor omniū leuita-
rum. qui habebāt intelligentiā bonam sup
domino: et comederūt septē dieb⁹ solēnita-
tis. immolantes victimas pacificoꝝ: ⁊ lau-
dātes dn̄m deū patrū suoꝝ. Placuitqꝫ vni-
uerse multitudini ut celebrarēt etiā alios di-
es septē: qđ ⁊ fecerūt cū ingenti gaudio. E-
zechias aūt rex iuda ꝓbuerat multitudini
mille thauros: ⁊ septē milia ouium. Princi-
pes vero dederāt populo thauros mille: ⁊
oues decem milia. Sanctificata ergo ē sa-
cerdotū plurima multitudo: ⁊ hilaritate ꝑ-
fusa omnis turba iuda tā sacerdotū ⁊ leuitaꝝ
q̄ꝫ vniūse frequentie q̄ venerat ex israhel: ꝓ-
selitorū quoqꝫ de terra israhel ⁊ habitātiū ī iuda.
Factaqꝫ est grādis celebritas in ihrusalē:
qualis a dieb⁹ salomonis filii dauid regis
israhel in ea vrbe nō fuerat. Surrexerūt au-
tem sacerdotes atqꝫ leuite benedicētes ppl̄o:
et exaudita est vox coꝝ: ꝑuenitqꝫ oratio
in habitaculū sanctū celi. XXXI

Cumqꝫ hec fuissent rite celebrata: egres-
sus est omnis isrl̄ qui inuentus fueāt
in vrbib⁹ iuda. ⁊ fregerūt simulacra succide-
rūtqꝫ lucos: demoliti sūt excelsa. ⁊ altaria
destruxerūt: nō solū de vniūso iuda et benia-
min sed et de ephraim quoqꝫ et manasse: donec
penitus euerterent. Reuersiqꝫ sūt omēs filii
isrl̄: in possessiones et ciuitates suas. Ezechi-
as aūt cōstituit turmas sacerdotales et leuiti-
cas ꝑ diuisiōes suas vnūquēqꝫ ī officio pro-
prio. tam sacerdotū videlicet q̄ꝫ leuitaruꝫ ad
olocausta ⁊ pacifica: ut ministrarēt et cōfite-
rent᷑ canerentqꝫ in portis castroꝝ dn̄i. Pars
aūt regis erat ut de propria eius substātia
offerret᷑ olocaustū mane semꝑ ⁊ vespe: sab-
batis quoqꝫ ⁊ kalēdis. ⁊ solēnitatib⁹ ceteris: sicut
scriptū est in lege moysi. Preceperat aūt po-
pulo habitātiū ihrusalē. ut darent partes
sacerdotibus ⁊ leuitis: ut possent vacare legi
domini. Quod cū percrebruiss; in aurib⁹ multi-
tudinis plurimas obtulere primitias filii is-
rahel. frumēti vini et olei: mellis quoqꝫ et omniū
que gignit hum⁹ decimas obtulerūt. Sed
et filii israhel ⁊ iuda q̄ habitabāt in vrbibus
iuda obtulerūt decimas boū ⁊ ouiū: decimas-
qꝫ sanctoꝝ q̄ vouerant dn̄o deo suo: atqꝫ v-
niūsa portantes fecerūt aceruos plurimos.
Mense tercio ceperūt aceruoꝝ iacere fun-
damenta: et mense septimo cōpleuerūt eos.
Cūqꝫ ingressi fuissent ezechias ⁊ principes
eius. viderūt aceruos: ⁊ benedixerūt dn̄o.
ac ppl̄o israhel. Interrogauitqꝫ ezechias sa-
cerdotes et leuitas: cur ita iacerent aceruí.
Respōdit illi azarias sacerdos primus. de stir-
pe sadoch dicēs. Ex quo ceperunt offerri ꝓ-
mitie in domo dn̄i. comedimus et saturati su-
mus: ⁊ remanserūt plurima: eo ꝙ benedixe-
rit dominus ppl̄o suo. Reliquiarū aūt est co-
pia ista quā cernis. Precepit igit᷑ ezechias:
ut ꝑpararent horrea in domo dn̄i. Quod cū
fecissent intulerūt tam ꝓmitias q̄ꝫ decimas: ⁊
quecūqꝫ vouerāt fideliter. Fuit aūt ꝓfectus
eoꝝ chonenias leuita: et semei frater eius
secūdus: post quē iehihel. ⁊ azarias. ⁊ na-
ad. ⁊ asahel. ⁊ iherimoth: iozabat quoqꝫ ⁊ elihel.
et iesmachias. ⁊ maath. ⁊ banaias. ꝑpositi
sub manib⁹ chonenie ⁊ semei fratris eius ex
imperio ezechie regis. ⁊ azarie pontificis do-
mus domini: ad quos omīa ꝑtinebāt. Cho-
re vero filius iemna leuites. ⁊ ianitor orien-
talis porte ꝑpositus erat hiis que spōte offe-
rebātur domino. ꝓmitiisqꝫ ⁊ cōsecratis in san-
cta sanctorū: ⁊ sub cura eius eden. et benia-
min. ihesue ⁊ semeias. amarias quoqꝫ ⁊ sechenias.

in ciuitatib⁹ sacͤdotū: ut fideliť distribuerēt fratrib⁹ suis partes · minorib⁹ atq̃ maioribus · exceptis marib⁹ ab ānis trib⁹ ⁊ supra · cūctis qui ingrediebātur templū domi. Et quicq̇d ꝑ singulos dies cōducebant in ministerio · atq̃ obseruacōnib⁹ iuxta diuisiōes suas: sacͤdotib⁹ ꝑ familias ⁊ leuitis · a vicesimo āno et supra ꝑ ordines et turmas suas · vniūseq̃ mltitudini tam vxorib⁹ quā libeꝛis eoꝝ vtriusq̃ sexus: fideliter cibi de hijs q̄ sanctificata fuerāt ꝑbebant. Sed ⁊ filioꝝ aaron ꝑ agros ⁊ suburbana vrbiū singularū dispositi erāt viri q̄ partes distribuerent vniūso sexui masculino: de sacͤdotib⁹ ⁊ leuitis. Fecitq̃ ezechias vniūsa q̄ diximus · in omni iuda: operatusq̃ est bonū et rectū ⁊ verū coram domino deo suo · in vniūsa cultura ministerij domus domī iuxta legē ⁊ cerimonias: volens requirere deū suū in toto corde suo. Fecitq̃ ⁊ prosperatus est.

XXXII

Post que et huiuscemōi veritatē venit sennacherib rex assiriorū: ⁊ ingressus iudam obsedit ciuitates munitas · volens eas capere. Quod cū vidisset ezechias venisse scilicet sennacherib ⁊ totū belli impetū verti cōtra iherusalē: inito cū pn̄cipib⁹ ꝯsilio virisq̃ fortissimis ut obturarēt capita fontium qui erāt extra vrbē: ⁊ hoc oīm decernēte sentētia cōgregauit plurimā mltitudinē: et obturauerūt cūctos fontes · ⁊ riuū q̄ fluebat i medio terre dicētes. Ne veniāt reges assiriorū: et inueniāt aquarū abūdantiam. Edificauit q̃ agens industrie oīnē murū qui fuerat dissipatus: et extruxit turres desup: ⁊ forinsecus alterū murū. Instaurauitq̃ mello in ciuitate dauid: ⁊ fecit vniūsi generis armaturā ⁊ clipeos. Cōstituitq̃ principes bellatorū in exercitu: ⁊ cōuocauit vniuersos in platea porte ciuitatis: ac locutus est ad cor eoꝝ dicēs. Viriliter agite ⁊ cōfortamini: nolite timere: nec paueatis regem assirioꝝ ⁊ vniūsam mltitudinē que ē cū eo. Multo enim plures nobiscū sunt ꝙ cū illo. Cū illo eni est brachiū carneū: nobiscū dn̄s deus noster q̄ auxiliator ē noster: pugnatq̃ pro nobis. Confortatusq̃ est ꝑpl's huiuscemodi v̄bis ezechie regis iuda. Que postꝙ gesta sūt: misit sennacherib rex assiriorū seruos suos ihrl'm · ipe eni cum vniūso exercitu obsidebat lachis: ad ezechiam regem iuda · ⁊ ad omnē ꝑpl'm qui erat in vrbe dicēs. Hec dicit sennacherib rex assiriorū. In quo habētes fiduciā · sedetis obsessi i iherusalē? Num ezechias decepit vos · ut tradat morti in fame · ⁊ siti: affirmās ꝙ dominus deus vester liberet vos de manu regis assirioꝝ? Nūquid nō iste est ezechias qui destruxit excelsa illius ⁊ altaria: ⁊ ꝑcepit iude et iherusalē dicens · corā altari vno adorabitis · ⁊ in ipo comburetis incensū? An ignoratis q̄ ego fecerim · ⁊ patres mei cūctis terraꝝ populis? Nunquid ꝑualuerūt dij gentium omniūq̃ terrarū liberaē regionē suā de manū mea? Quis est de vniūsis dijs gētiū q̄s vastauerūt patres mei qui potuerit eruere populū suū de manu mea: ut possit etiā deus vester eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat ezechias: nec vana ꝑsuasiōe deludat: neq̃ credatis ei. Si enim nullus potuit deus cūctaꝝ gētiū atq̃ regionū liberare ꝑpl'm suū de manu mea · ⁊ de manu patrū meoꝝ: cōsequēter nec deus vester poterit eruere vos de hac manu. Sed ⁊ alia multa locuti sūt serui eius cōtra dominū deū: ⁊ ꝯtra ezechiam seruū eius. Epistolas q̃ scripsit plenas blasphemie in dn̄m deū israhel: ⁊ locutus est adūsum eū. Sicut dij gētium ceterarū nō potuerūt liberare ꝑpl'm suū de manu mea: sic et deus ezechie eruere nō poterit populū suū de manu ista. Insup ⁊ clamore magno ligua iudaica cōtra ꝑpl'm qui sedebat in muris ihrl'm ꝑsonabat: ut terreret eos · ⁊ caperet ciuitatē. Locutusq̃ est cōtra deū israhel: sicut aduersum deos ꝑploꝝ terre opera manuū hominū. Orauerunt igitur ezechias rex · et ysaias filius amos ꝓphetes adūsum hāc blasphemiā: ac vociferati sūt usq̃ in celum. Et misit dominus āgelū suū: q̄ ꝑcussit omnē virū robustū et bellatorē · ⁊ pn̄cipem exercitus regis assiriorū: reūsusq̃ est cū ignominia in terrā suā. Cumq̃ ingressus esset domū dei sui: filij qui egressi fuerāt de vtero eius interfecerūt eū gladio. Saluauitq̃ dominus ezechiā ⁊ habitatores ihrl'm de manū sennacherib regis assirioꝝ · ⁊ de manu oīm: et prestitit ei quietē ꝑ circuitū. Multi etiam

deferebāt hostias ⁊ sacrificia dn̄o in ihrl̄m: et munera ezechie regi iuda. Qui exaltat⁹ est post hec corā cūctis gentib⁹. In diebus illis egrotauit ezechias usq; ad mortem: ⁊ orauit dominū. Exaudiuitq; eū ⁊ dedit ei signū: ſ; nō iuxta beneficia q̄ acceperat retribuit: qꝛ eleuatū est cor eius. Et facta ē contra eū ira: ⁊ cōtra iudam ⁊ ihrusalē. Humiliatusq; est postea eo qꝙ exaltatum fuiſſ; cor eius: tam ipe q̄ꝫ habitatores ihrl̄m: ⁊ idcirco nō venit ſup eos ira domini in diebus ezechie. Fuit aūt ezechias diues ⁊ inclitus valde: ⁊ theſauros ſibi plurimos cōgregauit argenti ⁊ auri ⁊ lapidis p̄cioſi. aromatū ⁊ armorū vniuſi generis. ⁊ vaſoꝝ magni p̄cij: apothecas quoq; frumēti vini. ⁊ olei. et p̄ſepia omniū iumētorū: caulaſq; pecoribus. et vrbes ſex edificauit. Habebat quippe greges ouiū et armētorum innumerabiles: eo qꝙ dediſſet ei dominus ſubſtātiam multā nimis. Ipſe ē ezechias qui obturauit ſuperiorem fontē aquaꝝ gyon: ⁊ auertit eas ſubter ad occidentē vrbis dauid. In omnib⁹ operib⁹ ſuis fecit proſpere que voluit. Attamen in legacōne p̄ncipum babilonis q̄ miſſi fuerāt ad eum. ut interrogarēt de portento q̄ꝫ acciderat ſup terrā: dereliquit eum dominus: ut temptaretur ⁊ nota fierēt omnia que erāt in corde eius. Reliqua aūt ſermonū ezechie. ⁊ miſcdiaꝝ eius ſcripta ſunt in viſione yſaie. filij amos ꝓphete: ⁊ in libro regū iuda et iſrahel. Dormiuitq; ezechias cū patrib⁹ ſuis: ⁊ ſepelierunt eū ſupra ſepulcra filiorū dauid. Et celebrauit ei⁹ exequias vniūſus iuda. ⁊ omnes habitatores iheruſalē: regnauitq; manaſſes filius ei⁹ p̄ eo.

Duodecim ānoꝝ erāt XXXIII manaſſes cū regnaē cepiſſ; ⁊ quīquaginta quīq; annis regnauit in iheruſalē. Fecit aūt malū corā domino iuxta abomiatiōnes gentiū quas ſubuertit dominus coraꝫ filijs iſrahel: ⁊ cōuerſus inſtaurauit excelſa que demolitus fuerat ezechias pater eius: cōſtruxitq; aras baalim. et fecit lucos: et adorauit omnē miliciā celi ⁊ coluit eam. Edificauit q̄ꝫ altaria in domo domini: de qua dixerat dominus in ihrl̄m erit nomē meū in eternū. Edificauit aūt ea cūcto exercitui celi in duob⁹ atrijs domus domini: trāſireq; fecit filios ſuos p̄ ignē in valle benēnon. Obſeruabat ſomnia. ſectabat̄ auguria: maleficis artib⁹ inſeruiebat. Habebat ſecū magoſ et incātatores: multaq; mala operatus ē coram domino ut irritaret eū. Sculptile quoq; ⁊ cōflatile ſignū poſuit in domo domi: de qua locutus ē dn̄s ad dauid et ad ſalomonem filiū eius dicēs. In domo hac ⁊ in iheruſalem quā elegi de cūctis tribub⁹ iſrl̄ ponā nomē meū in ſempiternū: ⁊ mouere nō faciam pedem iſrahel de terra quā tradidi patrib⁹ eorum: ita dūtaxat ſi cuſtodierint facere que p̄cepi eis cūctamq; legē ⁊ cerimonias atq; iudicia q̄ mandaui p̄ manū moyſi. Igit̄ manaſſes ſeduxit iudam ⁊ habitatores iheruſalē: ut facerent malū ſup oīnes gentes quas ſubuerterat dominus a facie filiorū iſrahel. Locutuſq; eſt dominus ad eū et ad populū illius: ⁊ attendere noluerunt. Idcirco ſuperinduxit eis p̄ncipes exercitus regis aſſirioꝝ: ceperūtq; manaſſen: ⁊ vinctū cathenis atq; cōpedib⁹ duxerunt in babilonem. Qui poſtq̄ꝫ coangustatus ē orauit dominū deū ſuū: et egit penitentiā valde corā deo patrū ſuorum. Deprecatuſq; eſt eū ⁊ obſecrauit intente. et exaudiuit orationē eius: reduxitq; eū ihrl̄m in regnū ſuum: ⁊ cognouit manaſſes quod dominus ipe eſſet deus. Poſt hec edificauit murū extra ciuitatē dauid ad occidentē gyon in cōualle ab introitu porte piſciū p̄ circuitū usq; ad ofel: ⁊ exaltauit illū vehemēter. Cōſtituitq; p̄ncipes exercitus in cūctis ciuitatib⁹ iuda munitis. ⁊ abſtulit deos alienos. ⁊ ſimulacrū de domo domini: aras q̄ꝫ quas fecerat in mōte dom⁹ domini ⁊ in iheruſalē: ⁊ proiecit omnia extra vrbem. Porro inſtaurauit altare dn̄i: ⁊ immolauit ſup illud victimas ⁊ pacificas ⁊ laudem: p̄cepitq; iude ut ſeruiret domio deo iſrahel. Attamē adhuc populus immolabat in excelſis domino deo ſuo. Reliqua aūt geſtorū manaſſe. et obſecratio eius ad deū ſuum: verba quoq; videntiū q̄ loquebantur ad eū in nomine domi dei iſrahel continētur in ſermonib⁹ regū iſrahel. Oratio quoq; ei⁹ et exauditō ⁊ cūcta peccata atq; cōtemptuſ: loca etiā in quibus edificauit excelſa et fecit

lucos ⁊ statuas anteq̄ꝫ ageret penitētiam:
scripta sūt in ſmonib9 ozai. Dormiuit ergo
manasses cū patrib9 suis: ⁊ sepelierūt eum
in domo sua: regnauitq̄ꝫ ꝓ eo filius eius a-
mon. Viginti duoꝝ ānoꝝ erat cū regnare
cepisset: ⁊ duob9 ānis regnauit in ihrusalē.
Fecitq̄ꝫ malū in cōspectu domini sicut fecerat
manasses pater eius: ⁊ cūctis ydolis q̄ ma-
nasses fuerāt fabricatus immolauit atq̄ꝫ ser-
uiuit ⁊ nō est reueritus faciem domini sicut
reueritus est manasses pater ei9: et multo
maiora deliquit. Cūq̄ꝫ cōiurassent aduersus
eum serui sui interfecerūt eum in domo sua:
porro reliqua populi multitudo cesis hijs q̄
amon pcusserāt cōstituit regē iosiā filiū eius

XXXIIII

Octo ānoꝝ pro eo.
erat iosias cū regnare cepisset: ⁊ trigi-
ta ⁊ vno āno regnauit in ihrlm. Fecitq̄ꝫ qđ
erat rectum in cōspcū domini: ⁊ ambulauit ī
vijs dauid patris sui: non declinauit neq̄ꝫ
ad dexterā neq̄ꝫ ad sinistrā. Octauo autem
āno regni sui cū adhuc esset puer· cepit que-
rere deū pr̄is sui dauid: ⁊ duodecimo anno
postq̄ꝫ ceperat· mūdauit iudam ⁊ ihrusalē
ab excelsis ⁊ lucis simulacrisq̄ꝫ ⁊ sculptilib9.
Destruxerūtq̄ꝫ corā eo aras baalim: ⁊ simu-
lacra q̄ superposita fuerāt demoliti sūt. Lucos
etiam ⁊ sculptilia succidit atq̄ꝫ cōminuit: et
sup cumulos eoꝝ q̄ eis immolaȓe cōsueuerāt
fragmēta disp̄sit. Ossa p̄terea sacerdotū cō-
bussit ī altarib9 ydolorū: mūdauitq̄ꝫ iudā
et ihrusalē. Sed ⁊ in vrbib9 manasse et e-
phraim ⁊ symeon usq̄ꝫ neptalim cūcta sub-
uertit. Cūq̄ꝫ altaria dissipasset ⁊ lucos ⁊ scul-
ptilia cōtriuisset in frusta· cūctaq̄ꝫ delubra de-
molitus esset de vniuersa terra israhel: reūsus
est in ihrlm. Igitur āno octauodecīo regni
sui mūdata iam terra ⁊ tēplo domini: misit
saphan filiū eselie ⁊ maasiam p̄ncipem ciui-
tatis· ⁊ ioha filiū ioachaz a commentarijs:
vt instaurarent domū domini dei sui. Qui ve-
nerūt ad helchiā sacerdotē magnū: accepta-
q̄ꝫ ab eo pecunia q̄ illata fuerat in domū do-
mini· ⁊ quā cōgregauerāt leuite ⁊ ianitores
de manasse ⁊ ephraim ⁊ vniūsis reliquijs is-
rahel· ab omi q̄ꝫ iuda ⁊ beniamin ⁊ habitato-
rib9 ihrusalē: tradiderūt in manib9 eoꝝ q̄
p̄erāt operarijs in domo domi: ut instaurarēt
templū· ⁊ infirma queq̄ꝫ sartirēt. At illi dede-
rūt eā artificib9 ⁊ cemētarijs: ut emerēt lapi-
des de lapicidinis· ⁊ ligna ad cōmissuras edi-
ficij· et ad cōtignacōez domoꝝ quas destru-
xerāt reges iuda. Qui fideliter cūcta facie-
bāt. Erāt autē p̄positi operantiū iadab ⁊ ab-
dias de filijs merari· zacharias ⁊ mosollam
de filijs caath· q̄ vrgebāt opus: oēs leuite
sciētes organis canere. Sup eos vero q̄ ad
diūsos vsus onera portabāt: erant scribe· et
magistri de leuitis ianitores. Cūq̄ꝫ efferrēt
pecuniā q̄ illata fuerat in templū dn̄i· reperit
helchias sacerdos librum legis domini per
manū moysi: ⁊ ait ad saphan scribā. Librū
legis inueni in domo dn̄i. Et tradidit ei. At
ille intulit volumē ad regē: ⁊ nūciauit ei di-
cēs. Omia q̄ dedisti in manū seruoꝝ tuoꝝ:
ecce cōplētur. Argentū qđ reptū est in domo
dn̄i cōflauerūt: datūq̄ꝫ est p̄fectis artificū· et
diuersa opera fabricātiū: p̄terea tradidit mi
helchias sacerdos hūc librū. Quē cū rege
p̄nte recitasset· audissetq̄ꝫ ille v̄ba legis· sci-
dit vestimēta sua: ⁊ p̄cepit helchie ⁊ aichan
filio saphan· et abdon filio micha· saphan
q̄ꝫ scribe· ⁊ asaie suo regis dicēs. Ite ⁊ orate
dn̄m ꝓ me· ⁊ ꝓ reliquijs israhel ⁊ iuda: super
vniūsis sermonib9 libri istius q̄ repertus est.
Magnus enim furor domini stillauit super
nos: eo q̄ nō custodierint p̄res nostri v̄ba
domini· vt facerēt omia q̄ scripta sūt in isto
volumine. Abijt ergo helchias ⁊ hij q̄ simul
a rege missi fuerāt ad oldan ꝓpheten vxorē
sellū filij thecuath· filij aras· custodis vestiū·
que habitabat in ihrusalē in secūda: ⁊ locu-
ti sūt ei v̄ba que sup̄ narrauimus. At illa re-
spondit eis. Hec dicit dn̄s deus israhel. Dici-
te viro qui misit vos ad me. Hec dicit dn̄s.
Ecce ego inducā mala sup locū istū ⁊ super
habitatores ei9: cūctaq̄ꝫ maledicta q̄ sc̄pta
sūt in libro hoc· quē legerūt corā rege iuda:
q̄ dereliquerūt me ⁊ sacrificauerūt dijs alienis
vt me ad iracundiā ꝓuocarēt in cūctis opi-
bus manuū suaꝝ. Ideo stillabit furor me-
us sup locum istū: ⁊ nō extinguetur. Ad regē
aūt iuda qui misit vos ꝓ domino depcando·
sic loquimini. Hec dicit dominus de9 israhel.
Quoniā audisti v̄ba voluminis· atq̄ꝫ emol-
litū est cor tuū· et humiliatus es in conspcū

domini sup hijs que dicta sūt ↄtra locū hūc
et habitatores iherusalē: reueritusqȝ facieȝ
meā scidisti vestimēta tua ⁊ fleuisti corā me:
ego qȝ exaudiui te dicit dn̄s. Iam enim col-
ligam te ad patres tuos: ⁊ infereris in se-
pulcrū tuū in pace: nec videbūt oculi tui ma-
lū quod ego inducturus sū sup locū istū et
sup habitatorēs ei⁹. Retulerūt itaqȝ regi cū-
cta que dixerat. At ille ↄuocatis vniuersis
maioribꝫ natu iuda ⁊ iherusalē ascendit in
domū domini: vnaqȝ om̄es viri iuda ⁊ habi-
tatores ihrlm̄. sacerdotes ⁊ leuite ⁊ cūctus
populus a minimo vsqȝ ad maximū. Quibꝫ
audiētibꝫ in domo domi legit rex om̄ia ver-
ba voluminis: et stās in tribunali suo ꝑcussit
fedus coraȝ domino vt ambularet post eū.
et custodiret p̄cepta ⁊ testimoīa ⁊ iustifica-
cōes eius in toto corde suo. et in tota anima
sua: faceretqȝ q̄ scripta sūt in volumine illo
qđ legerat. Adiurauit qȝ sup hoc om̄es q̄
repti fuerāt in ihrlm̄ ⁊ beniamin: ⁊ fecerunt
habitatores iherusaleȝ iuxta pactū domini
dei patrū suoꝝ. Abstulit ergo iosias cūctas
abominacōes de vniūsis regionibꝫ filioꝝ
isrl̄: ⁊ fecit om̄es q̄ residui erāt in israhel
seruire dn̄o deo suo. Cūctis diebꝫ ei⁹ nō re-
cesserūt a dn̄o deo prm̄ suoꝝ.

XXXV

Fecit aūt iosias in iherusalē phase do-
mino: qđ immolatū est quartadecīa
die mensis primi. Et ↄstituit sacerdotes in
officijs suis: hortatusqȝ est eos ut ministra-
rēt in domo dn̄i. Leuitis qȝ ad quoꝝ erudi-
tionē om̄is israhel sanctificabat̄ dn̄o: locu-
tus est. Ponite archam in scūario templi:
quod edificauit salomon filius dauid rex
isrl̄. Nequaq̄ꝫ eni eā ultra portabitis. Nunc
ergo ministrate domino deo vr̄o et populo
eius israhel: ⁊ ꝑparate vos ꝑ domos ⁊ ↄgna-
tiones vr̄as in diuisionibꝫ singuloꝝ. sicut p̄-
cepit dauid rex israhel. et descripsit salomō
filius eius: et ministrate in scūario ꝑ famili-
as turmasqȝ leuiticas: ⁊ sanctificati immola-
te phase. Fratres etiam vr̄os ut possint iux̄
ꝟba q̄ locut⁹ ē dn̄s in maū moysi facē. ꝑpa-
rate. Dedit p̄terea iosias om̄i ꝑp̄lo q̄ ibi fue-
rat inuentus in solēnitate phase agnos ⁊
hedos de gregibꝫ ⁊ reliq̄ pecoris trigita mi-
lia: boūqȝ tria milia. Hec de regis vniuersa
substātia. Duces qȝ eius spōte qđ vouerāt
obtulerūt: tā populo q̄ꝫ sacerdotibꝫ et leuitis.
Porro helchias ⁊ zacharias et iehihel p̄nci-
pes domus domini dederūt sacͤdotibꝫ ad fa-
ciēdū phase pecora ↄmixtim duo milia sex-
centa: ⁊ boues trecētos. Chonenias autem
et semeias etiam ⁊ nathanahel fratres eius.
necnō asabias ⁊ iahihel et iozabad p̄ncipes
leuitaꝝ. dederūt ceteris leuitis ad celebrā-
dū phase. quīqȝ milia pecorū: ⁊ boues quin-
gētos. Preparatūqȝ est ministeriū ⁊ steterūt
sacerdotes in officio suo: leuite qȝ in turmis
iuxta regis imperiū: et immolatū est phase.
Aspserūtqȝ sacerdotes manus suas sangui-
nē: ⁊ leuite detraxerūt pelles olocaustoꝝ: et
separauerūt ea. ut darēt ꝑ domos ⁊ familias
singuloꝝ. et offerrent̄ domino sicut scriptū
est in libro moysi. De bubꝫ qȝ fecerūt simil̄r.
Et assauerūt phase sup ignē: iuxta quod in
lege scriptū ē. Pacificas vero hostias coxe-
runt in lebetis. ⁊ cacabis et ollis: ⁊ festinato
distribuerūt vniuerse plebi: sibi aūt ⁊ sacer-
dotibꝫ postea parauerūt. Nā in oblacōe olo-
caustoꝝ. et adipū usqȝ ad noctem sacerdo-
tes fuerūt occupati: vnde leuite ⁊ sibi sacer-
dotibꝫ filijs aarō parauerūt nouissimis. Por-
ro cātores filij asaph stabāt ī ordine suo: iu-
xta preceptū dauid et asaph ⁊ eman et ydi-
thun ꝓphetaꝝ regis. Ianitores vero ꝑ portas
singulas obseruabāt: ita vt ne pūcto quidē
discederent a ministerio. Quamobrē ⁊ fra-
tres eoꝝ leuite parauerūt eis cibos. Omnis
igit̄ cultura domini rite ↄpleta est in die illa:
vt facerēt phase. ⁊ offerrent olocausta sup
altarē domini: iuxta preceptū regis iosie. Fe-
cerūtqȝ filij israhel qui repti fuerāt ibi phase
in tempoē illo ⁊ solemnitatē azimoꝝ: septē
diebꝫ. Non fuit phase simile huic in israhel
a diebꝫ samuelis ꝓphete: ſȝ nec quisq̄ꝫ de cun-
ctis regibꝫ israhel fecit phase sicut iosias sa-
cerdotibꝫ ⁊ leuitis ⁊ om̄i iude et israhel qui
reptus fuerat: ⁊ habitātibꝫ in ihrlm̄. Octa-
uodecimo anno regni iosie. hoc phase cele-
bratū est. Postq̄ꝫ instaurauerat iosias tem-
plū. ascendit nechao rex egipti ad pugnā-
dū. in carchamis iuxta eufraten: ⁊ ꝓcessit in
occursū eius iosias. At ille missis ad eū nū-
cijs ait. Quid michi ⁊ tibi rex iuda? Non

aduersũ te hodie venio . ſ; cõtra aliã pugno
domũ: ad quã me de⁹ feſtinato ire precepit.
Deſme aduſũ deũ facẽ q̃ mecũ eſt: ne inter=
ficiat te. Noluit ioſias reuẽti ſ; ꝑparauit con=
tra eum bellũ: nec acquieuit ſmonibus ne=
chao ex ore dei: verũ prexit vt dimicaret in
cãpo mageddo. Ibiq; vulneãtus a ſagitta=
rijs dixit pueis ſuis. Educite me de ꝓlio: q2
opido vulneratus ſũ. Qui trãſtulerũt cũ de
curru in alterũ currũ q̃ ſequebat̃ eũ more
regio: ⁊ aſportauerũt eũ in iheruſalẽ. Mor=
tuuſq; eſt . et ſepultus in mauſoleo patrum
ſuoꝝ: ⁊ vniuſus iuda ⁊ iheruſalẽ luxert eũ:
ieremias maxime: cuius oĩes cantores at=
q; cantatrices uſq; in preſentẽ diẽ lamẽta=
cões ſup ioſiam replicãt: ⁊ q̃i lex obtinuit
in iſrahel. Ecce ſcriptũ fert̃ in lamẽtacõibꝫ.
Reliqua aũt ſermonũ ioſie . et miſcdiaꝝ ei⁹
q̃ lege ꝑcepta ſũt domini: opera quoq; illi⁹
prima ⁊ nouiſſima ſcpta ſũt in libro regũ iu=

XXXVI

Tulit ergo da et iſrl'.
populus terre ioachaz filium ioſie: et
conſtituit regẽ ꝓ patre ſuo in iheruſalẽ. Vi=
gintitriũ ãnoꝝ erat ioachaz cũ regnaẽ ce=
piſſet: ⁊ tribꝫ mẽſibꝫ regnauit in iheruſalẽ.
Amouit aũt eum rex egipti cũ veniſſet i ihe=
ruſalẽ: ⁊ cõdẽnauit terrã centũ talẽtis argẽ=
ti et talẽto auri. Conſtituitq; ꝓ eo regẽ elia=
chim frẽm ei⁹ ſup iudã ⁊ ihrlm: ⁊ vt̃it nomẽ
eius ioakim. Ipm vero ioachaz tulit ſecũ: et
adduxit in egiptũ. Viginti quĩq; ãnoꝝ erãt
ioakim cũ regnare cepiſſet: et vndecĩ ãnis
regnauit in iheruſalẽ: fecitq; malũ corã do=
mino deo ſuo. Cõtra hũc aſcẽdit nabucho=
donoſor rex caldeoꝝ: ⁊ vinctũ cathenis du=
xit in babilonẽ: ad quã ⁊ vaſa dñi trãſtulit .
et poſuit ea in templo ſuo. Reliqua autem
verboꝝ ioakim . et abominacõm eius quas
operatus eſt . et q̃ inuẽta ſũt in eo: continẽt̃
in libro regũ iuda ⁊ iſrahel. Regnauit autẽ
ioachin filius eius ꝓ eo. Octo annoꝝ erat
ioachin cũ regnare cepiſſ;: ⁊ tribꝫ mẽſibꝫ
ac decez diebꝫ regnauit in iheruſalẽ: fecitq;
malũ in ꝯſpectu domini. Cũq; ãni circulus
volueret̃: miſit nabuchodonoſor rex nũci=
os qui et adduxerũt eũ in babilonẽ: aſpor=
tatis ſimil' ꝑcioſiſſimis vaſis domus domini.
Regẽ vero ꝯſtituit ſedechiã patruũ eius ſup
iudam ⁊ ihrlm. Viginti ⁊ vnius ãni erat ſede=
chias cũ regnare cepiſſ;: ⁊ vndecim annis
regnauit i ihrlm. Fecitq; malũ in oculis do=
mini dei ſui: nec erubuit faciez iheremie ꝓphe
loquẽtis ad ſe ex ore domini. A rege q°q; na=
buchodonoſor receſſit qui adiurauerat eũ ꝑ
deũ: ⁊ indurauit ceruicẽ ſuã ⁊ cor: vt nõ reu=
terctur ad dominũ deũ iſrahel. Sed ⁊ vniuſi
pn̄cipes ſacerdotũ ⁊ populus ꝑuaricati ſũt
inique iuxta vniuerſas abominacões gen=
tiũ: ⁊ polluerũt domũ domini quã ſanctifica=
uerat ſibi i ihrlm. Mittebat autẽ dñs deus
patrũ ſuoꝝ ad illos ꝑ manũ nũcioꝝ ſuoꝝ
de nocte ꝯſurgẽs ⁊ quotidie commouẽs: eo
q2 parceret ꝓplo ⁊ habitaculo ſuo. At illi ſb=
ſannabãt nũcios dei ⁊ paruipendebãt ſmo=
nes eius: illudebãtq; ꝓphetis: donec aſcẽde=
ret furor domini in populũ eius . ⁊ eſſet nulla
curatio. Adduxit enim ſup eos regem chal=
deoꝝ: ⁊ interfecit iuuenes eoꝝ gladio in do=
mo ſanctuarij. Nõ eſt miſertus adoleſcentiſ
et virginis ⁊ ſenis nec decrepiti quidẽ: ſ; oẽs
tradidit i manibꝫ ei⁹: vniuſaq; vaſa domuſ
domini tam maiora q̃ minora . et theſauros
tẽpli ⁊ regis ⁊ pn̄cipũ trãſtulit i babilonez.
Incenderũt hoſtes domũ dei: deſtruxeritq;
murũ ihrlm. Vniuerſas turres cõbuſſerũt:
et quicq̃d ꝑcioſũ fuerat demoliti ſũt. Si q̃s
euaſerat gladiũ . ductus i babilonẽ ſuiuit
regi ⁊ filijs eius: donec imperaret rex pſarũ .
et ꝯpleretur ſermo dñi ex ore ieremie: ⁊ cele=
braret terra ſabbata ſua. Cunctis enim die=
bus deſolationis egit ſabbatum: vſq; dum
complerentur ſeptuaginta anni. Anno aũt
primo cyri regis perſarum ad explendum
ſermonem domini quem locutus fuerat per
os iheremie . ſuſcitauit dominus ſpiritũ cyri
regis perſarum: qui iuſſit predicari in vni=
uerſo regno ſuo etiam per ſcripturã dicens.
Hec dicit cyrus rex perſarũ. Omnia regna
terre dedit michi dominus deus celi: et ipſe
ꝑcepit michi ut edificarem ei domũ in iheru=
ſalẽ que ẽ in iudea. Quis ex vobis ẽ in oĩni
ꝓplo eius? Sit dñs deus ſuus cũ eo et aſcen=
dat. Explicit liber paralipomenon ſcd̄us

Oratio manasses regis iuda cū captus teneret᷑ in babilone.

Domine deus omīpotēs patrū nostroꝝ abrahā ysaac ⁊ iacob ⁊ semini eoꝝ iusto. q̄ fecisti celū ⁊ terrā cū omī ornatu eoꝝ: qui signasti mare ꝟbo ꝑcepti tui: qui ↄclusisti abissū ⁊ signasti terribili ⁊ laudabili nomī tuo. quē omēs pauēt. et tremūt a vultu virtutis tue: ⁊ insustētabilis ira sup peccores ↄminatiōis tue: immēsa vero et inuestigabilis misericordia ꝑmissionis tue: quomā tu es dominus altissimus sup oēꝫ terrā longanimis. et multū misericors: ⁊ penitēs sup maliciam hominū. Tu aūt domine scd̄m bonitatē tuā ꝑmisisti penitentiā remissionis peccoꝝ: ⁊ tu deus iustoꝝ. non posuisti penitentiā iustis. abrahā ysaac ⁊ iacob. hijs qui tibi non peccauerūt: quomā peccaui sup numerū arene maris. multiplicate sūt iniquitates mee: incuruatus sū multo vinculo ferri. et non est respiratio michi: q꞉ excitaui iracūdiam tuā et malū coram te feci statuēs abominacōes et multiplicās offensiones. Et nunc flecto genua cordis mei: ꝑcans ad te bonitatem domine. Peccaui dn̄e peccaui: ⁊ iniquitatē meam agnosco. Peto rogans te domine remitte michi remitte m̄: ne simul ꝑdas me cū iniquitatibꝫ meis: neqꝫ in eternū reserues mala michi: q꞉ indignū saluabis me scd̄m magnam misericordiā tuā: ⁊ laudabo te sp oibꝫ diebꝫ vite mee: qm̄ te laudat oīs ꝟtus celoꝝ: ⁊ tibi est gloria in scl̄a seculoꝝ amē.

Explicit oratio manasses regis iuda. Incipit ꝑfacō beati ieronimi ꝑsbri in librū esdre.

Utrū difficilius sit facere qd̄ poscitis. an negare: necdum statui. Nam vobis aliquid imperātibꝫ annuere sentētie est: ⁊ magnitudo oneris impositi ita ceruices ꝑmit: ut ante sub fasce ruendū sit ꝙ leuandū. Accedūt ad hoc inuidorū studia: qui omē qd̄ scribimus repheñdendū putāt. Et interdū cōtra se ↄscientia ꝑpugnāte publice lacerāt q̄ occulte legūt: intantū vt clamare ↄpellar ⁊ dicere. Dn̄e libera aīam meā a labijs iniquis: ⁊ a lingua dolosa. Tercius ānus est ꝙ semp scribitis atqꝫ rescribitis ut esdre librū ⁊ hester vob de hebreo trāsferā: quasi nō habeatis greca et latina volumina: aut quicq̄d illud est qd̄ a vobis vertit᷑ nō statim ab omibꝫ cōspuendū sit. Frustra aūt ut ait quidā niti neqꝫ aliud fatigando nisi odiū querē: extreme dementie est. Itaqꝫ obsecro vos mi domnion et rogatiane karissimi: ut priuata lectōe cōtenti libros nō efferatis in publicū: nec fastidiosis cibos ingeratis: vitetisqꝫ eoꝝ supciliū. qui iudicare tm̄ de alijs. et ipsi facere nichil nouerūt. Si qui aūt fratrū sūt quibꝫ nostra nō displicēt hijs tribuatis exemplar: āmonētes ut hebrea noīa quoꝝ grādis in hoc volumie copia est: distincte ⁊ ꝑ interualla transcribāt. Nichil enim ꝑderit emēdasse librū: nisi emēdatio librarioꝝ diligētia cōseruetur. Nec quenq̄ moueat ꝙ vnus a nobis liber editus est: nec apocriphoꝝ tercij ⁊ q̄rti libri somnijs delectet᷑: q꞉ ⁊ apud hebreos esdre neemieqꝫ sermones in vnū volumē coartāt᷑: et que nō habent᷑ apud illos. nec de vigintiquatuor senibꝫ. sūt ꝑcul abicienda. Si quis aūt septuaginta vobis opposueit interp̄tes. quoꝝ exemplaria varietas ipsa lacerata ⁊ euersa demōstrat: nec potest vtiqꝫ verū asseri qd̄ diuersū est: mittite eum ad euangelia. in quibꝫ multa ponūt᷑ quasi de veteri testamēto q̄ apud septuagīta interp̄tes nō habēt᷑: velut illud qm̄ nazareus vocabit᷑. et ex egipto vocaui filiū meū. et videbunt in quē ↄpunxerūt. multaqꝫ alia. q̄ latiori operi reseruamus: ⁊ querite ab eo vbi scripta sūt. Cūqꝫ ꝑferre nō potuerit: vos legite de hijs exēplaribꝫ q̄ nup a nob̄ edita maledicoꝝ quotidie linguis ↄfodiūt᷑. Sed ut ad ↄpēdiū veniā: certe quod illaturus sū equissimū est. Edidi aliq̄d qd̄ nō habet᷑ in greco: aut aliter habetur ꝙ a me versuꝫ est. Quid interpretē lamāt᷑? Interrogēt hebreos: ⁊ ipis auctoribꝫ trāslacōni mee vel arrogent vel derogēt fidē. Porro aliud ē si clausis quod dicitur oculis m̄ volūt maledicere: ⁊ nō imitāt᷑ grecoꝝ studiū ⁊ beniuolentiā: q̄ post septuaginta trāslatores iam xp̄i euāgelio choruscante iudeos ⁊ hebionitas legis veteris interp̄tes aquilam videlicet ⁊ symachū. et theodocōeꝫ. et curiose legūt. et ꝑ origīnis laborē in exaplois eccl̄is dedicarūt. Quāto magis

latini grati esse deberent: q̄ exultantē cerne-
rent greciā a se aliquod mutuari? Primū
enī magnoꝝ sumptuū est ⁊ infinite difficul-
tatis· exemplaria posse habere oīa: deinde
etiā qui habuerint· et hebrei sermonis igna-
ri sūt magis errabūt: ignorātes q̄s e mul-
tis verius dixerit. Quod etiā sapientissimo
cuidam nuper apud grecos accidit: ut inter-
dū scripture sensū relinquēs: vniuscuiusqꝫ
interp̄tis sequeretur errorem. Nos autem
qui hebree lingue saltem paruā habemus
sciētiaꝫ· et latinus nobis ut cunqꝫ sermo nō
deest: ⁊ de alijs magis possumus iudicare: ⁊
ea q̄ ipsi intelligimus in nostra lingua pro-
mere. Itaqꝫ licet excedra sibilet· victorqꝫ sy-
non incēdia iactet: nūq̄ meū iuuāte cristo
silebit eloquiū: etiam p̄cisa lingua balbuti-
et. Legāt qui volūt: qui nolūt abiciāt. Euē-
tilent apices: litteras calūnientur. Magis
vestra caritate prouocabor ad studium: q̄
illorum detractione et odio deterrebor.

Explicit ꝓlogus. Incip̄ liber esdre p̄mus.

In anno primo cyri regis persarū vt cōpleretur
verbū domini ex ore ieremie suscitauit do-
minus spiritū cyri regis persaꝝ: ⁊ trāsduxit
voceꝫ in omni regno suo: etiā per scripturā di-
cēs. Hec dicit cyrus rex persaꝝ. Oīa regna
terre dedit michi dn̄s deus celi: ⁊ ipse prece-
pit michi ut edificarem ei domū in ih̄rl̄m: q̄
est in iudea. Quis est in vobis de vniuerso
populo eius? Sit dn̄s illius cū eo. Ascēdat
in iherusaleꝫ q̄ est in iudea: ⁊ edificet domū
dei israhel: ipse est deus qui est in ih̄rl̄m. Et
omnes reliqui in cūctis locis vbicunqꝫ ha-
bitant adiuuent eū viri de loco suo· argen-
to ⁊ auro ⁊ substātia ⁊ pecoribus: excepto quod
volūtarie offerūt templo dei quod ē in ihe-
rusalē. Et surrexerūt principes patrū de iu-
da et beniamin· et sacerdotes ⁊ leuite: omnis
cuius suscitauit deus spiritū: vt ascenderet
ad edificandū templū domini quod erat in ihe-
rusalē. Vniuersiqꝫ qui erāt in circuitu adiuuerūt
manus eoꝝ in vasis argēteis ⁊ aureis· in sub-
stantia· ⁊ iumentis in supellectili: exceptis
hijs q̄ sponte obtulerāt. Rex quoqꝫ cyrus ꝓtule-
rat vasa templi domini q̄ tulerat nabucho-
donosor de iherusalē: ⁊ posuerat ea in tēplo
dei sui. Protulit auteꝫ ea cyrus rex persarū per
manū mitridatis filij gazabar: ⁊ ānumera-
uit ea sasabasar principe iude: ⁊ hic ē nume-
rus eoꝝ. Fiale auree triginta: fiale argētee
mille: cultri viginti nouē: sciphi aurei trigin-
ta: sciphi argētei secūdi quadringēti decē:
uasa alia mille. Oīa vasa aurea ⁊ argētea:
quinqꝫ milia quadringenta. Uniuersa tulit
sasabasar: cum hijs qui ascendebant de trans-
migracōe babilonis in iherusalem. II

Hij sūt autem filij ꝓuīcie qui ascenderūt
de captiuitate quā transtulerat nabu-
chodonosor rex babilonis in babilonē: ⁊ re-
uersi sūt in iherusalē ⁊ iudeā. vnusquisqꝫ in
ciuitatem suā: qui venerūt cū zorobabel ⁊ ihe-
sua neemia saraia rahelaya· mardochay bel-
san· mesphar· beguai· reū baana. Numerus
viroꝝ populi israhel. Filij phares: duo milia
centū septuagintaduo. Filij saphacia: trecē-
ti septuagintaduo. Filij area: septingenti se-
ptuagintaquīqꝫ. Filij phetmoab filioꝝ io-
sue ioab: duo milia octingēti duodecim. Fi-
lij helam: mille ducēti quinquaginta q̄tuor.
Filij zethua: nongēti quadragintaquīqꝫ. Fi-
lij zachai: septingēti sexaginta. Filij bani: sex-
centi quadragintaduo. Filij bebai: sexcēti vi-
ginti tres. Filij azgad: mille ducēti viginti duo.
Filij adonicam: sexcēti sexagintasex. Filij be-
guai: duo milia quinq̄gintasex. Filij adin:
quadringēti quinq̄ginta q̄tuor. Filij ather:
qui erāt ex ezechia: nonagintaocto. Filij be-
sai: trecenti viginti tres. Filij iora: centū duo-
decim. Filij asem: ducēti viginti tres. Filij geb-
bar: nongenti quīqꝫ. Filij bethleem: centum vi-
ginti tres. Viri nethupha: quinq̄gintasex.
Viri anathot: centū viginti octo. Filij azma-
ueth: quadragintaduo. Filij cariathiarim
cephira ⁊ beroth: septingenti quadraginta-
tres. Filij rama ⁊ gabaa: sexcēti viginti unus.
Viri machmas: centū viginti duo. Viri be-
thel ⁊ hai: ducēti viginti tres. Filij nebo: quī-
quagintaduo. Filij megbis: centū quīqua-
gintasex. Filij helam alterius: mille ducenti
quīquaginta q̄tuor. Filij arim: trecēti viginti.
Filij lodadim ⁊ ono: septingēti viginti quinqꝫ.
Filij iericho: trecenti q̄dragintaquinqꝫ. Filij
senaa: tria milia sexcēti triginta. Sacerdotes.
Filij idaia in domo iesue: nōgēti septuagita-
tres. Filij emmer: mille quinquagintaduo.

filij phessur: mille ducēti q̈dragintaseptem. Filij arim: mille decē ⁊ septē. Leuite. Filij iesue ⁊ sedmihel filioꝝ oduie: septuaginta q̈tuor. Cantores. Filij asaph: centū uiginti octo. Filij ianitoꝝ. Filij sellū filij ather filij telmon. filij accub filij attita filij sobai: vniuersi centū triginta nouē. Nathinnei. Filij sia filij asupha filij tebbaoth filij ceros filij siaa filij phadon filij lebana filij azaba filij accub filij agab filij selmai filij anan filij gaddel filij gaer filij raabia filij rasin filij nechoda filij gazem filij azec filij phasea filij besee filij asemaa. filij munim. filij nephusim. filij bechue filij acupha filij azur filij besluth filij maida filij arsa filij bercos filij sisara filij thema filij nasia filij athupha filij seruoꝝ salomonis: filij sothei filij sophereth filij pharuda filij iala filij dercon filij geddel filij saphata filij athil filij phochereth q̄ erāt de asebaim: filij amim. Oīnes nathinnei ⁊ filij suoꝝ salomonis: trecēti nonagintaduo. Et hij qui ascenderūt de thelmala. thelarsa cherub et donamer: ⁊ nō potuerūt iudicare domū patrū suoꝝ ⁊ semen suū: vtrū ex israhel essent. Filij dalaia filij thobia filij nechoda sexcēti quinq̈gintaduo. Et de filijs sacerdotū filij iobia filij accos filij berzellai qui accepit de filiabꝰ berzellai galaaditis vxorē: ⁊ vocatꝰ est nomine eoꝝ. Hij quesierūt scripturam genealogie sue ⁊ nō inuenerūt: ⁊ eiecti sūt de sacerdotio. Et dixit athersatha eis. ut nō comederent de sancto scōꝝ: donec surgēt sacerdos doctus atq; pfectus. Oīnis multitudo quasi vnus q̈draginta duo milia trecenti septuaginta: exceptis seruis eoꝝ ⁊ ācillis q̄ erāt septē milia trecēti trigītaseptē: et in ipsis cantores atq; cantatrices ducenti. Equi eoꝝ sexcēti triginta sex: muli eoꝝ ducenti q̈draginta quīq;: cameli eoꝝ q̈dringēti triginta quīq;: asini eoꝝ sex milia septigēti uiginti. Et de principibꝰ patrū cū ingrederent̄ templū domini quod est in iherusalez: spōte obtulerūt in domū dei ad extruendā eam in loco suo. Secundū vires suas dederūt impensas operis. auri solidos q̈draginta milia ⁊ mille: argenti mnas quīq; milia: et vestes sacerdotales centū. Habitauerūt ergo sacerdotes ⁊ leuite ⁊ de ꝑlo ⁊ cātores et ianitores ⁊ nathinnei in vrbibꝰ suis: vniuersusq; israhel in ciuitatibꝰ suis. III

Iamq; venerat mensis septimus: ⁊ erāt filij israhel in ciuitatibus suis. Congregatus est ergo populus quasi vir vnus in iherusalez: et surrexit iosue filius iosedech. et fratres eiꝰ sacērdotes. et zorobabel filius salathiel. ⁊ fratres eius: ⁊ edificauerūt altare dei israhel. ut offerrent in eo olocaustomata: sicut scriptū est in lege moysi viri dei. Collocauerūt autē altare dei sup bases suas deterrentibꝰ eos ꝑ circuitū populis terraꝝ: ⁊ obtulerūt sup illō olocaustū domino mane ⁊ vespe. Feceruntq; solemnitatē tabnaculoꝝ sicut scriptū est: ⁊ olocaustū diebꝰ singulis ꝑ ordinem scdm̄ p̄ceptū opꝰ diei in die suo: ⁊ post hec olocaustū iuge tā in kalendis q̈ȝ in vniūsis solennitatibꝰ domini que erant ↄsecrate: ⁊ in omnibus in quibꝰ vltro offerebat̄ munus dn̄o. A primo die mēsis septimi: ceperūt offerre olocaustū dn̄o. Porro templū dei nondū fundatū erat. Dederūt aūt pecunias latomis et cemētarijs: cibū q̈ȝ et potū ⁊ oleū sydonijs tyrijsq;. vt deferrent ligna cedrina de libano ad mare ioppen: iuxta quod p̄cepat cyrus rex ꝑsarū eis. Anno aūt secundo aduētus eoꝝ ad templū dei in ihrl'm mense scd'o ceperūt zorobabel filius salathiel ⁊ iosue filiꝰ iosedech ⁊ reliqui de fratribꝰ eoꝝ sacērdotes et leuite. et oīnes qui venerāt de captiuitate in ihrl'm: et ↄstituerut leuitas a viginti ānis et supra. vt vrgerēt opus domini. Stetitq; iosue ⁊ filij eius et fratres eius. cedmihel ⁊ filij eius. ⁊ filij iuda q̄si vir vnus. vt instarent sup eos qui faciebāt opus in templo dei: filij enadab. ⁊ filij eoꝝ. et frēs eoꝝ leuite. Fundato igit̄ a cemētarijs templo domini steterūt sacerdotes in ornatu suo cū tubis: ⁊ leuite filij asaph in cimbalis: vt laudarēt deum ꝑ manus dauid regis israhel. Et ↄcinebant in ymnis ⁊ ↄfessione domino quoniā bonus: quoniā in eternū misericordia eius super isrl'. Omnis q̈ȝ populus vociferabatur clamore magno in laudando dominū: eo q̈ȝ fundatū essȝ templū domini. Plurimi etiā de sacerdotibꝰ ⁊ leuitis ⁊ principes patrū ⁊ seniores q̄ viderant templū prius cū fundatū essȝ. ⁊ hoc templū in oculis eoꝝ flebāt voce magna:

et multi vociferātes in leticia eleuabant vo-
cem: nec poterat quisq̄ agnoscere vocem
clamoris letantiū. et vocē fletus ꝑpli. Com-
mixtim enim populus vociferabat̄ clamoē
magno: et vox audiebatur ꝓcul. Audierūt
aūt hostes iude ⁊ beniamin: q᷑ filij captiuitatꝭ
edificarent tēplū dn̄o deo israhel: et acceden-
tes ad zorobabel. et ad principes patrum.
dixerūt eis. Edificemus vobiscū: q᷑ ita vt
vos querimus deum vestrū. Ecce nos im-
molauimus victimas a dieb᷒ asoraddan
regis assur: qui adduxit nos huc. Et dixit
eis zorobabel et iosue: ⁊ reliqui prīcipes pa-
trū isrl'. Non ē nobis ⁊ vobis vt edificem᷒
domū deo nr̄o: sed nos ipi soli edificabim᷒
deo nr̄o: sicut p̄cepit nob̄ cyrus rex persaꝝ.
Factū ē igitur vt populus terre impediret
manus populi iude: et turbaret eos in edifi-
cando. Conduxerūt autem aduersus eos
cōsiliatores: vt destruerent consilium eorū
omnib᷒ diebus cyri regis persaꝝ. IIII

In regno aūt assueri ipē est artarxerses. in
principio regni eius scripserūt accusacōē
aduersus habitatores iude ⁊ ierusalem.
Et in dieb᷒ artarxersis scripsit beselam mi-
tridates ⁊ thabeel. ⁊ reliqui q̄ erāt in ꝯsilio
eoꝝ ad artarxersen regē persaꝝ. Episto-
la autē accusationis scripta erat syriace: et
legebatur sermone syro. Reum beeltheem ⁊
samsai scriba scripserūt ep̄laꝫ vnā de ieru-
salem artarxersi regi huiuscemodi. Reum
beeltheem et samsai scriba ⁊ reliqui ꝯsiliato-
res eorum. dynei ⁊ apharsathei therphalei.
arphasei. erchuei babilonij susannachei
dyei. ⁊ elamite ⁊ ceteri de gentib᷒ quas trā-
stulit salmanasar magnus et gloriosus: et
habitare eas fecit in ciuitatib᷒ samarie. et
in reliquis regionib᷒ trans flumen in pace.
Hoc ē exemplar epistole quam miserunt
ad eum. Artarxersi regi: serui tui viri q̄ sūt
trās fluuiū salutē dicūt. Notū sit regi: quia
iudei qui ascenderūt a te ad nos venerūt
in ierusalem ciuitatē rebellem ⁊ pessimam:
quā edificāt extruentes muros eius et pa-
rietes cōponentes. Nūc igit̄ notū sit regi:
q᷑ si ciuitas illa edificata fuerit ⁊ muri eius
instaurati. tributū ⁊ vectigal ⁊ ānuos reddi-
tus non dabūt: ⁊ vsq; ad reges hec noxa
ꝑueniet. Nos ergo memores salis quod in
palatio comedimus: q᷑ lesiones regis vidē
nephas ducimus: idcirco misim᷒ ⁊ nūtiaui-
mus regi. vt recenseas in libris historiaꝝ
patrū tuorū. ⁊ inuenies scriptū in comētarijs
et scies qm̄ vrbs illa vrbs rebellis ē ⁊ nocēs
regib᷒ ⁊ ꝓuīcijs ⁊ bella concitantur in ea ex
dieb᷒ antiquis: quāobrem ⁊ ciuitas illa de-
structa ē. Nūciamus nos regi: qm̄ si ciuitas
illa edificata fuerit. ⁊ muri ipius instaurati:
possessionē trans fluuiū nō habebis. Verbū
misit rex ad reum beeltheem ⁊ samsai scribaꝫ.
et ad reliquos q̄ erāt in cōsilio eoꝝ habita-
tores samarie. ⁊ ceteris trās fluuiū: salutem
dicens ⁊ pacē. Accusatio quam misistis ad
nos manifeste lecta ē coraꝫ me: et a me pre-
ceptū ē. ⁊ recēsuerūt: inuenerūtq; qm̄ ciuitas
illa a dieb᷒ antiquis aduersum reges rebel-
lat: ⁊ seditiones ⁊ p̄lia cōcitātur in ea. Nam
et reges fortissimi erant in ih'rlm: qui ⁊ domi-
nati sūt omni regioni q̄ trans fluuium ē. Tri-
butū q̊q; ⁊ vectigal. ⁊ redditus accipiebant.
Nunc ergo audite sentētiam: ut ꝓhibeatis
viros illos. ⁊ vrbs illa non edificet̄: donec
si forte a me missum fuerit. Videte ne negli-
genter hoc impleatis: ⁊ paulatī crescat ma-
lum contra reges. Itaq; exēplum edicti ar-
tarxersis regis lectū ē corā reum beeltheem
et samsai scriba. et cōsiliarijs eoꝝ: ⁊ abierūt
festim in ih'rlm. ad iudeos: ⁊ ꝓhibuerūt eos
in brachio ⁊ robore. Tunc intermissum est
opus domus dn̄i in ih'rlm: et non fiebat vsq;
ad ānū scd̄m regni darij regis ꝑsaꝝ. V

Prophetauerūt aūt aggeus propheta
et zacharias filius addo: ꝓphetantes
ad iudeos qui erāt in iuda ⁊ ierusalem in
nomine dei israhel. Tunc surrexit zorobabel
filius salathiel ⁊ iosue filius iosedech ⁊ cepe-
rūt edificare templū dn̄i in ih'rlm: ⁊ cum eis
ꝓphete dei adiuuātes eos. In ipō autē tp̄e
venit ad eos thantannai qui erat dux trās
flumen ⁊ starbuzānai ⁊ cōsiliarij eoꝝ: sicq;
dixerūt eis. Quis dedit vobis cōsiliū vt do-
mū hanc edificaētis: ⁊ muros eius instaura-
retis? Ad quod r̄ndimus eis: que essent no-
mina hominum auctoꝝ edificationis illius.
Oculus aūt dei eoꝝ factus ē sup senes iude-
orū: et nō potuerūt inhibere eos. Placuitq;

ut res ad dariũ referretur: et tũc satisfaceret aduersus accusationem illam. Exemplar epistole quã misit thantannai dux regiõis trans flumen et starbuzannai et consiliatores eius apharsathei qui erãt trãs flumen: ad dariũ regem. Sermo quẽ miserãt ei sic scriptus erat. Dario regi pax omnis. Notum sit regi isse nos ad iudeam prouinciã ad domũ dei magni que edificatur lapide impolito: et ligna ponũtur in parietibus: opusq; illud diligẽter extruitur et crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos: et ita diximus eis. Quis dedit vobis potestatem vt domũ hãc edificaretis: et muros hos instauraretis? Sed et nomina eorũ quesiuimus ab eis vt nũtiaremus tibi: scripsimusq; nomina eorũ virorũ qui sũt principes in eis. Huiuscemodi aũt sermonem rñderunt nobis dicẽtes. Nos sumus serui dei celi et terre: et edificamus templũ qđ erat extructũ ante hos annos multos: quodq; rex israhel magnus edificauerat et extruxerat. Postq̃ aũt ad iracundiam prouocauerũt patres nostri deum celi tradidit eos in manus nabuchodonosor regis babilonis chaldei: domum q̃3 hanc destruxit: et populũ eius transtulit in babilonem. Anno autẽ primo cyri regis babilonis cyrus rex proposuit edictũ: vt domus dei edificaret. Nam et vasa templi dei aurea et argentea q̃ nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in ierlm et asportauerat ea in templũ babilonis protulit cyrus rex de templo babilonis: et data sũt sasabasar vocabulo quẽ et principem cõstituit: dixitq; ei. Hec vasa tolle et vade: et pone ea in templo qđ est in ierlm: et domus dei edificetur in loco suo. Tunc itaq; sasabasar ille venit et posuit fundamẽta templi dei in ierusalem: et ex eo tempore vsq; nũc edificatur et necdum completum est. Nũc ergo si videt regi bonũ recenseat in bibliotheca regis que ẽ in babilone vtrũ nã a cyro regi iussum fuerit vt edificaret domus dei in ierlm: et voluntatẽ regis sup hac re mittat ad nos. VI

Tunc darius rex precepit: et recẽsuerũt in bibliotheca librorũ qui erant repositi in babilone: et inuentũ ẽ in ecbathanis qđ ẽ castrũ in medena prouincia volumẽ vnũ: talisq; scriptus erat in eo cõmẽtarius. Anno primo cyri regis. cyrus rex decreuit vt domus dei edificaret que est in ierlm in loco vbi immolant hostias: et vt ponãt fundamẽta supportãtia altitudinẽ cubitorũ sexaginta et latitudinem cubitorũ sexaginta: ordines de lapidibus impolitis tres: et sic ordines de lignis nouis. Sumptus aũt de domo regis dabũtur. Sed et vasa templi dei aurea et argẽtea que nabuchodonosor tulerat de templo ierusalem et attulerat ea in babilonem reddãtur et referant in tẽplum ierusalẽ in locum suum: q̃ et posita sũt in templo dei. Nũc ergo thantannai dux regionis q̃ est trans flumẽ et starbuzannai et consiliarij vestri apharsathei q̃ estis trans flumen procul recedite ab illis: et dimitte fieri tẽplũ dei illud a duce iudeorum et a senioribus eorũ: et domus dei illa edificet in loco suo. Sed et a me preceptũ ẽ quid oporteat fieri a presbiteris iudeorũ illis vt edificetur domus dei: scilicet vt de archa regis id ẽ de tributis que dantur de regione trãs flumen studiose sũptus dentur viris illis: ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit et vitulos et agnos et hedos in olocaustum deo celi: frumentũ sal vinũ et oleum secũdum ritũ sacerdotũ qui sũt in ierusalem detur eis per singulos dies. ne sit in aliquo querimonia: et offerãt oblacõnes deo celi orentq; pro vita regis et filiorum eius. A me ergo positũ ẽ decretũ: ut omnis homo q̃ hãc mutauerit iussionem tollatur lignũ de domo ipsius et erigat et configatur in eo: domus autẽ eius publicetur. Deus aũt qui habitare fecit nomẽ suũ ibi: dissipet omnia regna. et populũ q̃ extẽderit manũ suam vt repugnet et dissipet domũ dei illam: que est in ierusalem. Ego darius statui decretum: quod studiose impleri volo. Igitur thãtannai dux regionis trans flumẽ et starbuzannai et consiliarij eius scđm quod preceperat darius rex: sic diligenter executi sũt. Seniores aũt iudeorũ edificabãt: et prosperabantur iuxta prophetiam aggei prophete et zacharie filij addo. Et edificauerũt et construxerunt iubente deo israhel. et iubente cyro et dario. et artarxerse regibus persarũ: et compleuerũt domũ dei istam. vsq; ad diem terciũ mensis adar: qui ẽ annus sextus regni darij regis. Fecerũt

aūt filij iſrahel ſacerdotes ⁊ leuite. ⁊ reliqui
filioꝝ tranſmigrationis. dedicationem do=
mus dei in gaudio: et obtulerūt in dedicatō=
ne domus dei vitulos centū. arietes ducen=
tos. agnos q̄drīgētos: hircos capraꝝ ꝓ
peccato tocius iſrl̄ duodecī iuxta numerū
tribuū iſrl̄. Et ſtatuerūt ſacerdotes in ordi=
nibus ſuis: ⁊ leuitas in vicib9 ſuis ſup ope=
ra dei in iheruſalē: ſicut ſcriptū ē in libro mo=
yſi. Fecerunt autem filij tranſmigrationis
paſcha quartadecima die mēſis p̄mi. Pu=
rificati enim fuerāt ſacerdotes. ⁊ leuite q̄ſi
vnus: oīs mūdi ad immolandū paſcha
vniūſis filijs trāſmigrationis. ⁊ fratribus
ſuis ſacerdotib9. ⁊ ſibi. Et comederunt filij
iſrahel qui reūſi fuerant de trāſmigratione:
et omnes qui ſe ſeperauerant a coīq̄natio=
ne gentiū terre ad eos: vt quererent dn̄m
deū iſrahel. Et fecerūt ſolēnitatem azimoꝝ
ſeptē dieb9 in leticia q̄m letificauerat eos
dn̄s: ⁊ ↄūterat cor regis aſſur ad eos: ut ad=
iuuaēt man9 eoꝝ in ope domus dn̄i dei iſrl̄.

P Oſt hec aūt verba in regno **VII**
artarxerſis regis pſaꝝ. eſdras fili9
ſaraie. filij azarie. filij helchie. filij ſellū. filij ſa=
doch. filij achitob. filij amarie. filij azarie. fi=
lij maraioth. filij zarie. filij ozi. filij bocci. filij
abiſue. filij finees. filij eleazar. filij aaron ſa=
c̄dotis ab inicio: ipe eſdras aſcēdit de ba=
bilōe: ⁊ ipe ſcriba velox in lege moyſi. quā
dominus deus dedit iſrahel. Et dedit ei rex
ſcd̄m manū dn̄i dei eius bonā ſup eū. omnē
petitionem eius. Et aſcenderūt de filijs iſra=
hel. ⁊ de filijs ſacerdotū. ⁊ de filijs leuitaꝝ.
et de cantorib9. ⁊ de ianitorib9. ⁊ de nathin=
neis. in iheruſalē anno ſeptimo artarxerſis
regis: et venerūt in iheruſalē menſe quinto:
ipe eſt ānus ſeptimus regis. Quia in p̄mo
die menſis p̄mi. cepit aſcendē de babilōe:
et in p̄mo die menſ quīti venit in iheruſalē.
iuxta manū dei ſui bonā ſup ſe. Eſdras aūt
parauit cor ſuū. vt inueſtigaret legem dn̄i:
et faceret. ⁊ doceret in iſrahel p̄ceptū ⁊ iudi=
ciū. Hoc eſt aūt exemplar epiſtole edicti:
quod dedit rex artarxerſes eſdre ſacerdo=
ti. ſcribe erudito in ſermonib9 ⁊ p̄ceptis dn̄i.
et cerimonijs eius in iſrahel. Artarxerſes
rex regū: eſdre ſacerdoti. ſcribe legis dei ce=
li doctiſſimo. ſalutē. A me decretū eſt: ut cui=
cunq3 placuerit in regno meo de populo iſrl̄.
et de ſacerdotib9 eius. et de leuitis ire in ihe=
ruſalē. tecū vadat. A facie enim regis. et ſe=
ptem ↄſiliatoꝝ eius miſſus es ut viſites iu=
deam ⁊ iheruſalē. in lege dei tui q̄ eſt in manu
tua: et vt feras argentū ⁊ aurū qđ rex ⁊ con=
ſiliatoēs eius ſponte obtulerūt deo iſrahel: cu=
ius in iheruſalē tab̄naculū eſt. Et oīne argē=
tum ⁊ aurū. quodcūq3 inueneris in vniūſa p=
uincia babilonis. et populus offerre volue=
rit: ⁊ de ſacerdotib9 qui ſponte obtulerint
domui dei ſui que ē in iheruſalē libere accipe:
et ſtudioſe eme de hac pecunia vitulos. arie=
tes. agnos. ⁊ ſacrificia ⁊ libamina eoꝝ. ⁊ of=
fer ea ſup altaē templi dei veſtri qđ eſt in ihe=
ruſalē. Sed ⁊ ſi quid tibi ⁊ fratrib9 tuis pla=
cuerit de reliquo argento ⁊ auro ut faciatis:
iuxta volūtatē dei veſtri facite. Vaſa quoq3
q̄ dant tibi in miniſteriū domus dei tui: trade
in ↄſpectu dei in ihrl̄m. Sed ⁊ cetera quib9
opus fuerit in domū dei tui: quantumcunq3
neceſſe eſt ut expendas. dabis de theſauro
et de fiſco regis. ⁊ a me. Ego artarxerſes rex
ſtatui atq3 decreui. oīb9 cuſtodib9 arche
publice qui ſunt trans flumē: vt quodcūq3
petierit a vobis eſdras ſac̄dos ſcriba legis
dei celi. abſq3 mora detis. uſq3 ad argenti ta=
lenta centū. et uſq3 ad frumenti choros cētū.
et vſq3 ad vini bathos centū. et vſq3 ad ba=
thos olei centū: ſal vero abſq3 mēſura. Oīne
qđ ad ritū dei celi ptinet. tribuat diligēter i
domo dei celi: ne forte iraſcat contra regnū
regis ⁊ filioꝝ ei9. Vobis q3 notū facimus
de vniūſis ſacerdotib9 ⁊ leuitis. cantorib9. et
ianitorib9. nathinneis. ⁊ miniſtris domus dei
huius: vt vectigal ⁊ tributū. ⁊ annonas. nō
habeatis poteſtatē imponēdi ſuper eos. Tu
autē eſdra. ſcd̄m ſapientiā dei tui q̄ eſt i ma=
nu tua ↄſtitue iudices ⁊ p̄ſides. ut iudicent
omni populo qui eſt trans flumē: hijs vide=
licet qui nouerūt legem dei tui: ſed ⁊ imperi=
tos docete libē. Et oīs qui nō fecerit legē
dei tui ⁊ legē regis diligēter: iudiciū erit de
eo ſiue in mortē ſiue in exiliū. ſiue in ↄdēna=
tionē ſubſtantie ei9: vel certe in carcerē. Be=
nedictus dominus deus patrū nroꝝ. qui de=
dit hoc in corde regis. ut glorificaret domū

dñi que ē in iherusalē: et in me inclinauit misericordiā suam coram rege et cōsiliatoribꝫ eius. et vniūsis principibꝫ regis potentibꝫ. Et ego confortatus manu dñi dei mei que erat in me: cōgregaui de israhel principes qui ascenderūt mecum.

VIII

Hi sūt ergo principes familiaꝝ. et genealogia eoꝝ qui ascenderunt mecū: in regno artaxersis regis de babilone. De filijs finees: gerson. De filijs ythamar: daniel. De filijs dauid: attus. De filijs sechenie. et de filijs pharos zacharias: et cū eo numerati sūt viri centūquinquaginta. De filijs phetmoab. helioenai filius zaree: ⁊ cū eo ducēti viri. De filijs sechenie filius ezechiel: ⁊ cū eo trecenti viri. De filijs addan. nabeth filius ionathan: et cū eo quīquaginta viri. De filijs helam. ysaias filius athalie: et cū eo septuaginta viri. De filijs saphatie. zebedia filius michael: et cum eo octoginta viri. De filijs ioab. obedia filius iheihel: et cū eo ducentidecem et octo viri. De filijs selomith. filius iosphie: et cū eo centūsexaginta viri. De filijs bebai. zacharias fili⁹ bebai: ⁊ cū eo viginti octo viri. De filijs ezeab. iohānan filius ezethan: ⁊ cū eo cētūdecē viri. De filijs adonicam. qui erant nouissimi. ⁊ hec nomina eoꝝ. heliphelet. ⁊ iehiel. ⁊ samaias: ⁊ cū eis sexaginta viri. De filijs beggui vthai. et zachur: ⁊ cū eis septuaginta viri. Congregaui autem eos ad fluuiū. qui decurrit adhauua: ⁊ mā̄simus ibi tribꝫ diebꝫ. Quesiuiq; in ppl'o ⁊ in sacerdotibꝫ de filijs leui: et non inueni ibi. Itaq; misi helizer ⁊ ariel ⁊ semeam ⁊ helnathan. ⁊ iarib ⁊ alterum helnathan ⁊ nathan. ⁊ zachariā. ⁊ mesolā. principes: ⁊ ioarib ⁊ helnathan sapientes: ⁊ misi eos ad heddo qui ē p̄mus in casphie loco. Et posui in ore eoꝝ v̄ba q̄ loq̄rent̄ ad heddo. et ad fratres eius nathinneos in loco casphie: ut adducerēt nobis ministros domus dei nostri. Et adduxerūt nobis per manū dei nostri bonā sup nos virū doctissimū de filijs mooli. filij leui. filij israhel: ⁊ sarabiam. et filios eius ⁊ fratres eius decem ⁊ octo. ⁊ asabiam. ⁊ cū eo ysaiā de filijs merari: fratresq; eius ⁊ filios eius viginti. Et de nathinneis. quos dederat dauid. ⁊ principes ad ministeria leuitaꝝ: nathinneos ducētos viginti. Oēs hij suis nominibꝫ vocabant̄. Et p̄dicaui ibi ieiuniū iux̄ fluuiū adhauua: vt affligeremur coram domino deo nostro. et peteremus ab eo viam rectā nobis. ⁊ filijs nostris. vniuerseq; substātie nr̄e. Erubui enim petere regē auxiliū ⁊ equites. qui defenderent nos ab inimico in via: q2 dixeramus regi. Manus dei nostri est sup oēs q̄ querūt eū in bonitate: ⁊ imperiū eius. ⁊ fortitudo eius. ⁊ furor sup oēs qui derelinquunt eū. Ieiunauimus autē ⁊ rogauimus deum nr̄m p̄ hoc: ⁊ euenit nobis p̄spere. Et separaui de principibꝫ sacerdotū duodecim. sarabiam et asabiam: ⁊ cū eis de fratribꝫ eoꝝ decem. Appendiq; eis argentū ⁊ aurū. et vasa cōsecrata domus dei nr̄i. q̄ obtulerat rex. ⁊ cōsiliatores eius. et principes ei⁹: vniuersusq; isrl̄. eoꝝ qui inuēti fuerāt. Et appendi in manibꝫ eoꝝ argenti talēta sexcēta quinquaginta. ⁊ vasa argentea centū: auri centum talēta. et crateras aureas viginti q̄ habebāt solidos millenos: ⁊ vasa eris fulgētis optimi duo. pulcra vt aurū. Et dixi eis. Vos sancti dñi. et vasa sancta: ⁊ argentū ⁊ aurū quod sponte oblatū ē domino deo patrū nostroꝝ. Vigilate ⁊ custodite: donec appendatis corā p̄ncipibꝫ sacerdotū. ⁊ leuitaꝝ. et ducibꝫ familiarū israhel in ih'rl'm. in thesaurū domus domi. Susceperūt aūt sacerdotes ⁊ leuite pōdus argenti. ⁊ auri. et vasoꝝ: ut deferrent ih'rl'm. in domū dei nostri. Promouimus ergo a flumine adhauua duodecima die mens̄ p̄mi: vt p̄geremus ih'rl'm. Et manus dei nr̄i fuerit sup nos: ⁊ liberauit nos de manū inimici ⁊ insidiatoris in via. Et venimus ih'rl'm: et mansimus ibi diebꝫ tribꝫ. Die aūt quarta appēsū est argentū ⁊ aurū ⁊ vasa in domo dei nostri p̄ manū remoth filij vrie sacerdotis: et cum eo eleazar filius finees. cūq; eis iozaded fili⁹ iosue et noadaia filius bennoi leuite: iuxta numerū ⁊ pondus omniū. Descriptūq; est omne pondus in t̄pe illo. Sed ⁊ qui venerat de captiuitate filij transmigracōnis obtulerūt olocaustomata deo israhel vitulos duodecī p̄ omni ppl'o israhel: arietes nonagintasex. agnos septuagintaseptē. hircos pro peccato duodecim: omnia in olocaustum domino.

Dederūt autē edicta regis satrapis q̄ erāt
de conspectu regis ⁊ ducibus trans flumē:
et eleuauerūt populū ⁊ domum dei. IX

POstq̄ autē hec ɔpleta sūt: accesserūt
ad me principes dicētes. Non est se-
paratus populus israhel ⁊ sacerdotes ⁊ leui-
te a populis terrarū · et de abominacōibus
eorū: chananei videlicet ⁊ ethei · ⁊ pheresei et
iebuzei · et ammonitarū ⁊ moabitarū et egi-
ptiorū ⁊ amorreorū. Tulerūt enim de filiab9
eorū sibi ⁊ filijs suis: ⁊ ɔmiscuerūt semē scm̄
cū populis terrarū. Manus etiā principū ⁊
magistratuū fuit in trāsgressione hac pⁱma.
Cūq3 audissem sermonē istū · scidi pallium
meū ⁊ tunicā: ⁊ euelli capillos capitis mei ⁊
barbe: ⁊ sedi merens. Conuenerūt aūt ad
me oēs qui timebāt verbū dei israhel · pro
transgressione eorū qui de captiuitate vene-
rant: ⁊ ego sedebā tristis vsq3 ad sacrificiū
vespⁱtinū. Et in sacrificio vespⁱtino surrexi de
afflictōne mea: ⁊ scisso pallio ⁊ tunica curua-
ui genua mea · et expādi manus meas ad
dominū deū meū ⁊ dixi. Deus meus ɔfundor
et erubesco leuare faciē meā ad te: quoniā
iniquitates nostre multiplicate sunt sup ca-
put nostrū: et delicta nostra creuerūt vsq3
ad celū a dieb9 patrū nostrorū. Sed ⁊ nos
ipsi peccauimus grauiter usq3 ad diē hanc:
et in iniquitatib9 nr̄is traditi sumus ipi · ⁊ re-
ges nostri ⁊ sacerdotes nostri in manū re-
gum terrarū: ⁊ in gladiū et in captiuitatē
et in rapinā ⁊ in ɔfusionē vultus: sicut et die
hac. Et nūc q̄si parū ⁊ ad momentū facta
est dep̄catio nostra apud dominū deū nr̄m.
vt dimitteret nobis reliquie ⁊ daret pax
illius in loco sancto eius: ⁊ illuminaret ocu-
los nostros deus noster · et daret nobis vi-
tam modicā in seruitute nr̄a · q2 serui sumus:
et in seruitute nostra nō dereliquit nos deus
noster: ⁊ inclinauit sup nos misericordiam
coram rege p̄sarū · ut daret nobis vitā ⁊ sb-
limaret domū dei nr̄i · et extrueret solitudies
ei9: ⁊ daret nobis spem in iuda ⁊ ihr̄lm. Et
nunc quid dicemus dn̄e deus noster post
hec? Quia dereliquimus mandata tua · que
p̄cepisti in manu seruorū tuorū ꝓphetarū di-
cēs. Terra ad quā vos ingredimini ut pos-
sideatis eā terra immūda ē iux̄ immūdiciā
populorū ceterarūq3 terrarū: abominacōni-
bus eorū qui repleuerūt eā ab ore vsq3 ad
os in coinq̄nacōne sua. Nūc ergo filias ve-
stras ne detis filijs eorū ⁊ filias eorū ne acci-
piatis filijs vr̄is: ⁊ nō queratis pacē eorū et
ꝓsp̄itatē eorū usq3 in eternū: ut ɔfortemini
et comedatis q̄ bona sunt terre · et heredes
habeatis filios vr̄os vsq3 in seculū. Et post
omnia q̄ venerūt sup nos in opib9 nr̄is pessi-
mis · ⁊ in delicto nr̄o magno: q2 tu deus nr̄ li-
berasti nos de iniquitate nr̄a · ⁊ dedisti nobis
salutē sicut est hodie: vt nō ɔuerteremur et
irrita faceremus mandata tua · neq3 m̄rimo-
nia iungeremus cū populis abominationū
istarū. Nūquid iratus es nobis usq3 ad cō-
summacōēz: ne dimitteres nobis reliquias
ad salutē? Domine deus israhel iustus es tu:
quoniā derelicti sumus qui saluaremur sicut
die hac. Ecce coram te sumus in delicto nr̄o.
Nō enim stari potest corā te super hoc. X

SIc ergo orāte esdra ⁊ implorante deū
et flente · ⁊ iacente ante templum dei:
collectus est ad eū de israhel cetus grandis
nimis virorū ⁊ mulierū · ⁊ puerorū. Et fleuit
populus multo fletu. Et rn̄dit sechenias fili9
iehiel de filijs helam: ⁊ dixit esdre. Nos pre-
uaricati sumus in deum nostrum: ⁊ duximus
vxores alienigenas de ꝑplis terre. Et nunc
si est penitētia in israhel sup hoc: ꝑcutiamus
fedus cū dn̄o deo nr̄o · ut ꝓiciamus vniūsas
vxores · et eos qui de hijs nati sūt. Juxta vo-
luntatē domini ⁊ eorū qui timēt p̄ceptū dn̄i
dei nostri · secundū legem fiat. Surge: tuū
est discernere: nosq3 erimus tecū. Conforta-
re ⁊ fac. Surrexit ergo esdras ⁊ adiurauit
principes sacerdotū et leuitarū ⁊ omnē isrl̄:
vt facerēt scd̄m verbū hoc. Et iurauerūt. Et
surrexit esdras ante domū dei: ⁊ abijt ad cu-
biculū iohannan filij eliasib: ⁊ ingressus est
illuc. Panem nō comedit: ⁊ aquā nō bibit.
Lugebat enim trāsgressionē eorū q̄ venerāt
de captiuitate. Et missa est vox in iuda et in
ihērusalē omib9 filijs transmigracōis · vt cō-
gregarent̄ in iherusalē: ⁊ omis qui nō vene-
rit in trib9 dieb9 iuxta ɔsiliū principū ⁊ seni-
orū · auferetur vniūsa substantia eius: et ipe
abiciet̄ de cetu transmigrationis. Cōuenerūt
igit̄ omes viri iuda ⁊ beniamin in iherusalē

tribꝫ diebꝫ·ipse est mensꝭ nonus·vicesima
die mensꝭ: ⁊ sedit omnis populus in platea
domus dei: trementes ꝓ pctō ⁊ pluuijs. Et
surrexit esdras sacdos: ⁊ dixit ad eos. Vos
transgressi estis ⁊ duxistis vxores alienige-
nas: vt adderetis sup delictū israhel. Et nūc
date ꝯfessionē dn̄o deo patrū vr̄oꝝ: ⁊ faci-
te placitū eius: et separamini a ꝑplis terre·
et ab vxoribꝫ alienigenis. Et rn̄dit vniūsa
multitudo: dixitqꝫ voce magna. Iuxta v̄bū
tuū ad nos sic fiat. Verūtamē qꝛ populus
multus est ⁊ tempus pluuie·et non sustine-
mus stare foris·et opus non est diei vnius
vel duoꝝ: vehementer quippe peccauimus
in sermone isto: ꝯstituanꝭ principes in vni-
uersa multitudine: ⁊ om̄es in ciuitatibꝫ no-
stris qui duxerūt vxores alienigenas veni-
ant in tēporibꝫ statutis· et cū hijs seniores
ꝑ ciuitatē in ciuitatē ⁊ iudices eiꝰ: donec a-
uertatꝭ ira dei nostri a nobis sup pctō hoc.
Igitꝭ ionathan filius asahel·et iaazia filius
thecue·steterūt sup hoc: ⁊ mesollam·et sebe-
thai leuites adiuuerūt eos. Fecerūtqꝫ sic fi-
lij trāsmigracōnis. Et abierūt esdras sacer-
dos ⁊ viri principes familiaꝝ in domos pa-
trū suoꝝ·et om̄es ꝑ nomina sua: ⁊ sederūt
in die primo mensꝭ decimi· ut quererēt rem.
Et ꝯsummati sūt om̄es viri q̄ duxerāt vxores
alienigenas: vsqꝫ ad diē primā mēsis p̄mi.
Et inuenti sūt de filijs sacerdotū qui duxerāt
vxores alienigenas: de filijs iosue filij iose-
dech ⁊ fratres eius maasia·⁊ eliezer·⁊ iarib·
et godolia. Et dederūt manus suas·ut eice-
rent vxores suas: ⁊ ꝓ delicto suo arietē de
ouibꝫ offerrēt. Et de filijs emmer: annani ⁊
zebedia. Et de filijs serim: masia ⁊ helia·et
semeia·iehihel·et ozias. Et de filijs phessur:
helioenai·maasia· ysmahel· nathanael·
iozabeth ⁊ helesa. Et de filijs leuitarum: iosa-
beth·⁊ semei·⁊ celaia·ip̄e ē calithaphathai-
a·iuda·⁊ eliezer. Et de cātoribꝫ eliasub: ⁊ de
ianitoribꝫ·sellū·⁊ thelē ⁊ vri. Et ex isrl̄·de fili-
is pharos: remeia·⁊ ezia·⁊ melhia·⁊ et mia-
min·⁊ eliezē·⁊ melchia·et banea. Et de filijs e-
lā: mathania·zacharias·⁊ iehihel·⁊ abdi·⁊
rimoth ⁊ helia. Et de filijs zethua·helioenai·
elyasib·nathania·et iherimuth·⁊ zabeth·
et aziza. Et de filijs bebai: iohannan·anania·
zabbai·athalai. Et de filijs beni: mosolla·et
melluch·⁊ adaia·iasub·⁊ saal·⁊ ramoth. Et
de filijs phetmoab: edna·⁊ chalaal·banaias·
et maasias·mathanias·beselehel·benui·⁊ ma-
nasse. Et de filijs erem: eliezer·iesue·melchi-
as·semeias·symeō·beniamin·maloch·sama-
rias. Et de filijs asom·mathanai·mathet·aza-
beth·elpheleth·iermai·manasses semei. De
filijs bani·maaddi·amram·⁊ huel·baneas·
et badaias·cheliau·bannia·marimuth·⁊ he-
liasib·mathanias·mathanai·⁊ iasi·et bani·
et benui·semei·⁊ salmias·⁊ nathan·et ada-
ias·mechnedabai·sysai·sarai·ezrel· et sele-
mau·et semeria·sellū·amaria·ioseph. De fili-
is nebui·abihel mathathias·zabeth·zabina·
ieddu·et iohel·⁊ banay. Omnes hij acce-
perāt vxores alienigenas: ⁊ fuerunt ex eis
mulierēs q̄ pepērāt filios. Explicꝭ liber esdre
p̄mus Incipit liber neemie qui ē esdre sc̄d̄s.

VErba neemie filij hel-
chie. Et factum est in
mense casleu·āno vice-
simo: ⁊ ego erā in susis
castro. Et venit anani
vnus de fratribꝫ meis·
ip̄e ⁊ viri iuda·⁊ inter-
rogaui eos de iudeis·qui remanserāt ⁊ sup-
erāt de captiuitate ⁊ de iherusalem. Et dixe-
rūt michi. Qui remanserunt ⁊ derelicti sunt
de captiuitate ibi in ꝓuincia·in afflictōe ma-
gna sūt ⁊ in opprobrio: ⁊ murus iherusalē
dissipatus est·⁊ porte eius ꝯbuste sūt igni.
Cūqꝫ audissem v̄ba huiuscemodi·sedi ⁊ fle-
ui·et luxi diebꝫ multis: ⁊ ieiunabā ⁊ orabam
ante faciem dei celi: ⁊ dixi. Queso dn̄e deus
celi fortis magne atqꝫ terribilis· qui custo-
dis pactū ⁊ misericordiā cū hijs qui te dili-
gūt·⁊ custodiūt mādata tua: fiāt aures tue
auscultantes·et oculi tui aperti·ut audias o-
rationē serui tui·quā ego oro corā te hodie
nocte ⁊ die·pro filijs israhel seruis tuis: ⁊ cō-
fiteor ꝓ pctīs filioꝝ israhel quibꝫ peccauerūt
tibi. Et ego ⁊ domus p̄ris mei peccauimus:
vanitate seducti sumus: ⁊ nō custodiuimꝰ
mandatū·⁊ cerimonias ⁊ iudicia q̄ p̄cepisti
moysi famulo tuo. Memento verbi: quod
mandasti moysi seruo tuo dicens. Cū trans-
gressi fueritis ego dispdam vos in poplos:

et si reuertamini ad me ⁊ custodiatis prece-
pta mea ⁊ faciatis ea · etiam si abducti fue-
ritis ad extrema celi inde ꝯgregabo vos:
et reducam in locū quē elegi vt habitaret
nomen meū ibi. Et ipsi serui tui ⁊ ppl's tuus:
quos redemisti in fortitudine tua magnā · ⁊
in manu tua valida. Obsecro domine sit au-
ris tua attendēs ad orationē serui tui ⁊ ad
oracōēȝ seruoꝝ tuoꝝ qui volūt timere no-
mē tuū: ⁊ dirige seruū tuū hodie: ⁊ da ei mi-
sericordiā ante virū hunc. Ego enim eram

F Actū ē autē II pincerna regis.
in mēse nisan · ānno vicesimo artarxer-
sis regis: ⁊ vinū erat āte eū. Et leuaui vinū
et dedi regi: ⁊ erā quasi languidus ante fa-
ciē ei⁹. Dixitqȝ michi rex. Quare vultus tu⁹
tristis est · cū te egrotū non videā? Nō est
hoc frustra: ȝ malū nescio qđ in corde tuo ē.
Et timui valde ac nimis: ⁊ dixi regi. Rex in
eternū viue. Quaē nō mereat vultus me⁹:
q̄ ciuitas domus sepulcroꝝ pr̄is mei deser-
ta est · ⁊ porte eius ꝯbuste sūt igni? Et ait m̄
rex. Pro qua re postulas? Et oraui deū celi:
et dixi ad regem. Si videt' regi bonū · et si
placet seruus tuus ante faciem tuā: ut mit-
tas me in iudeā ad ciuitatē sepulcri patris
mei: ⁊ edificabo eaȝ. Dixitqȝ michi rex: et re-
gina que sedebat iuxta eū. Vsqȝ ad quod
tempus erit iter tuū: ⁊ quando reuerteris?
Et placuit ante vultū regis: ⁊ misit me. Et
ꝯstitui ei tempus: ⁊ dixi regi. Si regi videt'
bonū · epistolas det michi ad duces regiōis
trans flumē · ut traducāt me donec veniā in
iudeā: ⁊ epistolā ad asaph custodē saltus
regis · ut det michi ligna: vt tegere possim
portas templi turres domos ⁊ muros ciui-
tatis · ⁊ domū quā ingressus fuero. Et dedit
michi rex: iuxta manū dei mei bonā mecum.
Et veni ad duces regionis trans flumē: de-
diqȝ eis epistolas regis. Miserat autē rex
mecū principes militū · et equites. Et audie-
rūt sanaballath oronites · et tobias seruus
amanites ⁊ ꝯtristati sūt afflictōne magna:
q̄ venisset homo q̄ quereret ꝓspitatē filio-
rū israhel. Et veni ih'rl'm: ⁊ erā ibi trib⁹ dieb⁹.
Et surrexi nocte ego et viri pauci mecū: et
nō indicaui cuiq̄ quid dn̄s dedisset in corde
meo vt facerem in iherusalē: ⁊ iumentū nō
erat mecū · nisi animal cui sedebā. Et egressus
sum p portam vallis nocte · ⁊ ante fontē dra-
conis · et ad portā stercoris: ⁊ ꝯsiderabā mu-
rū ih'rl'm dissipatū: ⁊ portas eius ꝯsumptas
igni. Et transiui ad portam fontis · et ad aq̄-
ductū regis: ⁊ nō erat locus iumento cui se-
debam · ut transiret. Et ascendi p torrentem
nocte · et ꝯsiderabam murū: ⁊ reuersus veni
ad portā vallis ⁊ redij. Magistratus autē
nesciebāt quo abissem: aut quid ego face-
rem. Sed ⁊ iudeis · ⁊ sacerdotib⁹ ⁊ optima-
tib⁹ et magistratib⁹ et reliquis q̄ faciebant
opus · vsqȝ ad id loci nichil indicauerā. Et
dixi eis. Vos nostis afflictōēȝ in qua sum⁹:
q̄ ih'rl'm deserta est: ⁊ porte eius cōsumpte
sūt igni. Venite ⁊ edificem⁹ muros ih'rl'm:
et non simus vltra opprobriuȝ. Et indicaui
eis manū dei mei: q̄ esset bona mecū: ⁊ vba
regis q̄ locutus ē michi: ⁊ aio. Surgam⁹:
et edificem⁹. Et ꝯfortate sūt manus eoꝝ in
bono. Audierūt aūt sanaballath oronites
et tobias seruus amanites · et gosem arabs ·
et subsannauerūt nos: ⁊ despexert · dixerūt-
qȝ. Que est hec res quā facitis? Nūquid cō-
tra regē vos rebellatis? Et reddidi eis ser-
monē: dixiqȝ ad eos. Deus celi ipse nos iu-
uat: ⁊ nos serui eius sum⁹. Surgamus: et
edificemus. Vobis autem non est pars et
iusticia ⁊ memoria in iherusalem. III

E T surrexit eliasib sacerdos magnus ·
et fratres eius sacerdotes: ⁊ edificauert
portā gregis. Ipsi sanctificauerūt eam · ⁊ sta-
tuerūt valuas ei⁹: et vsqȝ ad turrim centum
cubitoꝝ · sanctificauerūt eā: vsqȝ ad turrim
ananehel. Et iuxta eū edificauerūt viri iheri-
cho: ⁊ iuxta eos edificauit zacchur filius am-
ri. Portam aūt piscīū edificauert filij asnaa:
ipi texerūt eā · ⁊ statuerūt valuas ei⁹ · et se-
ras ⁊ vectes. Et iux̄ eos edificauit marimuth:
filius vrie · filij accus. Et iuxta eū edificauit
mosollā filius barachie filius mesezebel. Et
iuxta eū edificauit sadoch filius baana. Et
iuxta eū edificauerūt thecueni. Optimates
auteȝ eoꝝ nō supposuert colla sua: in opere
dn̄i dei sui. Et portā veterem edificauert ioia-
da filius phasea · ⁊ mosollā fili⁹ besodia: ipi
texert eā: et statuerūt valuas eius · et seras
et vectes. Et iux̄ eos edificauert melchias

gabaonites. et iadon meronathites. viri
de gabaon ⁊ maspha: ꝓ duce qui erat ī re-
gione trās flumē. Et iuxta eū edificauit ezi-
el fili⁹ araia. aurifex. Et iuxta eū edificauit
ananias filius pigmētarij: ⁊ dimiserūt ihe-
rusalē vsqȝ ad murū platee latioris. Et iux̄
eū edificauit raphaia filius ahur princeps
vici ihrl'm. Et iuxta eū edificauit ieiada fili⁹
aromath: cōtra domū suā. Et iuxta eū edifi-
cauit atthus filius asebonie. Mediam ptē
vici edificauit melchias filius erez. ⁊ asub
filius phetmoab: et turrim furnoꝝ. Et iux̄
eos edificauit sellū filius aloes. princeps
medie partis vici ihrl'm: osee ⁊ filij eius. Et
portam vallis edificauit annun ⁊ habitato-
res zanoe: ipsi edificauerūt eā: et statuerūt
valuas ei⁹ ⁊ seras ⁊ vectes: ⁊ mille cubitos
in muro usqȝ ad portam sterquilinij. Et por-
tam sterquilinij edificauit melchias filius
rechab: princeps vici bethacharen. Ipse
edificauit eā: ⁊ statuit valuas eius ⁊ seras
et vectes. Et portam fontis edificauit selluȝ
filius colozai: princeps pagi maspha. Ipe
edificauit eā ⁊ texit: et statuit valuas eius
et seras ⁊ vectes: et muros piscine syloe ī or-
tū regis. et vsqȝ ad gradus qui descendūt
de ciuitate dauid. Post euȝ edificauit neemi-
as filius azboth princeps dimidie partis
vici bethsur vsqȝ ɔtra sepulcrū dauid: et us-
qȝ ad piscinam q̄ grandi opere cōstructa ē.
et usqȝ ad domū fortiū. Post eū edificauerūt
leuite: reum filius bēni. Post eos edificauit
asebias princeps dimidie partis vici ceile:
in vico suo. Post eum edificauerūt fratres
eorum: bechui filius enedad princeps di-
midie partis ceile. Et edificauit iuxta eum
azer filius iosue princeps maspha mēsurā
secūdā: ɔtra ascensū firmissimi āguli. Post
eū in monte edificauit. baruch filius zachai
mensurā secundā: ab angulo usqȝ ad portā
domus eliasib sacerdotis magni. Post eū
edificauit merimuth filius vrie filij atthus
mensurā secundā a porta domus eliasib: do-
nec extenderet' domus eliasib. Et post euȝ
edificauerūt sacerdotes: viri de cāpestrib⁹
iordanis. Post eos edificauit beniamin et
asub: ɔtra domū suā. Et post eos edificauit
azarias filius maasie filij ananie: ɔtra domū
suā. Post eū edificauit bēnui filius ennada.
mensurā secundā. a domo azarie vsqȝ ad fle-
xurā. et vsqȝ ad angulū. Post eū edificauit
phalel filius ozi. ɔtra flexuraȝ ⁊ turrim. q̄ emi-
net de domo regis excelsa id est in atrio car-
ceris. Post eum phadaia filius feros. Na-
thinnei autē habitabant in ofel. usqȝ contra
portam aquaꝝ ad orientē. et turrim que ꝓ-
minebat. Post eos edificauerunt thecuem
mensurā secundā e regione: a turre magna
et eminēti vsqȝ ad murū templi. Sursū aūt
ad portam equoꝝ edificauerūt sacerdotes:
vnusquisqȝ contra domū suā. Post eos edi-
ficauit seddo filius emmer: ɔtra domū suaȝ.
Et post euȝ edificauit semeia filius sechenie:
custos porte orientalis. Post euȝ edificaue-
rūt anania filius selemie. et anon filius selo
sextus: mensurā secundā. Post eū edificauit
mesollā filius barachie: ɔtra gazophilatium
suū. Post eū edificauit melchias filius auri-
ficis. vsqȝ ad domū nathinneoꝝ ⁊ scuta ven-
dentiū. contra portā iudicialē: et vsqȝ ad ce-
naculū anguli. Et inter cenaculū anguli in
porta gregis edificauerūt artifices ⁊ nego-
ciatores.

IIII

FActū est aūt cū audisset sanaballath qđ edificarem⁹
muruȝ: iratus est valde. Et motus nimis sb-
sannauit iudeos: ⁊ dixit coram fratrib⁹ suis
et freq̄ntia samaritanoꝝ. Quid iudei faciūt
inbecilles? Num dimittēt eos gētes? Nū sa-
crificabūt. et ɔplebūt in vna die? Nunquid
edificare poterūt lapides de aceruis pulueris:
qui combusti sunt? Sed ⁊ tobias amonites
ꝓximus eius ait. Edificent. Si ascenderit
vulpes: transiliet murū eoꝝ lapideū. Audi
deus noster q2 facti sumus despectui. Conū-
te opprobriū sup caput eoꝝ: ⁊ da eos in de-
spectionē in terra captiuitatis. Ne operias
iniquitatē eoꝝ: ⁊ peccatū eoꝝ corā facie tua
non deleatur: quia irriserūt edificātes. Itaqȝ
edificauimus murū: ⁊ ɔiunximus totū vsqȝ
ad partē dimidiā: ⁊ ꝓuocatū est cor populi
ad operandū. Factum est aūt cū audisset sa-
naballath ⁊ tobias ⁊ arabes et amanite ⁊ a-
zotij q2 obducta esset cicatrix muri iherusalē.
et q2 cepissent interrupta ɔcludi: irati sūt ni-
mis. Et ɔgregati sūt oēs pariter ut venirēt
et pugnarent cōtra iherusalē: ⁊ molirentur

insidias. Et orauimus deũ nr̃m: et posuimus
custodes sup murũ die ac nocte cõtra eos.
Dixit autẽ iudas. Debilitata est fortitudo
portãtis: et humus nimia est: ⁊ nos nõ po=
terimus edificare murũ. Et dixerũt hostes
nostri. Nesciant ⁊ ignorẽt donec veniamus
in mediũ eoꝝ. et interficiamus eos: et cessa=
re faciamus opꝰ. Factũ est autẽ venientibꝫ
iudeis qui habitabant iuxta eos ⁊ dicenti=
bus nob̃ p decẽ vices ex om̃ibꝫ locis quibꝫ
venerãt ad nos: statui in loco post murũ p
circuitũ populũ in ordinẽ cũ gladijs suis et
lãceis ⁊ arcubꝫ. Et pspexi atqꝫ surrexi: ⁊ aio
ad optimates ⁊ magistratus. et ad reliquã
partem vulgi. Nolite timere a facie eoꝝ.
Domini magni. et terribilis mementote: et
pugnate ꝓ fratribꝫ vr̃is. filijs vr̃is. ⁊ filiabꝫ
vr̃is. et vxoribꝫ vr̃is. et domibꝫ vr̃is. Factũ
est autẽ cũ audissent inimici nr̃i nunciatum
esse nobis: dissipauit deus ꝯsiliũ eoꝝ. Et re=
uersi sumus omnes ad muros: vnusquisqꝫ
ad opus suũ. Et factũ est a die illa: media
pars iuuenũ eoꝝ faciebat opus. et media
parata erat ad bellũ: et lancee. ⁊ scuta. et ar=
cus. et lorice: ⁊ principes post eos in om̃i do=
mo iuda edificantiũ muros: et portantiũ o=
nera ⁊ imponentiũ. Vna manũ sua faciebat
opus: ⁊ altera tenebat gladiũ. Edificantiũ
enim vnusquisqꝫ gladio erat accinctus re=
nes. Et edificabãt ⁊ clangebãt bucina iux
me. Et dixi ad optĩates ⁊ ad magistratꝰ:
et ad reliquã partẽ vulgi. Opus grande ẽ
et latũ: et nos separati sumus in muro ꝓcul
alter ab altero. In loco quocũqꝫ audieritis
clangorẽ tube: illuc ꝯcurrite ad nos. Deus
nr̃ pugnabit ꝓ nobis: ⁊ nos ipsi faciamus
opꝰ. Et media pars nr̃m teneat lãceas. ab
ascensu aurore donec egrediant astra. In
tempore qꝫ illo dixi populo. Vnusquisqꝫ cũ
puero suo maneat in medio iherusalem: et
sint vobis vices p noctẽ ⁊ diem ad operã=
dũ. Ego autẽ ⁊ fratres mei ⁊ pueri mei. ⁊ cu=
stodes qui erãt post me: nõ deponebamus
vestimẽta nr̃a. Vnusquisqꝫ tm̃ nudabatur
ad baptismũ.

V

Et factus est clamor populi ⁊ vxorũ eius magnus:
aduersus fratres suos iudeos. Et erãt qui
dicerẽt. Filij nostri ⁊ filie nr̃e multe sũt nimis.
Accipiamus ꝓ p̃cio eoꝝ frumentũ: et come=
damus ⁊ viuamꝰ. Et erãt q̃ dicerẽt. Agros
nr̃os ⁊ vineas ⁊ domos nr̃as opponamꝰ: et
accipiamus frumentũ in fame. Et alij dice=
bant. Mutuo sumamus pecunias in tributa
regis: demusqꝫ agros nostros ⁊ vineas. Et
nũc sicut carnes fratrũ nr̃oꝝ sic carnes nr̃e
sũt: ⁊ sicut filij eoꝝ ita ⁊ filij nostri. Ecce nos
subiugamus filios nr̃os ⁊ filias nr̃as in serui=
tutẽ: ⁊ de filiabꝫ nostris sũt famule. nec ha=
bemus vnde possint redimi: ⁊ agros nr̃os
et vineas nr̃as alij possidẽt. Et iratus sum ni=
mis: cũ audissem clamorẽ eoꝝ secundũ ver=
ba hec. Cogitauitqꝫ cor meum. Et increpui
optĩates ⁊ magistratus: ⁊ dixi eis. Vsuras
ne singuli a fratribꝫ vr̃is exigatis? Et ꝯgre=
gaui aduersum eos contionẽ magnã: ⁊ di=
xi eis. Nos vt scitis redemimus fratres no=
stros iudeos qui venditi fuerãt gentibꝫ se=
cundũ possibilitatẽ nr̃am. Et vos igitur ven=
dite fratres nr̃os: et redimemus eos? Et si=
luerũt: nec inuenerũt q̃d responderẽt. Dixit=
qꝫ ad eos. Non est bona res quam facitis.
Quare nõ in timore dei nostri ãbulatis: ne
exprobret nobis a gentibꝫ inimicis nr̃is?
Et ego ⁊ fratres mei ⁊ pueri mei comodaui=
mus plurimis pecuniã ⁊ frumentũ. Non re=
petamus in ꝯmune istud. Es alienũ ꝯceda=
mus: quod debet nob̃. Reddite eis hodie
agros suos: et vineas suas. et oliueta sua et
domos suas. Quin potius ⁊ centesimã pecu=
nie frumẽti vini ⁊ olei quã exigere soletis ab
eis: date ꝓ illis. Et dixerũt. Reddemus: et
ab eis nichil queremus: sicqꝫ faciemus vt
loq̃ris. Et vocaui sacerdotes: ⁊ adiuraui eos ut
facerẽt iuxta q̃d dixerã. Insup excussi sinum
meũ. et dixi. Sic excutiat deus om̃em virum
qui non ꝯpleuerit verbũ istud: de domo sua
et de laboribꝫ suis. Sic excutiat: et vacuus
fiat. Et dixit vniũsa multitudo amẽ. Et lau=
dauerũt deũ. Fecit ergo populus sicut erat
dictũ. A die aũt illa quam p̃ceperat rex mi=
chi ut essem dux in terra iuda ab ãno vicesi=
mo vsqꝫ ad annũ tricesimũ secundũ artarx=
ersis regis p annos duodecim: ego ⁊ fr̃es
mei annonas q̃ ducibus debebant nõ ꝯme=
dimus. Duces autẽ primi q̃ fuerũt ante me
grauauerũt ppl̃m: ⁊ acceperũt ab eis in pane

et vino ⁊ pecunia quotidie siclos q̈dragita. Sed ⁊ ministri eoꝝ depresserāt ꝑplm̄. Ego aūt non feci ita ꝓpter timorē dei. Quin potiꝰ in opē muri edificaui: ⁊ agrū nō emi: et oēs pueri mei ꝯgregati ad opus erant. Iudei q̊ꝫ et magistratus. centū quinq̈gīnta viri. et qui veniebant ad nos de gentibꝫ q̄ in circuitu nostro sūt: in mensa mea erāt. Parabatᷣ aūt michi ꝑ dies singl̓os bos vnus. arietes sex electi. exceptis volatilibꝫ: ⁊ inter dies decē vina diūsa: et alia multa tribuebā. Insuꝑ ⁊ ānonas ducatus mei nō quesiui. Valde enī erat attenuatus ꝑpl̓s. Memēto mei deꝰ meus in bonū: scd̓m omnia q̄ feci ꝑpl̓o huic.

VI

Factū est aūt cū audissꝫ sanaballath ⁊ tobias. et gosen arabs. ⁊ ceteri inimici nostri ꝙ edificassem ego murū. et non esset in ip̄o residua interruptio: vsqꝫ ad tempus aūt illud valuas nō posuerā in portis: miserūt sanaballath. et gosen arabs ad me dicētes. Veni ⁊ percutiamus fedus pariter in viculis in campo vno. Ipsi autē cogitabāt ut facerent michi malū. Misi ergo ad eos nūcios dicēs. Opus grāde ego facio ⁊ nō possuꝫ descendere: ne forte negligatur cū venero ⁊ descendero ad vos. Miserūt aūt ad me scd̓ꝫ verbū hoc ꝑ q̈tuor vices: et rn̄di eis iux̄ ſmonē p̄orē. Et misit ad me sanaballath iuxta verbū prius quinta vice puerū suū: ⁊ epistolā habebat in manu sua scriptā hoc modo. In gentibꝫ auditū est: ⁊ gosen dixit. ꝙ tu ⁊ iudei cogitetis rebellare. et propterea edifices murū: et leuare te velis sup̱ eos regē: propter quā causam ⁊ prophetas posueris qui p̄dicent de te in ihrl̓m dicētes. Rex in iudea est. Auditurus ē rex verba hec. Idcirco nūc veni: vt ineamus cōsiliū pariter. Et misi ad eos dicēs. Non est factuꝫ scd̓m verba hec que tu loqueris. De corde enim tuo tu ꝯponis hec. Omes enim hij terrebāt nos: cogitātes ꝙ cessarēt manus nostre ab opere ⁊ quiesceremus. Quā ob causam magis cōfortaui manus meas. Et ingressus sum domū samaie filij dalaie. filij methabehel secreto. Qui ait. Tractemꝰ nobiscū in domo dei in medio templi. ⁊ claudamus portas edis: ꝙ ventūri sūt ut interficiant te: ⁊ nocte venturi sūt ad occidendū te.

Et dixi. Nū quisq̈ꝫ similis mei fugit? Et q̇s vt ego ingredietur templū ⁊ viuet? Non ingrediar. Et intellexi ꝙ deus nō misissꝫ eū: sꝫ quasi vaticinās locutus esset ad me: ⁊ tobias ⁊ sanaballath ꝯduxissent eū. Acceperat enim preciuꝫ vt territus facerem ⁊ peccarē: et haberent malū q̊d exprobrarent michi. Memēto mei domie ꝓ tobia ⁊ sanaballath. iuxta opera eoꝝ talia: sꝫ ⁊ noadie ꝓphete et ceteroꝝ ꝓphetaꝝ qui terrebant me. Completus ē aūt murus vicesimo quīto die mēs elul. quinq̈gīnta duobꝫ diebꝫ. Factū est ergo cū audissent omes inimici nr̄i vt timerēt vniūse gentes q̄ erant in circuitu nostro: et ꝯciderēt intra semetip̄os: ⁊ scirēt ꝙ a domino factū est opus hoc. Sed ⁊ in diebꝫ illis multe optimatū iudeoꝝ epistole mittebantur ad tobiam: et a tobia veniebant ad eos. Multi enim erāt in iudea habētes iuramētū eiꝰ. ꝙ gener erat sechenie filij iorei: ⁊ iohānan filius eiꝰ acceperat filiā mesollaꝫ filij barachie. Sed ⁊ laudabāt eū coram me: ⁊ verba mea nunciabant ei. Et tobias mittebat epl̓as vt terrēt me.

VII

Postq̈ꝫ aūt edificatus est murus. et posui valuas. et recēsui ianitores ⁊ cantores ⁊ leuitas: p̄cepi anani fratri meo ⁊ ananie principi domus de ihrusalē: ip̄e enim quasi vir verax ⁊ timens deū plus ceteris videbatᷣ. Et dixi eis. Nō aperiantᷣ porte ihrl̓m vsqꝫ ad calorem solis. Cūꝫ adhuc assisterēt: clause porte sūt et oppilate. Et posui custodes de habitatoribus ihrusalē singulos ꝑ vices suas: ⁊ vnūquēqꝫ ꝯtra domū suā. Ciuitas aūt erat lata nimis ⁊ grandis: et populus paruus in medio eius: et non erāt domus edificate. Deus aūt dedit in corde meo: ⁊ ꝯgregaui optimates ⁊ magistratus et vulgus vt recenserem eos. Et inueni librū census eoꝝ q̄ ascenderant primū: et inuentū est scriptuꝫ in eo. Isti filij ꝓuincie q̄ ascenderūt de captiuitate migrantiū quos trāstulerat nabuchodonosor rex babilonis ⁊ reuersi sūt in ihrusalē ⁊ in iudeaꝫ. vnusquisqꝫ in ciuitatē suā: qui venerāt cū zorobabel: iosue. neemias. azarias. raamias. naamini. mardocheus. belsar. mespharat. beggoai. naum. baana. Numerus virorum populi israhel. Filij pharos duo milia

centū septuagītaduo. Filij saphacia: trecē-
ti septuagintaduo. Filij area: sexcēti quinq̄-
gintaduo. Filij phetmoab filioꝝ iosue ⁊ io-
ab: duo milia octingenti decem ⁊ octo. Filij
helam: mille octingenti quinq̄ginta q̄tuor.
Filij zethua: nongenti quadragintaquinq;.
Filij zachai: septīgēti sexagīta. Filij bennui:
sexcēti quadragintaocto. Filij bebai: sexcēti
uigītiocto. Filij azgad: duo milia trecenti
uigintiduo. Filij adonicam: sexcēti sexagin-
taseptē. Filij beguai: duo milia sexaginta
septem. Filij adin: sexcenti quinq̄gintaquī-
q;. Filij ather filij ezechie: nongētiocto. Fi-
lij asem: trecenti uigintiocto. Filij besai: tre-
centi uiginti q̄tuor. Filij areph: centumduo-
decim. Filij gabaon: nonagintaquīq;. Filij
bethleez ⁊ nethupha: centū octogītaocto.
Viri anathot: centumuigintiocto. Viri be-
thamoth: quadragintaduo. Viri cariathi-
arim cephira ⁊ beroth: septingenti quadra-
gintatres. Viri rama ⁊ nebo: sexcenti uigin-
tiunus. Viri machmas: centumuigintiduo.
Viri bethel et hai: ducēti uigintitres. Viri
nebo alterius: quinq̄gintaduo. Viri helam
alterius: mille ducenti quinq̄gintaquatuor.
Filij arem: trecenti uiginti. Filij iericho: tre-
centi q̄dragintaquīq;. Filij lodadin ⁊ ono:
septingēti uigītiunus. Filij senaa: tria milia
nongēti triginta. Sacerdotes. Filij idaia ī
domo iesua: nongenti septuagintatres. Filij
emmer: mille quinq̄gītaduo. Filij phessur:
mille ducēti quadragintaseptē. Filij arem:
mille decem ⁊ septē. Leuite. Filij iosue ⁊ ced-
mihel filioꝝ oduie: septuaginta q̄tuor. Cā-
tores. Filij asaph: centum q̄dragintaocto.
Janitores. Filij sellū. filij ather. filij thelmon.
filij accub. filij athita. filij sobai. centū trigin-
taocto. Nathinnei. Filij soa. filij asupha. fi-
lij thebaoth. filij ceros. filij siaa. filij fadon.
filij lebana. filij agaba. filij selmō. filij anan.
filij geddel. filij gaer. filij raabia. filij rasin.
filij nechoda. filij iezem. filij aza. filij phasea.
filij besai. filij munim. filij nephusim. filij be-
chue. filij acupha. filij azur. filij besluth. filij
maida. filij arsa. filij berchos. filij sizara. filij
thema. filij nasia. filij athupha. filij seruoꝝ
salomōis. filij sothai. filij sopherech. filij phe-
ruda. filij iabala. filij dercon. filij gedel. filij
saphata. filij achil. filij focereth. q̄ erat ort⁹
ex asbaim filio ammon. Omēs nathinnei ⁊
filij seruoꝝ salomonis: trecēti nōgintaduo.
Hij sūt aūt qui ascenderūt de thelmala the-
larsa. cherub adon ⁊ emmer. et nō potuerunt
iudicare domū p̄rm suoꝝ. et semen suū: vtrū
ex israhel essent. Filij dalaia. filij tobia. filij
nechoda. sexcenti q̄dragintaduo. Et de sac-
dotibꝰ. filij iobia. filij accos. filij berzellai. qui
accepit de filiabꝰ berzellai galaaditidis v-
xorē: ⁊ vocatus est nomine eoꝝ. Hij quesie-
rūt scripturā suā in censu ⁊ nō inuenerunt: et
eiecti sunt de sacerdotio. Dixitq; athersatha
eis vt nō māducarēt de sanctis scōꝝ: donec
staret sacerdos doctus ⁊ eruditus. Omnis
multitudo q̄si vnus. quadragintaduo milia
sexcēti sexaginta: absq; seruis ⁊ ancillis eo-
rū qui erāt septē milia trecēti trigintaseptē:
et int᷑ eos cantores ⁊ cātatrices ducēte. Eq̄
eoꝝ sexcēta trigintaseptē: muli eoꝝ ducēti
quadragintaquīq;: cameli eoꝝ quadringē-
ti trigintaquīq;: asini sex milia septingenti
uiginti. Hucusq; refert᷑ quid in comētario
scptū fuerit: exin neemie historia texit᷑. Nō-
nulli aūt de principibꝰ familiaꝝ dederūt in
op⁹. Athersatha dedit in thesaurū. auri dra-
gmas mille: phialas quinq̄ginta: tunicas
sacerdotales quingētas triginta. Et de prī-
cipibꝰ familiaꝝ dederūt in thesaurū operis
auri dragmas viginti milia: ⁊ argēti minas
duo milia ducētas. Et qd̄ dedit reliquus po-
pulus auri dragmas viginti milia: et argē-
ti minas duo milia: ⁊ tunicas sacerdotales
sexagintaseptē. Habitauerūt autē sacerdo-
tes ⁊ leuite ⁊ ianitores ⁊ cātores ⁊ reliquū
vulgus ⁊ nathinnei ⁊ oīs isrl̄ in ciuitatibꝰ suis.

Et venerat mēs septim⁹: VIII

et filij aūt israhel erant in ciuitatibꝰ suis.
Congregatusq; ē omnis p̄pl's q̄si vir vnus ad
plateā q̄ est ante portā aq̄ꝝ: ⁊ dixerūt esdre
scribe vt afferret librū legis moysi: quam p̄-
cepat dominus israheli. Attulit ergo esdras
sacerdos legem coram multitudine viroꝝ
et mulierū. cūctisq; qui poterāt intelligē: in
die prima mensis septimi. Et legit in eo ap-
te in platea q̄ erat āte portā aquaꝝ. de ma-
ne vsq; ad mediam diē: in ↄspectu viroꝝ et
mulierum ⁊ sapientiū. Et aures omnis p̄pli

erant erecte ad librū. Stetit autem esdras
scriba sup gradū ligneū quē fecerat ad lo=
quendū· et steterūt iuxta eū· mathathia· ⁊
semia· et ania· et vria· ⁊ elchia· et maasia ad
dexterā eius· et ad sinistrā phadaia· misahel·
et melchia· ⁊ asum· et aseph dana zacharia·
et mosollam. Et aperuit esdras librū coram
omi populo. Sup vniuersū quippe populū
eminebat. Et cū aperuisset eū: stetit omnis
pp̄ls. Et benedixit esdras domino deo· voce
magna. Et rn̄dit omis pp̄lus· amen· amē:
eleuās manus suas. Et incuruati sūt: ⁊ ado=
rauerūt deū ꝓni in terrā. Porro iesue· ⁊ baa=
ni· et serabia· yamin accub· septhai· odia·
maasia· celita· azarias· iozabed· anam· pha=
laia leuite· silentiū faciebāt in populo: ad
audiendā legem. Populus autē stabat in
gradu suo. Et legerunt in libro legis dei di=
stincte· et aperte ad intelligendū: ⁊ intelle=
xerūt cū legeret᷑. Dixit autem neemias· ipe
est athersatha· et esdras sacerdos ⁊ scriba·
et leuite interp̄tantes vniūso populo. Dies
sanctificatus est domino deo nr̄o. Nolite lu=
gere ⁊ nolite flere. Flebat enim oīs pp̄ls: cū
audiret verba legis. Et dixit eis. Ite come=
dite pinguia ⁊ bibite mulsū: ⁊ mittite par=
tes eis qui non p̄parauerūt sibi: qꝛ sanctus
dies domini est: ⁊ nolite ꝯtristari. Gaudiū
etenim domini est fortitudo nr̄a. Leuite aūt
silentiū faciebāt in omi populo dicētes. Ta=
cete: qꝛ dies sanctus ē: et nolite dolē. Abijt
itaqꝫ omis populus vt comederet· et bibe=
ret· et mitteret partes: et faceret leticiā ma=
gnā: qꝛ intellexerant verba q̄ docuerat eos.
Et in die scd̄o ꝯgregati sūt principes fami=
liarū vniūsi populi sacerdotes ⁊ leuite ad
esdrā scribā: vt interp̄taret᷑ eis verba legis.
Et inuenerūt scriptū in lege· p̄cepisse dn̄m
in manū moysi· vt habitēt filij israhel in tab=
naculis in die solēni mensis septimi: et vt p̄=
dicēt ⁊ diuulgēt vocem in vniūsis vrbibus
suis· et in ihrusalē dicentes. Egredimini ī
montē· et afferte frondes oliue· et frondes
ligni pulcerrimi. frōdes mirti· et ramos pal=
marū: et frondes ligni nemorosi· vt fiāt ta=
bernacula sicut scriptū est. Et egressus est
pp̄lus ⁊ attulerūt. Feceruntqꝫ sibi tabernacl'a
vnusquisqꝫ in domate suo ⁊ in atrijs suis: et
in atrijs domus dei· et in platea porte aqua=
rum: et in platea porte ephraim. Fecit ergo
vniuersa eccl̄ia eorū q̄ redierant de captiuita=
te tabernacl'a: et habitauerūt in tabernaclis.
Non enim fecerāt a diebꝫ iosue filij nun· tali=
ter filij israhel: vsqꝫ ad diem illum. Et fuit leti=
cia magna nimis. Legit autē in libro legis
dei· p dies singl'os· a die primo vsqꝫ ad diem
nouissimū: et fecerūt solēnitatē septē diebꝫ:
et in die octauo collectā iuxta ritum.

IX

In die aūt vicesimoquarto mens᷑ huius cō=
uenerunt filij israhel in ieiunio· et in saccis: et
humus sup eos. Et separatū est semē filiorū
israhel ab omni filio alienigena: et steterunt
et ꝯfitebant᷑ peccata sua ⁊ iniq̄tates patrum
suorū. Et ꝯsurrexerūt ad standū: ⁊ legerūt
in volumine legis domini dei sui q̄ter in die:
et quater ꝯfitebant᷑· et adorabāt dn̄m deū
suū. Surrexerūt autem sup gradū leuitarū
iosue ⁊ bani· et cedmihel· remni· sabnia· aba=
ni· sarebias bani· thanani: ⁊ clamauerūt ma=
gna voce ad dominū deū suū. Et dixerūt leui=
te· iosue· et chedmihel· bonni· asebia· serebia·
arebia· odaia· sebna· fataia. Surgite: bn̄di=
cite domino deo nr̄o· ab eterno vsqꝫ in etn̄ū.
Et benedicāt nomini glie tue excelso in omi
benedictōne ⁊ laude. Tu ipe domine solus:
tu fecisti celū ⁊ celū celorū ⁊ omnē exercitum
eorū· terrā ⁊ vniūsa q̄ in ea sūt: maria ⁊ omia
que in eis sūt. Et tu viuificas omia hec: et ex=
ercitus celi te adorat. Tu ipe domine deus q̄
elegisti abram ⁊ eduxisti eū de igne chaldeo=
rum: et posuisti nomē eius abrahā· et inueni=
sti cor eius fidele corā te: et p̄cussisti cum eo
fedus vt dares ei terrā chananei· ethei· euei·
et amorrei· et pherezei· et iebusei· et gergesei·
vt dares semini eius. Et implesti verba tua
quoniā iustus es. Et vidisti afflictōez prm̄
nr̄orū in egipto· clamorēqꝫ eorū audisti sup
mare rubrū: et dedisti signa ⁊ portēta ī pha=
raone· et in vniūsis seruis eius: et in omi pp̄lo
terre illius. Cognouisti enim qꝛ supbe ege=
rāt ꝯtra eos: et fecisti tibi nomē· sicut ⁊ ī hac
die. Et mare diuisisti ante eos: et transierūt
p mediū maris in sicco. Persecutores autē
eorū p̄iecisti in p̄fundū quasi lapidē in aq̄s
validas: et in colūna nubis ductor eorū fui=
sti p diem· et in columna ignis p noctem ut

apparereteis via ꝑ quam ingrediebantur. Ad mōtē q̄ꝫ synai descendisti: ⁊ locutus es cū eis de celo: ⁊ dedisti eis iudicia recta et legem veritatis · cerimonias ⁊ p̄cepta bona. Et sabbatū sanctificatū tuū ostendisti eis: ⁊ mandata ⁊ cerimonias ⁊ legē p̄cepisti eis in manu moysi serui tui. Panem q̄ꝫ de celo dedisti eis in fame eoꝝ: et aquā de petra eduxisti eis sitientibꝫ. Et dixisti eis ut ingrederent̄ et possiderēt terram: sup quā leuasti manū tuā ut traderes eis. Ipsi vero ⁊ p̄res nostri sup̄be egerūt · et indurauer̄t ceruices suas: ⁊ nō audier̄t mādata tua · et noluer̄t audire: et non sūt recordati mirabiliū tuoꝝ que feceras eis. Et indurauerunt ceruices suas: ⁊ dederūt caput ut ꝯuerterēt̄ ad seruitutē suā quasi ꝑ ꝯtentionē. Tu autem de⁹ ꝓpicius clemēs ⁊ misericors longanimis ⁊ multe miseracōis: non dereliquisti eos. Et quidē cū fecissent sibi vitulū ꝯflatilē ⁊ dixissent · iste est de⁹ tuus q̄ eduxit te de egipto · feceruntq̄ꝫ blasphemias magnas: tu autem in miseicordijs tuis multis nō dimisisti eos in deserto. Colūna nubis nō recessit ab eis ꝑ diē · ut duceret eos in viā: ⁊ colūna ignis ꝑ noctē: ut ostenderet eis iter ꝑ qd̄ ingrederent̄. Et spiritum tuū bonū dedisti qui doceret eos: et manna tuū nō ꝓhibuisti ab ore eoꝝ: ⁊ aquam dedisti eis in siti. Quadraginta ānis pauisti eos in deserto: nichilq̄ꝫ eis defuit. Vestimēta eoꝝ non inueterauerūt: et pedes eoꝝ non sūt attriti. Et dedisti eis regna ⁊ populos: et partitus es eis sortes. Et possederūt terrā seon · et terrā regis esebon: et terrā og regis basan. Et multiplicasti filios eoꝝ sicut stellas celi: ⁊ adduxisti eos ad terrā de qua dixeras p̄ribꝫ eoꝝ vt ingrederēt̄ et possiderent. Et venerunt filij: et possederūt terrā. Et humiliasti corā eis habitatores terre chananeos: ⁊ dedisti eos in manu eoꝝ · et reges eoꝝ · et pop̄los terre: ut facerēt eis sicut placebat illis. Ceperūt itaq̄ꝫ vrbes mūitas ⁊ humū pinguē: et possederūt domos plenas cūctis bonis · cisternas ab ëis fabricatas: vineas ⁊ oliueta · et ligna pomifera multa. Et comederūt et saturati sunt: et impinguati sunt ⁊ abundauerunt delicijs in bonitate tua magna.

Prouocauer̄t aūt te ad iracundiā · et recesserūt a te: et ꝓiecerūt legē tuā post terga sua. Et ꝓphetas tuos occiderūt qui ꝯtestabant̄ eos ut reuerterēt̄ ad te: fecerūtq̄ꝫ blasphemias grādes. Et dedisti eos i manū hostiū suoꝝ: ⁊ afflixerūt eos. Et in t̄pe tribulacōis sue clamauerūt ad te: ⁊ tu de celo audisti · et scd̄m miseracōes tuas multas dedisti eis saluatores: qui saluarēt eos de manu hostiū suorum. Cūq̄ꝫ requieuissent reuersi sūt ut facerent malū in ꝯspectu tuo: et dereliquisti eos in manu inimicoꝝ suoꝝ: et possederunt eos. Conuersiq̄ꝫ sūt · ⁊ clamauerūt ad te. Tu autē de celo exaudisti ⁊ liberasti eos · in misericordijs tuis multis temporibꝫ: et cōtestatus es eos ut reuerterent̄ ad legē tuā. Ipi vero superbe egerūt: et nō audierūt mandata tua · et in iudicijs tuis peccauerūt: q̄ faciet homo · et viuet in eis. Et dederūt humerū recedētē: et ceruicē suā indurauerūt: nec audier̄t. Et ꝓtraxisti sup eos ānos multos: et ꝯtestat⁹ es eos in spū tuo ꝑ manū ꝓphetaꝝ tuoꝝ et nō audierūt: ⁊ tradidisti eos · in manū ꝑplorum terraruꝫ. In misericordijs autem tuis plurimis non fecisti eos in ꝯsumpcōeꝫ: nec dereliquisti eos: quoniā deus miserationū ⁊ clemēs es tu. Nūc itaq̄ꝫ de⁹ noster: magne · fortis ⁊ terribilis · custodiēs pactū ⁊ misericordiā: ne auertas a facie tua omeꝫ laborē q̄ inuenit nos · reges nr̄os · p̄ncipes nr̄os · et sacerdotes nr̄os · et ꝓphas nr̄os · et p̄res nr̄os · et omēꝫ populū tuū: a diebꝫ regis assur usq̄ꝫ in diem hanc. Et tu iustus es in omibꝫ que venerūt sup nos · q2 veritatē fecisti: nos aūt impie egim⁹. Reges nostri · principes nr̄i · sacerdotes nostri · et patres nostri · nō fecerūt legem tuā: et non attenderūt mandata tua et testimonia tua q̄ testificatus es in eis. Et ipi in regnis suis bonis · ⁊ in bonitate tua multa quā dederas eis · et in terra latissima et pingui quā tradideras in conspectu eoꝝ · nō fuier̄t tibi: nec reūsi sūt a studijs suis pessimis. Ecce nos ipsi hodie fui sumus: et t̄ra quā dedisti patribꝫ nostris ut comederent panē eius ⁊ que bona sūt ei⁹: et nos ipi fui sumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibꝫ quos posuisti sup nos ꝓpter peccata nr̄a et corporibꝫ nostris dominant̄ et iumētis

alius

nostris scd̄m volūtatē suam: et in tribulati-
one magna sumus. Sup oĩbꝫ ergo hijs
nosipi ꝑcutim⁹ fedus et scribimus: et signāt
pn̄cipes nr̄i: leuite nr̄i ⁊ sac̄dotes nr̄i.

X

Signatores aūt fuerūt. neemias athersa-
tha. filius achelai: ⁊ sedechias. saraias.
azarias. ihieremias. phessur. amarias. melchi-
as. accus sebenia. melluc maarem. merimuth.
obdias. daniel. genton. baruch. mosollam.
abia. miamin. mazia. belga. semeia. hij sacer-
dotes. Porro leuite: iosue filius azarie. ben-
nui de filijs enadad. cedmihel. ⁊ fratres eo-
rum: sechenia. odeuia. celita. phalaia. anan.
micha. roob. asebia. zacchur. serebia. saba-
nia. odia. bani. baninu. Capita ꝑpli: feros.
phetmoab. elam. zethu. bani. bonni. azgad.
bebai. adonaya. beggoai. adin. ather. eze-
chia. azur. odeuia. asum. besai. areph. ana-
thot. nebai. mechphia. mosollam. azir. me-
sizabel. sadoch. ieddua. felthia. anan. ania.
osee. anania. asub. aloes. phaleam. sobech.
reum. asebna. madsia. ethaia. hanan anan
melluch arem. baana: et reliqui de ꝑplo. Sa-
cerdotes. leuite. ianitores. et cantores. na-
thinnei. et oēs qui se separauerūt de ꝑplis
terrarꝝ ad legē dei. vxores eoꝝ. filij eoꝝ.
et filie eoꝝ. oēs qui poterant sapere spon-
dentes ꝓ fratribꝫ suis: optimates eoꝝ. ⁊ q
veniebant ad pollicendū. et iurandū. ut am-
bularent in lege dn̄i quā dederat in manu
moysi serui sui: ut facerēt ⁊ custodirent vniū-
sa mandata dn̄i dei nr̄i. et iudicia eius. ⁊ ceri-
monias eius: et ut nō daremus filias nr̄as
ꝑplo terre: et filias eoꝝ nō acciperem⁹ filijs
nr̄is. Populi q̄ꝫ terre qui importāt venalia.
et oĩa ad vsum ꝑ diem sabbati ut vēdāt:
nō accipiemus ab eis in sabbato. et in die
sanctificato. Et dimittemus annū septimū:
et exactionē vniūse manus. Et statuemus
sup nos p̄cepta. vt demus terciā partē sicli
per annū ad opus domus dei nr̄i: ad panes
ꝓpositiōnis. ⁊ ad sacrificiū sempiternū. ⁊ in
olocaustū sempiternū in sabbatis in kalen-
dis. in solēnitatibꝫ. et in sanctificatis. et pro
peccato. ut exoret̄ ꝓ israhel: et in omnē vsū
domus dei nr̄i. Sortes ergo misim⁹ super
oblacōnem lignoꝝ inter sacerdotes ⁊ leui-
tas ⁊ ꝑplm. ut inferret̄ in domū dei nostri ꝑ
domos patrū nostroꝝ ꝑ tēpora a tēporibꝫ
anni vsq̄ꝫ ad ānū: ut arderēt sup altare dn̄i
dei nr̄i. sicut scriptum est in lege moysi. Et ut
afferremus p̄mogenita t̄re nr̄e. et p̄mitiua
vniūsi fructus omnis ligni. ab āno in annū.
in domo dn̄i: et p̄mitiua filioꝝ nr̄oꝝ et peco-
rū nr̄oꝝ sicut scriptū est in lege: et p̄mitiua
boū nr̄oꝝ ⁊ ouiū nr̄aꝝ. ut offerent̄ in domo
dei nostri sacerdotibꝫ qui ministrāt in domo
dei nr̄i. Et p̄micias ciboꝝ nr̄oꝝ. ⁊ libaminū
nr̄oꝝ. ⁊ poma omnis ligni. vindemie q̄ꝫ et
olei afferem⁹ sacerdotibꝫ ad gazophilati
um dei nr̄i: et decimā partē terre nr̄e leuitis.
Ipi leuite decimas accipiēt ex oĩbꝫ ciuita-
tibus operū nostroꝝ. Erit aūt sacerdos fili-
us aaron cū leuitis in decimis leuitaꝝ: et le-
uite offerēt decimā partē decime sue in domo
dei nostri ad gazophilatiū in domo thesau-
ri. Ad gazophilatiū enim deportabūt filij
israhel. ⁊ filij leui p̄micias frumenti et vini et
olei: et ibi erūt vasa dn̄i sanctificata. et sacer-
dotes ⁊ cātores ⁊ ianitores et ministri: et nō
dimittemus domum dei nostri.

XI

Habitauerūt autē principes ꝑpli in ihe-
rusalem. Reliqua vero plebs misit sor-
tem. vt tolleret vnā partē de decē qui habi-
taturi essent in iherusalē ciuitate sancta: no-
uem vero partes in ciuitatibus. Benedixit
aūt ꝑplus oĩbꝫ viris qui se sponte obtule-
rant vt habitarēt in iherusalē. Hij sūt itaq̄ꝫ
principes ꝓuincie q̄ habitauerūt in iherusa-
lem et in ciuitatibꝫ iuda. Habitauit autem
vnusquisq̄ꝫ in possessione sua in vrbibꝫ suis
israhel: sacerdotes. leuite. nathinnei. ⁊ filij s-
uoꝝ salomonis. Et in iherusalem habitaue-
rūt de filijs iuda: et de filijs beniamin. De fi-
lijs iuda: athaias filius aziam. filij zacharie.
filij amarie. filij saphatie. filij malalehel. De
filijs phares: ismaasia. filius baruch. filius
coloza. filius azia. filius addaya. fili⁹ ioarib.
fili⁹ zacharie. fili⁹ filonites. Omnes filij pha-
res qui habitauerūt in iherusalē: quadrin-
genti sexaginta nouē viri fortes. Hij sūt au-
tem filij beniamin. Sellū filius mosollā. fili⁹
ioed. filius phadaia. filius colaia. filius ma-
sia. filius etheel. filius ysaia. Et post eū geb-
bai sellai: nongenti uiginti octo. Et iohel fili⁹
zechri ꝓpositus eoꝝ: et iudas filius sennua

ſup ciuitatē ſecūdus. Et de ſacerdotibꝫ ida-
ia filius ioarib. iachin. ſaraia filius helchie.
filius moſollam. filius ſadoch. filius merai-
oth. filius ahitob pn̄cipes domus dei: et fra-
tres eoꝝ facientes opa templi. octingenti-
uigintiduo. Et adaia filius ieroam. filius
pheleia filius amſi. filius zacharie. filiꝰ phe-
ſur. filius melchie. et frēs eius principes pa-
trū: ducentiq̄dragintaduo. Et amaſai. filiꝰ
azrihel. filius azi. filius moſollamoth. filius
emmer. et fratres eoꝝ potentes nimis. cen-
tumuigintiocto: et ꝑpoſitus eoꝝ. zabdihel
filius potentū. Et de leuitis: ſebenia filius a-
ſob. filius azaricā. filius aſabia. filius boni.
et ſabathai. et iozabeth. ſup oīa opa que
erant foriſecus in domo dei a principibꝫ le-
uitaꝝ. Et mathania filius micha. filius ze-
bedei filius aſaph princeps ad laudandū.
et ad ꝯfitendū in oracōne: et becbecias ſcd̄s
de fratribꝫ eius: et abda filius ſamuha. filiꝰ
galal. filius ydithun. Om̄es leuite in ciuita-
te ſancta: ducentioctogintaq̄tuor. Et iani-
tores: accub telmon. et frēs eoꝝ qui cuſto-
diebant hoſtia. centumſeptuagitaduo. Et
reliqui ex iſrahel ſacerdotes. et leuite in vni-
uerſis ciuitatibꝫ iuda. vnuſquiſq; in poſſeſſi-
one ſua: et nathinnei qui habitabant ī ofel.
et ſyaha. et gaſpha. De nathinneis. et epīs
leuitaꝝ in iheruſalē: azzi filius banni. filius
aſabie. filius mathanie. filiꝰ miche. De filijs
aſaph: cātores in miniſteio domus dei. Pre-
ceptū quippe regis ſup eos erat: et ordo in
cantoribꝫ ꝑ dies ſingulos: et fathaia filius
meſezebel. de filijs zara. filij iuda in manu re-
gis iuxta omne verbū populi: et in domibus
ꝑ omnes regiones eoꝝ. De filijs iuda ha-
bitauerūt in cariatharbe. et in filiabꝫ eius.
et in dibon. et in filiabꝫ eius. et in capſeel. et ī
viculis eiꝰ: ꝛ in ieſue. et ī molada. et in beth-
faleth. ꝛ in aſerſual. et in berſabee ꝛ in filiabꝫ
eiꝰ: et in ſicelech ꝛ in mochona. et in filiabus
eiꝰ: et in remmon. et in ſara. et in iermuth.
zonoa. odollam. ꝛ in villis eaꝝ: lachis. ꝛ in
regionibꝫ eiꝰ. azecha et in filiabꝫ eius. Et
manſerūt in berſabee vſq; ad vallē ennon.
Filij aūt beniamin. ageba. mechmas. ꝛ hai.
et bethel. ꝛ filiabꝫ eiꝰ: anathot. nob. anana. a-
ſor. rama. gethai. madid. ſeboim. neballath.

Het ono ville artificū: et de leuitis. porcōes iu-
dę ſūt aūt ſa- ¶ de ꝛ beniamin. **XII.**
cerdotes ꝛ leuite. qui aſcenderūt cū
zorobabel filio ſalathiel. et ioſue: ſaraia. ihe-
remias. eſdras. amaria. melluch. accꝰ ſeche-
nias. reum. merimuth. addo. genthō. abya.
miamin. madia. belga. ſemeia. et ioarib. et y-
daia. ſellū. amoch. elceia. adaia. Iſti pn̄cipes
ſacerdotū ꝛ fratres eoꝝ in diebꝫ ioſue. Por-
ro leuite. ieſua. bennui. cedmihel. ſarabia. iuda.
mathanias. ſup ymnos ipi ꝛ frēs eoꝝ: ꝛ bec-
becia. atq; ethanni. et frēs eoꝝ vnuſquiſq;
in officio ſuo. Joſue aūt genuit ioachim. et
ioachim genuit eliaſib. ꝛ eliaſib genuit ioia-
da: et ioiada genuit ionathan. et ionathan
genuit ieddua. In diebꝫ aūt ioachim erant
ſacerdotes. principes familiaꝝ. ſaraie. maa-
rie. iheremie. aname. eſdre. moſollā. amarie.
iohannan. milico. ionathan. ſebenie. ioſeph.
aran. edna. maraioth. elci. adaie. zacharie.
genthon. moſollam abie. zecheri. miamin. et
moadie. felti. belge. ſammua. ſemeie. ioa-
than. ioarib. mathanai. iodaie. azzi. ſellaie
celaia. mochober. elchie. aſebie. ydaie. na-
thanahel. Leuite in diebꝫ eliaſib. et ioiada.
et ionathan. et ieddoa. ſcripti principes fa-
miliaꝝ ꝛ ſacerdotes in regno darij perſe. Filij
leui principes familiaꝝ ſcripti in libro vbo-
rū dieꝝ: et vſq; ad dies ionathan. filij elia-
ſib. Et principes leuitaꝝ. aſebia. ſerebia. et
ieſue filius cedmihel: et fratres eoꝝ ꝑ vices
ſuas: ut laudarent. et ꝯfiterentꝰ iuxta prece-
ptū dauid viri dei: et obſeruarent eque per
ordinem. Mathania. et becbecia. et obedia.
moſollā. thelmon. accub. cuſtodes portarū.
et veſtibuloꝝ ante portas. Hij in diebꝫ ioa-
chim filij ioſue. filij ioſedech: et in diebꝫ nee-
mie ducis. et eſdre ſacerdotis ſcribeq;. In de-
dicacōne aūt muri iheruſalē. requiſierunt le-
uitas de oībꝫ locis ſuis ut adducerēt eos
in iheruſalē: et facerent dedicacōē ꝛ leticiā.
in actōe grāꝝ. et cantico. et in cȳbalis. pſal-
terijs ꝛ cytharis. Congregati ſunt aūt filij
cantoꝝ. et de campeſtribꝫ circa iheruſalē. et
de villis netuphati. ꝛ de domo galgal. et de
regionibꝫ geba. et aſmaueth: quoniā villas
edificauerūt ſibi cātores in circuitu iheruſa-
lem. Et mūdati ſunt ſacerdotes ꝛ leuite: et

mūdauerūt populū· et portas ⁊ murū. Ascē-
dere aūt feci principes iuda sup murū: ⁊ sta-
tui duos magnos choros laudantiū. Et ie-
rūt ad dexteram sup murū ad portā sterq̄li-
nij. Et iuit post eos osaias· et media ps prī-
cipū iuda: et azarias· esdra· et mosollam· iu-
da· et beniamin· et semeia· et iheremia. Et de
filijs sacerdotū in tubis: zacharias filius io-
nathan· filius semeie· filius mathanie· filius
michaie· filius zechur· filius asaph: ⁊ frēs ei⁹
semeia· et azarel· malalai· galalai· maai· na-
thanahel· et iuda· et anani· in vasis cātici da-
uid viri dei: et esdras scriba āte eos in porta
fontis. Et ↄtra eos ascenderūt in gradibus
ciuitatis dauid· in ascensu muri sup domuz
dauid: et usq3 ad portam aquaꝝ ad oriētē.
Et chorus scd̄s grās referentiū ibat ex ad-
uerso· et ego post eū: et media ps ꝑpli sup
murū· et sup turriz furnoꝝ· ⁊ vsq3 ad murū
latissimū· ⁊ sup portam ephraim· ⁊ sup portā
ātiquā· et sup portā piscīū ⁊ turriz ananehel·
et turrim emath· et vsq3 ad portam gregis:
et steterūt in porta custodie. Steteruntq3
duo chori laudantiū in domo dei: ⁊ ego ⁊ di-
midia pars magistratuū mecū. Et sacerdo-
tes· eliachim· maasia miamin· michea· elioe-
nai· zacharia· et anania in tubis: et maasia
et semeia· et eleazar· ⁊ azi· et iohānan· ⁊ mel-
chia· et elam· et ezer. Et clare cecinerūt can-
tores: et iezraia ꝓpositus. Et immolauerunt
in die illa victimas magnas: et letati sunt.
Deus enim letificauerat eos leticia magna.
Sed ⁊ vxores eoꝝ et liberi gauisi sūt: et au-
dita est leticia ihrlm ꝓcul. Recensuerunt q3
in die illa viros sup gazophilacia thesauri
ad libamina· ⁊ ad primicias· et ad decīās·
vt introferrent ꝑ eos principes ciuitatis in
decore grāꝝ actiones sacerdotes ⁊ leuitas:
q2 letificatus est iuda in sacerdotib9· et leui-
tis astantib9. Et custodierūt obseruacōem
dei sui· et obseruacōez expiationis: ⁊ canto-
res ⁊ ianitores· iuxta preceptuz dauid ⁊ sa-
lomonis filij ei⁹: q2 in dieb9 dauid ⁊ asaph
ab exordio erant principes ↄstituti cantoꝝ
in carmine laudantiū ⁊ ↄfitentiū deo. Et oīs
israhel in dieb9 zorobabel ⁊ in dieb9 neemie
dabant partes cantorib9 ⁊ ianitorib9 ꝑ dies
singulos: ⁊ sanctificabant leuitas: et leuite
sanctificabant filios aaron.

IN die autez illo lectū est in volumine moy-
si: audiēte populo. Et inuentū est scriptū in
eo q2 non debeant introire āmonites ⁊ mo-
abites in ecc̄iam dei usq3 in eternū eo q2 non
occurrerint filijs israhel cū pane ⁊ aqua: et
ↄduxerūt aduersū eos balaam ad maledi-
cendū eis: ⁊ ↄuertit deus noster maledictio-
nem in benedictōem. Factum est autē cum
audissent legem: separauerūt omnē alieni-
genā ab israhel. Et sup hoc erāt eliasib sacer-
dos qui fuerat ꝓpositus in gazophilatio do-
mus dei nostri: et ꝓximus tobie. Fecit ergo
sibi gazopgilaciū grāde: ⁊ ibi erāt ante eū
reponētes munera ⁊ thus· et vasa· et decīam
frumenti· vini ⁊ olei: partes leuitaꝝ ⁊ cātoꝝ
et ianitoꝝ ⁊ ꝓmicias sacerdotales. In om-
bus autem hijs non fui in iherusalē: quia in
anno tricesimosecūdo artarxersis regis ba-
bilonis veni ad regez. Et in fine dieꝝ roga-
ui regem· et veni in ihrlm. Et intellexi maluz
quod fecerat heliasib tobie: ut faceret ei the-
saurū in vestibulis domus dei: ⁊ malū michi
visum est valde. Et ꝓieci vasa domus tobie
foras de gazophilatio: ꝓcepiq3 ⁊ emūdaue-
rūt gazophilatiū. Et retuli ibi vasa domus
dei· sacrificiū ⁊ thus. Et cognoui q2 partes
leuitaꝝ nō fuissent date: ⁊ fugisset vnusquis-
q3 in regionē suā de leuitis ⁊ cantorib9 et de
hijs qui ministrabant: ⁊ egi causaz aduer-
sum magistratus· et dixi. Quare dereliq̄mus
domū dei? Et ↄgregaui eos: et feci stare in
stacōnib9 suis. Et omnis iuda apportabat
decimā frumēti· vini· et olei· in horrea. Et cō-
stituimus sup horrea selemiā sacerdotē· ⁊ sa-
doch scribam· et fadaiam de leuitis: ⁊ iuxta
eos anan filiū zacchur filiū mathanie· qm̄ fi-
deles ↄprobati sunt: et ip̄is credite sūt ꝑtes
fratrū suoꝝ. Memēto mei deus meus pro
hoc: ⁊ ne deleas miseracōes meas quas feci
in domo dei mei ⁊ in cerimonijs eius. In die-
bus illis vidi in iuda calcantes torcularia ī
sabbato: portantes aceruos ⁊ onerātes sup
asinos vinū ⁊ vuas· et ficus ⁊ oīne onus: et
inferentes in ihrlm die sabbati. Et ↄtestat⁹
sū ut in die qua vendere liceret· venderent.
Et tirij habitauerūt in ea: inferentes pisces·
et omnia venalia. Et vendebant in sabbatis

filijs iuda ⁊ ihrusalē. Et obiurgaui optia-
tes iuda: et dixi eis. Que est hec res mala
quam vos facitis: ⁊ pphanatis diē sabbti?
Nūquid non hec fecerūt pr̄es nostri: et ad-
duxit deus noster sup nos om̄e malū hoc: ⁊
sup ciuitatem hanc? Et vos additis iracun-
diam sup israhel: violando sabbatū. Factū
est autē cū quieuissent porte ihrl̄m die sab-
bati: dixi: et clauserūt ianuas: et p̄cepi ut nō
apirent eas vsq; post sabbatū. Et de pueris
meis cōstitui sup portas: ut nullus inferret
onus die sabbati. Et manserūt negociato-
res ⁊ vendentes vniūsa venalia foris iheru-
salē semel ⁊ bis: ⁊ ↄtestatus sū eos: ⁊ dixi eis.
Quare manetis ex aduerso muri? Si secū-
do hoc feceritis: manū mittam in vos. Itaq;
ex tempore illo non venerūt in sabbato. Di-
xiq; leuitis vt mūdarent̄ et venirent ad cu-
stodiendas portas: et sanctificandam diē
sabbati. Et p hoc ergo memēto mei deus: ⁊
parce michi secundū multitudinē miseracō-
nū tuaꝝ. Sed ⁊ in diebus illis vidi iudeos
ducentes vxores azotidas: ammonitidas ⁊
moabitidas. Et filij eoꝝ ex media parte lo-
quebāt̄ azotice: ⁊ nesciebāt loq̄ iudaice: et
loq̄bant̄ iuxta linguā populi ⁊ populi. Et
obiurgaui eos: ⁊ maledixi. Et cecidi ex eis
viros ⁊ decaluaui eos: ⁊ adiuraui i deo vt nō
darēt filias suas filijs eoꝝ: ⁊ non acciperēt
de filiab; eoꝝ filijs suis ⁊ sibimetipsis dicēs.
Nunquid non in huiuscemodi peccauit sa-
lomon rex israhel? Et certe in gentib; mltis
nō erat rex similis ei: ⁊ dilcūs deo suo erat:
et posuit eum deus regem sup om̄em israhel.
Et ip̄m ergo duxerūt ad peccatū mulieres
alienigene. Nunquid ⁊ nos inobediētes fa-
ciemus omne malū grande hoc: ut p̄uarice-
mur in deo nostro: et ducamus vxores pegri-
nas? De filijs aūt ioiada filij eliasib sac̄do-
tis magni: gener eāt sanaballath oronitis:
quē fugaui a me. Recordare domine deus
me⁹ aduersum eos qui polluūt sacerdotiū:
iusq; sac̄dotale ⁊ leuiticū. Igit̄ mūdaui eos
ab omnib; alienigenis: et cōstitui ordines
sacerdotū ⁊ leuitaꝝ vnūquēq; in ministeio
suo: ⁊ i oblacōe lignoꝝ i tpib; ↄstitutis ⁊ in
p̄mitijs. Memēto mei de⁹ me⁹ in bonū. Amē.

Explicit liber neemie qui ē esdre scd̄s.

Incipit liber esdre tercius. Capitulū primū

Et fecit iosias pascha in
iherosolimis domino:
et immolauit phase q̈r-
tadecīa luna p̄mi mēs:
statuēs sacerdotes p
vices dieꝝ stolis ami-
ctos i tēplo dn̄i. Et di-
xit leuitis sacris fuis israhel: ut sanctificarēt
se domino in positiōe sancte arche domini in
domo quam edificauit salomō filius dauid
rex. Non erit vobis tollere super humeros
eam. Et nūc deseruite domino vr̄o ⁊ curā agi-
te gentis illius israhel ex parte scd̄m pagos
et trib; vr̄as secundū scripturā dauid regis
israhel. et secundū magnificentiā salomonis
filij eius: om̄es in templo ⁊ scd̄m particulaꝝ
principatus paternā vr̄am: eoꝝ qui stāt in
ↄspcū fratrū filioꝝ isrl̄. Immolate pascha:
et sacrificia parate fratrib; vestris: et facite
secundū preceptū domini q̄d datū est moysi.
Et donauit iosias in plebem q̄ inuēta ē oui-
agnoꝝ et hedoꝝ: et capraꝝ: triginta milia:
vitulos tria milia. Hec de regalib; data sūt
secundū p̄missionem populo: ⁊ sacerdotib;
in pascha: oues numero duo milia: ac vituli
centū. Et iechonias ⁊ semeias. et nathanael
fratres. et asabias. et oziel. et corabā in pha-
se. oues quīq; milia: vitulos quingētos. Et
hec cū fierēt eleganter: steterūt sacerdotes
et leuite habētes azima p trib;. Et scd̄m par-
tes principatus patrū in ↄspectu populi of-
ferebant domino: secundū ea q̄ in libro moy-
si scripta sunt. Et assauerūt phase igni put
oportebat: et hostias coxerūt in eneis ⁊ in
ollis cū beniuolentia. Et attulerūt om̄ibus
qui erant ex plebe: ⁊ post hec parauerūt sibi
et sacerdotib;. Sacerdotes eni offerebāt
adipes vsq; dū finita esset hora: et leuite pa-
rauerūt sibi ⁊ fratrib; suis filijs aaron. Et sa-
crificatores filias offerebant. secundū ordi-
nem. secundū preceptū dauid. et asaph: et
zacharias. et ieddinus qui erat a rege. ⁊ ho-
stiarij p singulas ianuas: ita ut nō p̄uarica-
ret vnusquisq; suā. Fratres eni eoꝝ paraue-
rūt illis. Et ↄsummata sunt que ptinebant
ad sacrificiū domini. In illa die egert̄ phase:
et offerebant hostias sup domini sacrificiū

secundū preceptū regis iosie. Et egerūt filij israhel qui inuenti sūt in tempore illo phase: et diem festi azimorū p dies septē. Et non ē celebratū phase tale in israhel a temporibus samuel ꝓphete: et omēs reges israhel non celebrauerunt tale pascha quale egit iosias. et sacerdotes. et leuite. et iudei. et omnis isrl̄. qui inuenti sūt in ꝯmoracōne iherosolimis Octauodecimo anno regnante iosia celebratū ē phase. Et directa sūt opa iosie ī cōspectu domini sui in corde pleno metuentis. et que circa illū quidem ꝯscripta sūt in p̄stinis temporibꝫ de eis qui peccauerunt quiqꝫ irreligiosi fuerūt in dominū pre omī gente: et qui nō quesierūt verba domini sup israhel. Et post omēz actum hūc iosie ascēdit pharao rex egipti veniēs in carchamis abicere sup eufraten: et exijt in obuiam illius iosias. Et misit rex egipti ad iosiam dicēs. Quid michi et tibi est rex iude? Nō sū missus a domino. Sup eufraten enim bellū meū est. Festinans descende. Et nō est reuersus iosias super currū: sed expugnare eū conabatur. non attendēs verbū ꝓphete ex ore domini: sꝫ ꝯstituit ad eū bellū in campo mageddo. Et descenderūt principes ad regem iosiaz. Et dixit rex pueris suis. Amouete me a p̄lio. Infirmatus sum enim valde. Et statim amouerūt eum pueri ipius de acie. Et ascendit sup currū secundariū suū: et puemēs iherosolimā vita functus est: et sepultus est in p̄rno sepulcro. Et in tota iudea lugebant iosiaz: et qui p̄sidebant cū vxoribꝫ lamentabāt eū vsqꝫ in hūc diez. Et datū est hoc fieri semp in omne genus israhel. Hec autez p̄scripta sunt in libro historiarū reguz iude: et singula gesta. actus iosie et eius gloria. et intellectus eius in lege domini: qꝛ eque gesta sūt ab eo et que non scripta sunt in libro regum israhel et iude. Et assumētes qui erāt ex gēte iechoniam filiū iosie ꝯstituerūt regē pro iosia patre suo. cū esset ānorū trigintatriū: et regnauit sup israhel mēsibꝫ tribꝫ. Et amouit eū rex egipti ne regnaret ī iherosolimis: et mulctauit gentē argenti talenta centuz: et auri talentū vnū. Et ꝯstituit rex egipti regem ioakim frēm ipius regez iude et ihrlm: et alligauit magistratus ioachim zaracelem

fratrem suū: et apprehendēs reduxit egiptū. Annorum erat ioakim vigintiquinqꝫ cum regnare cepisset in terra iuda et in iherusalē: et fecit malū in conspectu domini. Post hūc autem ascendit nabuchodonosor rex babilonis: et alligans eū in aureo vinculo pduxit in babiloniā: et sacra vasa domini accepit nabuchodonosor. et tulit. et ꝯsecrauit in templo suo in babilonia. Nam de immundicia illius. et irreligiositate scriptū est in libro tēporū regum. Et regnauit ioachim filius eiꝰ p eo. Cū aūt ꝯstitutus est erat annorū octo. Regnauit autem menses tres et dies decem in iherusalez: et fecit malū in ꝯspectu dn̄i. Et post annū mittens nabuchodonosor trāsmigrauit eū babiloniam simul cū sacris vasis domini: et ꝯstituit sedechiam regem iuda et iherusalem. cū esset ānorū vigintiunius. Regnauit autē annis vndecim. Et fecit maluz in ꝯspectu domini: et non est veritus a vbis que dicta sūt ab iheremia ꝓpheta ex ore dn̄i. Et adiuratus a rege nabuchodonosor pirrās discessit: et indurata ceruice sua. et corde suo. transgressus est legitima domini dei isrl̄. Et duces populi domini multa inique gesserūt et impie egerūt sup omēs immundicias gentiū: et polluerūt tēplū domini qđ sanctū erat in iherosolimis. Et misit deus p̄rm suorū p angelū suū reuocare eos: ꝓpter qđ parceret illis et tabernaculo suo. Ipsi vero subsannabant in angelis suis: et qua die locutus est dominus erant illudentes ꝓphetis eius. Qui usqꝫ ad iracundiam ꝯcitatus est. super gentē suam ꝓpter irreligiositatem suam: et p̄cepit ascendere reges chaldeorū. Hij occiderūt iuuenes eorū in gladio. in circuitu sancti templi eorū: et nō pepercerūt iuueni et seni. et virgini et adolescenti: sed omnes traditi sunt in manus ipoꝝ et omia sacra vasa dn̄i. et regales apothecas resumentes tulerūt in babiloniā: et incenderūt domū dn̄i et demolierūt muros iherusalē: et turres eius incēderunt in igne. Et ꝯsumauerūt omia honorifica eius: et ad nichilū redegerūt: et reliquos a gladio in babilonē. Et erāt serui illius usqꝫ dū regnarēt perse. in repletione vbi dn̄i in ore iheremie: quousqꝫ benigne ageret terra sabbata sua. Omni tempore desertionis sue

sabbtizauit in applicacōe ānoꝝ septuagita.

REgnante cyro rege persarū in **II** cōsūmacōe verbi dn̄i in ore iheremie suscitauit dn̄s spiritū cyri regis persarū: et p̄dicauit in toto regno suo simul p scripturā dicens. Hec dicit cyrus rex persarum. Me ꝯstituit regem orbi terraꝝ dn̄s israhel dn̄s excelsus: ⁊ significauit michi edificaē domū sibi in ihrlm que est in iudea. Si quis ē ex gen̄e vr̄o: dn̄s ipius ascendat cū eo in iherusalē. Quotquot ergo circa loca habitant adiuuēt eos qui sunt in loco ipso in auro et argēto in dationibꝫ cum equis. et iumētis: cūqꝫ aliis q̄ scd̄m vota apponūtur in edem dn̄i que ē in ihrlm. Et stantes principes tribuū pagoꝝ et iudee ex tribu beniamin et sacerdotes ⁊ leuite. quos excitauit dn̄s ascendē ⁊ edificare domū dn̄i que ē in ihrlm: ⁊ qui erāt in circuitu eoꝝ adiuuerūt in omi auro ⁊ argēto eius ⁊ iumentis ⁊ votis quā pluribꝫ: multi quoꝝ sensus excitatus ē. Et cyrus rex ꝓtulit vasa sacra dn̄i que transtulit nabuchodonosor rex babilonis ex iherusalem. et cōsecrauit ea ydolo suo. Et ꝓferēs ea cyrus rex persaꝝ tradidit nutridato qui erat sup thesauros ipsius. Per hūc autem tradita sūt salmanasaro p̄sidi iudee. Hoꝝ aūt hic numerus. Libatoria argētea. duo milia quadringēta: athisce argētee trigita: phiale auree triginta: item argentee duo milia q̄drigente: et alia vasa mille. Omia autē vasa aurea. et argentea quinqꝫ milia octingenta sexaginta. Et enumerata sunt salmanasaro simul cū hiis q̄ ex captiuitate babilonie venerāt in iherosolimā. In artarxersis autē regis persarū tempibꝫ scripsert ei de hiis qui inhabitabāt in iudea ⁊ ihrlm. balsam9 ⁊ nutridat9 ⁊ sabellius ⁊ rathim9 balthemus samelius scriba: et reliqui inhabitātes in samaria. et ceteris locis subiectā epistolā regi artarxersi. Dn̄e pueri tui rathimus ab accedentibus. et sabellius scriba: et reliqui curie tue iudices in celeusiriā ⁊ phenicē. Et nūc notū sit dn̄o regi: quoniā iudei qui ascenderūt a vobis ad nos venietes in ihrlm ciuitatē refugam ⁊ pessimā edificant furnos eius: et statuūt muros. et templum suscitant. Qd̄ si ciuitas ista ⁊ muri ꝯsūmati fuerint non tantū tributa non sustinebunt pendere: sed etiā regibꝫ resistent. Et qꝛ id agitur circa templū: recte haberi arbitrati sumus nō despicē hoc ipm. sed notū facere dn̄o regi: ut si videbit᷑ rex. querat᷑ in libris patrū tuoꝝ: ⁊ inuenies in ammonicōibus scripta de hiis: scies qm̄ ciuitas ista fuit refuga. et reges ⁊ ciuitates ꝯcutiēs: ⁊ iudei refuge ⁊ p̄lia cōmittētes in ea ab eterno: ob quā causā ciuitas ista deserta est. Nūc ergo notum facimus domine rex: qm̄ si ciuitas hec edificata fueit ⁊ huius muri erecti fuerint: descensus tibi non erit in celeusiriā. et phenicē. Tūc scripsit rex rathimo qui scribebat accedentia. et belthimo ⁊ sabellio scribe: et ceteris ꝯstitutis. et inhabitantibꝫ in siria. et phenice ea q̄ subiecta sūt. Legi epistolā quā misistis michi. Precepi ergo inquiri: ⁊ inuentum est. quoniā ciuitas illa est ab euo regibꝫ resistēs et homies refuge. et p̄lia in ea efficiētes: et reges fortissimi erāt in ihrlm dn̄antes et tributa exigentes. a celeusiria ⁊ phenice. Nūc ergo p̄cepi ꝓhibere homines illos edificaē ciuitatē. et ꝓhibere ne quid vltra hec fiat: sed nec ꝓcedant in plurimū: ex qua sūt malicie ita vt regibꝫ molestia importetur. **III**

TUnc recitatis hiis q̄ a rege artarxerse scripta fuerant rathimus ⁊ sabellius scriba ⁊ qui cū hiis ꝯstituti erant iungētes festinanter venerūt in ihrlm. cū equitatu et turba. et agmine: ceperūtqꝫ edificantes ꝓhibere. Et vacabāt ab edificacōe templi in iherusalē: usqꝫ scd̄o anno regni darii regis persaꝝ. Rex darius fecit cenam magnā omībꝫ vernaculis suis: ⁊ omnibꝫ magistratibꝫ medie ⁊ p̄sidis et omībꝫ purpuratis. ⁊ p̄toribꝫ et consulibꝫ. et p̄fectis sub illo ab india usqꝫ ethiopiam: centūuigintiseptē ꝓuinciis. Et cū manducassent. et bibissent ⁊ saciati reuerterent᷑. tūc darius rex ascendit in cubiculo suo: et dormiuit ⁊ expgefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes qui custodiebant corpus regis: dixerūt alter alteri. Dicamus vnusquisqꝫ nostrū sermonē qui p̄cellat: ⁊ cuiuscūqꝫ apparuerit sermo sapientior alterius: dabit illi rex darius dona magna. purpura coopiri ⁊ in auro bibere ⁊ sup aurū dormire. et currum aureū freno. et cydarim

bissimam. et torquē circa colluz: et sedo loco sedebit a dario ꝓpter sapientiā suā: et ognatus darij vocabit᷑. Tunc scribentes singuli suū v̄bū signauerūt: et posuerūt subtus ceruical darij regis: et dixerūt. Cumqꝫ surrexerit rex dabimus illi scripta nostra: et quodcūqꝫ iudicauerit rex et tribꝫ et magistratus psidis quomā v̄bū eius sapientius est: ipsi dabit᷑ victoria sicut scriptū est. Vnus scripsit. Fortē ē vinū. Alius scripsit. Fortior ē rex. Tercius scripsit. Fortiores sūt mulieres: sup oīa autē vincit veritas. Et cū surrexisset rex acceperūt scripta sua: et dederunt illi. et legit. Et mittens vocauit oēs magistratus psarum. et medos. et purpuratos. et p̄tores. et prefectos: et sederūt in ocilio: et lecta sūt scripta coram ipsis. Et dixit. Vocate adolescentes. et ipsi iudicabūt v̄ba sua. Et vocati sūt et introierunt. Et dixit illis. Judicate nobis de hijs que scripta sūt. Et cepit p̄or qui dixerat de fortitudine vini. Et dixit. Viri quam p̄ualet vinū omībꝫ hominibꝫ qui bibūt illud. Seducit mentē. Jtēqꝫ regis et orphani facit mentē vanā. Jtez serui ac liberi pauperis ac diuitis et oēz mētez ouertit in securitatē. et iocunditatē: et non meminit oēz tristiciā et debitū: et omnia p̄cordia facit honesta: et non meminit regē nec magistratū: et omnia p talenta loqui facit. Et nō meminerūt cū biberint amiciciā nec fraternitatē: sed post non multū sumūt gladios: et cum a vino mersermit et surrexerint non inueniūt q̄ gesserūt. O viri num p̄cellit vinū? Quis sic cogitat facē? Et tacuit hoc dicto. IIII

Et inchoauit sequens dicere: q̄ dixit de fortitudine regis. O viri: num p̄cellūt homines. qui terram et mare obtinent. et omnia que in eis sūt? Rex aūt sup oīa precellit. et dominat᷑ eorum: et omne quodcūqꝫ dixerit illis faciūt. Et si miserit illos ad bellatores: vadūt et demoliunt mōtes et muros. et turres. Jugulant᷑ et iugulāt: et regis v̄bū non p̄tereūt. Nam si vicerint. afferūt regi omnia quecūqꝫ p̄dati fuerint. Similiter et alij omnes et quotquot non militant nec pugnant sed colūt terrā: rursum cū fuerint metentes afferūt tributa regi. Et ip̄se vnus solus si dixerit occidite occidunt. dixerit remittite remittunt: dixerit percutite. pcutiūt. dixerit exterminate extermināt. dixerit edificate edificāt. dixerit excidite excidūt. dixerit plantate plantāt: et omnis plebs et v̄tutes eū obaudiūt: et sup hoc ip̄e recumbit. et bibit et dormit. Hij autē custodiūt in circuitu eum: et non possunt ire singuli et facere opa sua: sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri: quomodo nō p̄cellet rex qui sic diffamat᷑? Et tacuit. Tercius qui dixerat de mulieribꝫ et veritate. hic est zorobabel: cepit loqui. Viri. nō magnus rex. et multi homines: nec vinū p̄cellit. Quis est ergo qui domiat᷑ eorum? Nonne mulieres genuerūt regem et oēz populū qui dominat᷑ maris et terre: et ex illis nati sūt. et ip̄e educauerūt eos qui plātauerūt vineas ex quibꝫ vinū fit? Et ipse faciunt stolas oīm hominū: et ipsi faciunt gloriam hominibꝫ: et nō possunt homines separari a mulieribꝫ. Si ogregauerint aurū et argentum. et oēz rem speciosam et viderint mulierem vnam bono habitu et bona specie: oīa hec relinquentes in eam intendūt. et aperto ore cōspiciūt: et eam alliciūt magis q̄ aurū et argētū. et oēz rē p̄ciosam. Hō suū p̄rez relinq̄t q̄ enutriuit illū et suā regionē: et ad mulierē se oiungit. Et cū muliere remittit aīam: et neqꝫ patrē meminit. neqꝫ matrē neqꝫ regionem. Et hinc oportet vos scire: quomā mulieres dominant᷑ vestri. Nonne doletis? Et accipit homo gladiū suū et vadit in viam facē furta et homicidia et mare nauigaē et flumia: et leonem videt et in tenebris ingredit᷑: et cū furtum fecerit et fraudes et rapinas. amabili sue affert. Et iterū diligit homo vxorē suam magis q̄ p̄rez aut matrē. Et multi dementes facti sūt ꝓpter vxores suas: et serui facti sunt ꝓpter illas: et multi pierūt et iugulati sunt. et peccauerūt ꝓpter mulieres. Et nunc credite michi q᷑ magnus est rex. in p̄tāte sua: quoniam oēs regiones verent᷑ tangere eum. Videbam tamen apemen filiam bezacis. mirifici ocubinā regis. sedentē iuxta regez ad dexteram: et auferentē diadema de capite eius. et imponentē sibi: et palmis cedebat regem de sinistra manu. Et sup hec aperto ore intuebatur eam: et si arriserit ei ridet: nā si indignata ei fuerit blāditur. donec recōciliet᷑

in gratiam. O viri: cur nō sunt fortiores mu-
lieres? Magna est terra: et excelsū est celū.
Quis ista agit? Et tunc rex ⁊ purpurati in-
tuebant᷑ in alterutrū. Et inchoauit loqui de
veritate. O viri: nōne fortes sūt mulieres?
Magna est terra: et excelsū ē celū: et velox
cursus solis ꝯuertit in gyro celū in locū suū
in vna die. Nonne magnificus ē qui hec fa-
cit? Et veritas magna: et fortior pre omibꝫ.
Oīs terra veritatē inuocat: celū etiā ipaꝫ
benedicit: et oīa opa mouent᷑ ⁊ tremunt
eā: et non est cū ea quicq̄ iniquū. Vinū ini-
quū: iniquus rex. Iniqui oīes filij hoim: et
iniqua illoꝝ omnia opa: et non ē in ipis ve-
ritas. Et in sua iniquitate pibūt: et veritas
manet ⁊ inualescit ineternū: et viuit. et opti-
net in secula seculoꝝ. Nec ē apud eā accipe-
re psonas. neqꝫ differentias: sed que iusta
sūt facit oībꝫ. iniustis ac malignis. et oēs
benignāt᷑ in opibꝫ ei9. Et non ē in iudicio
eius iniquū: sed fortitudo. et regnū. ⁊ ptās.
et maiestas oim euoꝝ. Bñdictus deus ve-
ritatis. Et desijt loquēdo. Et omnes ppli cla-
mauerūt: ⁊ dixerūt. Magna est veritas et
pualet. Tunc rex ait illi. Pete si quid vis
amplius q̄ꝫ que scripta sūt: ⁊ dabo tibi scdꝫ
qd inuētus es sapiētior: et pximus michi se-
debis: ⁊ cognatus meus vocaberis. Tūc ait
regi. Memor esto voti tui qd vouisti edifi-
care iherusalē in die qua regnū accepisti: ⁊
oīa vasa q̄ accepta sunt ex ihrlm remittē:
q̄ separauit cyrus quādo mactauit babilo-
niā. et voluit remittere eā ibi. Et tu voluisti
edificare tēplū: quod incenderūt ydumei
quando exterminata est iudea a chaldeis.
Et nunc hoc est quod postulo domine ⁊ qd
peto: hoc est maiestas a te quod postulo:
vt facias votum qd vouisti regi celi ex ore
tuo. Tunc surgens darius rex osculatus ē
illū: et scripsit epistolā ad oēs dispensato-
res. ⁊ pfectos. et purpuratos. ut deducerēt
eum: ⁊ eos qui cū illo erant. oēs ascendē-
tes edificare iherusalem. Et oībꝫ pfectis
qui erant in syria ⁊ phenice ⁊ libano scripsit
epistolas: vt traherēt ligna cedrina a liba-
no in iherusalem: ut edificarent cū eis ciuita-
tē. Et scripsit oībꝫ iudeis qui ascendebāt
a regno in iudeā p libertate: oēmqꝫ potentē
et magistratū ⁊ pfectū non supuenire ad ia-
nuas ipoꝝ: ⁊ oēꝫ regionē quā optinuerāt
esse immunē eis: et ydumei relinquēt castel-
la q̄ optinent iudeoꝝ: et in structuram tem-
pli dare p singulos annos talenta viginti
vsqꝫ dū pedificaret᷑: et sup sacrariū olocau-
stomata ꝯstilare quotidie sicut habent pce-
ptuꝫ: alia talēta decem offerre per singulos
annos: et omnibꝫ qui pcedūt a babilonia
condere ciuitatē: ut esset libertas tam ipsis
q̄ꝫ filijs eoꝝ: et oībꝫ sacerdotibꝫ qui pce-
dūt. Scripsit aūt ⁊ quantitatē. et sacraꝫ sto-
lā iussit dari in qua deseruirent: et leuitis scri-
psit dare pcepta usqꝫ in diem quaꝯsumma-
bitur domus ⁊ iherusalem extruet᷑: et oībꝫ
custodiētibꝫ ciuitatē scripsit dare eis sortes
et stipendia. Et dimisit omnia vasa q̄ sepa-
rauerat cyrus a babilonia: ⁊ omnia quecūꝫ
dixit cyrus ⁊ ipe pcepit fieri: et mitti ihrlm.
Et cū pcessissꝫ ille adolescens. eleuans faciē
in ihrlm: benedixit regē celi ⁊ dixit. Abs te
est victoria: et abs te ē sapientia. et claritas.
Et ego seruus tuus sū. Benedictus es. q̄ de-
disti michi sapientiā: et tibi ꝯfitebor domine
deus patrū nroꝝ. Et accepit eplas: ⁊ profe-
ctus est in babiloniaꝫ. Et venit ⁊ nunciauit
fratribꝫ suis omnibꝫ q̄ fuerūt in babilonia:
et benedixerūt deum patrū suoꝝ. quoniā de-
dit illis remissionem ⁊ refrigeriū. ut ascēde-
rent ⁊ edificarent ihrlm ⁊ templū vbi nomi-
natū est nomen eius in ipo: et exultauerūt
cū musicis ⁊ leticia diebus septem. V

Post hec autem electi sunt ut ascende-
rent principes pagoꝝ p domos per
tribus suas: ⁊ vxores illoꝝ. et filij. et filie eo-
rū. et serui ⁊ ancille ipoꝝ. ⁊ pecora illoꝝ. Et
darius rex misit vna cum eis equites mille
donec deducerent eos in ihrlm cū pace ⁊ cū
musicis. et cū tympanis ⁊ tibijs: et oēs frēs
erant ludentes: ⁊ fecit eos ascendere simul
cū eis. Et hec sūt noīa viroꝝ qui ascēderūt p
pagos suos ī tribꝫ ⁊ in ptē pncipatus ipoꝝ.
Sacerdotes: filij phinees. filij aaron. ihūs
filius iosedech: ioachim filius zorobabel fi-
lij salathiel de domo dauid. ex pgenie pha-
res tribu aūt iuda: qui locutus est sb dario
rege persaꝝ sermones mirificos in secundo
anno regni ipius mense nisan primo. Sūt

aūt hij qui ascenderūt ex iudea de captiui-
tate transmigracōnis: quos transmigrauit
nabuchodonosor rex babiloīe in babilonē:
et reuersus est in ihrlm. Et requisiuit partē
iudee vnusquisqꝫ ciuitatē suā qui venerunt
cū zorobabel · et ihesu: neemias · areores · eli-
meo · emmanio · mardocheo · beelsuro · mech-
psatochor · olioro emonia · vnus de principi-
bus eoꝝ: et numerus a gentilibꝫ eoꝝ ex
ꝓpositis eoꝝ. Filij phares: duo milia centū-
septuagintaduo. Filij ares: tria milia quin-
quagintaseptē. Filij femo: centū quadragī-
taduo. In filijs ihesu · et ioabes · milletrecen-
tiduo. Filij demu: duo milia quadringenti-
septuaginta. Filij choraba: ducentiquinqꝫ.
Filij banica: cētūsexagītaocto. Filij bebech:
quadringētitres. Filij archad: quadringē-
tiuigintiseptē. Filij chan: trigintaseptē. Fi-
lij zoroar: duo milia sexagintaseptē. Filij
adinu: quadringentisexagintaunus. Filij
aderectis: centumocto. Filij ciaso ⁊ zelas:
centumseptē. Filij azoroc: quadringentitri-
gintanouem. Filij iedarbone: centūtrigīta-
duo. Filij ananie: centūtriginta. Filij asom.
Filij marsar: quadringentiuigintiduo. Filij
zabarus: nonagintaquīqꝫ. Filij sepolemō:
centumuigintitres. Filij nepopas: quinqua-
gintaquīqꝫ. Filij hechanatus: centūquīqua-
gintaocto. Filij cebethamus: centūtrigīta-
duo. Filij crearpatros: ꝙ enocadies ⁊ mo-
die: quadringentiuigintitres. Qui ex gra-
mas · et gabea: centumuigintiunus. Qui ex
besselon · ⁊ ceagge: sexagintaquīqꝫ. Qui ex
bastaro: centumuigintiduo. Qui ex beche-
nobes: quinquagintaquīqꝫ. Filij liptis: cē-
tumquinquagintaquinqꝫ. Filij labonni: tre-
centiquinquaginta septē. Filij sichem: tre-
centiseptuaginta. Filij suadon ⁊ cliomus.
trecentiseptuagintaocto Filij ericus: duo
milia centūquadragintaquīqꝫ. Filij anaas:
trecentiseptuaginta. Sacdotes. Filij ied-
dus · filij euther · filij eliasib: trecētiseptuagī-
taduo. Filij emerus: ducentiquīquaginta-
duo. Filij fasurij: trecentiquinqꝫgintaseptē.
Filij caree: ducentiuigintiseptē. Leuite. Filij
ihesu in cadulhel · et bamis · et serebias · ⁊ edi-
as: septuagintaqtuor. Omnis numerus · a
duodecīo āno: triginta milia quadringēti
sexagintaduo. Filij ⁊ filie · et vxores · omnis
ꝯputacō · quadragīta milia ducēti quadra-
gintaduo. Filij sacerdotū qui psallebāt in
templo · filij asaph: centūuigintiocto. Ostia-
rij vero · filij esmenni · filij azer · filij amon · filij
accuba · topa · filij tobi: omnes centūtrigita-
nouem. Sacerdotes seruientes in templo.
Filij sel · filij gaspha · filij tabloch · filij carie · fi-
lij su · filij hellu · filij labana · filij armacha · filij
accub · filij vtha · filij cetha · filij aggab · filij
obai · filij anani · filij canna · filij geddu · filij
an · filij radin · filij desanon · filij nechoba · filij
caseba · filij gaze · filij ozni · filij simone · filij at-
tre · filij hastem · filij asiana · filij manei · filij na-
sisim · filij accusu · filij agista · filij azui · filij fa-
uon · filij fasalon · filij meedda · filij fusa · filij
caree · filij barcus · filij saree · filij coesi · filij na-
sith · filij agisti · filij pedon: salomon filij eius:
filij asophot · filij phazida · filij celi · filij dedō.
filij gaddahel · filij sephegi · filij aggia · filij
sachareth · filij sabathen · filij caroneth · filij
malsith · filij ame · filij sasus · filij addus · filij
suba · filij eura · filij rahotis · filij phasphat · fi-
lij malmon. Omnes sacro seruiētes · et puei
salomonis: quadringētioctogītaduo. Hij
sunt filij qui ascenderunt a chermel ⁊ thersa.
principes eoꝝ · carmellam · et careth · et non
poterant edicere ciuitates suas · ⁊ ꝓgenies:
quēadmodū sint ex israhel: filij dalari · filij
tubal · filij nechodaici · ex sacerdotibꝫ ꝙ fun-
gebant sacerdotio ⁊ nō sunt inuenti: filij o-
bya · filij achisos · filij addin: ꝙ accepit vxo-
rem ex filiabꝫ phargeleu ⁊ vocati sūt nomīe
eius. Et hoꝝ quesita est generis scripta in-
pedatura ⁊ nō est inuenta: et ꝓhibiti sunt sa-
cerdotio fungi. Et dixit illis neemias · et a-
stharas ne participēt sancta: donec surgat
pōtifex doctus in ostēsionē ⁊ veritatē. Omis
aūt israhel erat duodecim milia: exceptis s-
uis et ancillis quadraginta milia trecentiq-
draginta. Serui hoꝝ ⁊ ācille · septem milia
trecētitrigintaseptē: cantores ⁊ cantatrices.
ducentisexagintaquinqꝫ. Cameli · quadrin-
gentitrigintaquinqꝫ: equi septem milia tri-
gintasex: muli ducenta milia quadragita-
quinqꝫ: subiugalia quīqꝫ milia vigintiquīqꝫ.
Et de ꝓpositis ipis ꝑ pagos · dū venirēt in tē-
plū domini quod erat in ihrlm: innouare et

suscitare tēplū in loco suo secūdū suā ꝟtutē·
et dari in templū·thesaurū operū sacrū·auri
mnas·duodecī milia·et stolas sacerdotales
centū. Et habitauerūt sacerdotes ⁊ leuite·
et qui exierāt de plebe in iherusalē ⁊ in regi-
one: et sacri cantores·et ostiarij·et omīs isrl'
in regionibꝰ suis. Instante aūt septīo men-
se·cumqꝫ essent filij israhel vnusquisqꝫ in suis
rebꝰ: ꝯuenerūt vnanimes in atriū qđ erat
ante ianuā orientalē. Et stantes ihesus filiꝰ
iosedech·et fratres eius sacerdotes·⁊ zoro-
babel filius salathiel·⁊ huius frēs·paraue-
rūt altare: ut offerrent sup illud olocausto-
mata scđm que in libro moysi hominis dei
scripta sūt. Et ꝯuenerunt sibi ex alijs nacō-
nibꝰ terre: et erexerunt sacrariū in loco suo
omnes gentes terre: et offerebant hostias
et olocaustomata dn̄o matutina. Et egerūt
scenophegia·et diem solemnē sicut ꝑceptū
est in lege: et sacrificia quotidie sicut opor-
tebat: et post hec oblacōes institutas·et ho-
stias sabbatoꝝ·et neomeniaꝝ·et dieꝝ so-
lemniū omniū sanctificatoꝝ. Et quotquot
vouebant domino a neomenia septimi mē-
sis ceperūt hostias offerre deo: et templum
domini nondū erat edificatū. Et dederūt pe-
cuniā lapidarijs·et fabris: et potū et pabu-
la cū gaudio. Et dederūt carra sydonijs et
tyrijs·ut transueherēt illis de libano trabes
cedrinas ⁊ facerent rates in ioppe portū: se-
cundū decretū quod scriptū erat eis a cyro
rege persaꝝ. Et in scđo anno venientes in
templū dei in iherusalem·mense secundo in-
choauit zorobabel filius salathiel·et ihesus
filius iosedech·et fratres ipsoꝝ·et sacerdo-
tes·et leuite·et omnes qui aduenerāt de ca-
ptiuitate in ihrlm: et fundauerūt templū dei·
nouilunio secundi mensis scđi anni cū venis-
sent in iudeam ⁊ iherusalem. Et statuerunt
leuitas a viginti annis sup opera domini. Et
stetit ihesus ⁊ filius eius·et frēs·omēs leui-
te: ꝯspirantes·et executores legis·faciētes
opera in domo domini. Et steterūt sacerdo-
tes habentes stolas cū tubis: et leuite filij
asaph habentes cymbala·collaudātes do-
minū ⁊ benedicentes secundū dauid regē
israhel. Et cantabāt canticū domino: quoni-
am dulcedo eius ⁊ honor in secula sup omē
israhel. Et omnis populus tuba cecinerūt: et
ꝓclamauerūt voce magna: collaudantes
dominū in suscitacōne domus domini. Et ve-
nerūt ex sacerdotibꝰ ⁊ leuitis·et p̄sidētibꝰ
scđm pagos·senioribꝰ qui viderant pristi-
nā domū: ⁊ ad huius edificacōem cū clamo-
re ⁊ planctu magno·⁊ multi cū tubis ⁊ gau-
dio magno: intantū ut populus nō audiēt
tubas ꝓpter planctū ꝑpli. Turba enim erat
tubis canens magnifice: ita ut longe audi-
retur. Et audierūt inimici tribus iude et ben-
iamin: et venerūt scire que esset vox tubaꝝ.
Et cognouerūt: quoniā qui erāt ex captiui-
tate edificāt templū domino deo israhel. Et
accedētes ad zorobabel·et ihesū·et ꝑpositos
pagoꝝ dixerūt eis. Edificabimus vna vo-
biscū. Similiter enim audiuimus dominū
nostrū: et ipsi pariter incedimus a diebus
asbasareth regis assirioꝝ: qui transmigra-
uit nos huc. Et dixit illis zorobabel·et ihūs·
et principes pagoꝝ israhel. Non est nobis
et vobis edificare domū dei nostri. Nos eni
soli edificabimus domino israhel: scđm ea q̄
p̄cepit nobis cyrus rex psarū. Gentes aūt
terre incubantes hijs qui sūt in iudea·et le-
uantes opus edificacōis·⁊ insidias ⁊ ꝑplos
adducentes·ꝓhibebāt eos edificare: ⁊ ag-
gressuras exercētes impedierūt ne ꝯsumaret
edificiū omī tpe vite cyri regis: et ꝓtraxerūt
structuram p biennium usqꝫ ad darij regnū.

VE

In secundo autem anno regni darij.
ꝓphauit aggeus ⁊ zacharias filius addo
ꝓphete apud iudeam ⁊ iherusalē: in nomie
dei israhel sup eos. Tunc stans zorobabel fi-
lius salathiel·et ihūs filius iosedech: incho-
auerūt edificare domū domini que est in ihe-
rusalem: cū adessent eis ꝓphete domini ⁊ ad-
iuuarent eos. In ipo tempore venit ad illos
sysennes subregulus syrie ⁊ phenicis·et sa-
thraboranes ⁊ sodales eius: ⁊ dixerunt eis.
Quo p̄cipiente vobis domū hāc edificare:
et tectū istud ⁊ alia omia pficitis? Et q̄ sūt
structores qui hec edificant? Et habuerūt
gratiam·visitacōne facta sup eos qui erāt
ex captiuitate a domino seniores iudeoꝝ:
et non sūt impediti edificare donec significa-
retur dario de omībꝰ istis: ⁊ responsū accipe-
retur. Exemplū epistole: quā miserūt dario.

Sysennes subregulus syrie ⁊ phenicis. et
satrabozanes. et sodales eius: in syria ⁊ phe=
nice p̄sides: regi dario salutē. Om̄ia nota
sint dn̄o regi: q̄ cū aduenissemus in regio=
nem iudee. et introissemus in iherusalē. in=
uenimus edificantes domū dei magnā ⁊ tē=
plū ex lapidib9 politis ⁊ magnis. et p̄ciosis
materijs in parietib9. ⁊ opera illa instanter
fieri. et suffragare ⁊ p̄sperare in manib9 eo=
rū. et in omni gloria q̄ diligētissime perfici.
Tunc interrogauimus seniores. dicentes.
Quo p̄mittēte vobis edificatis domū istā:
et opera hec fundatis? Ideo aūt interroga=
uimus: vt notū faceremus tibi homines et
p̄positos: et nominū scripturā p̄positoꝝ po=
stulauimus illos. At illi responderūt nob̄
dicētes. Nos sumus serui domini qui fecit
celum ⁊ terrā: et edificabat᷑ hec domus ante
annos istos multos a rege israhel magno
et fortissimo: ⁊ consummata est. Et quoniā
patres nostri exacerbantes erant et pecca=
uerūt in deū israhel. tradidit eos in manus
nabuchodonosor regis babilonie. regis
chaldeoꝝ: et domū istā demoliētes incēde=
rūt: et populū captiuū duxerūt in babilonē.
In primo anno regnāte cyro rege babilo=
nie. scripsit cyrus rex domū hanc edificaē:
et illa sacra vasa aurea ⁊ argentea q̄ extule=
rat nabuchodonosor de domo que est in ihe=
rusalē. et ꝯsecrauerat ea in suo templo: rur=
sus p̄tulit ea cyrus rex de templo qđ erat ī
babilonia. et tradita sūt zorobabel ⁊ salma=
nasaro subregulo. Et p̄ceptū est eis vt of=
ferrent hec vasa. ⁊ reponerent in tēplo qđ
erat in iherusalē: ⁊ ip̄m templū dei edificare
in loco suo. Tunc salmanasarus ſbiecit fun=
damenta domus domini q̄ est in iherusalē.
et exinde usq̧ nūc edificatur: et nō accepit
ꝯsummacōem. Nūc ergo si iudicat᷑ a te o
rex. p̄quirat᷑ in regalib9 bibliothecis cyri
regis que sūt in babilonia: et si inuentū fue=
rit consilio cyri regis ceptā esse structurā
domus domini que est in ihrlm. et iudicat᷑
a domino rege nr̄o: scribat de hijs nobis.
Tunc rex darius p̄cepit inquiri in biblio=
thecis et inuētus est in egbathanis opido
qđ ē in media regione locus vnus in quo
scripta erāt ista. Anno p̄mo regnāte cyro
rex cyrus p̄cepit domū domini que ē in ihe=
rusalem edificare. vbi incēdebant igni assi=
duo: cuius altitudo sit cubitoꝝ decē ⁊ latitu=
do cubitoꝝ sexaginta quadratū lapidibus
politis trib9. et meniano ligneo eiusdē regi=
onis. et meniano vno nouo: et impēdia da=
ri de domo cyri regis: et sacra vasa domus
dn̄i tam aurea q̄ argētea que extulit nabu=
chodonosor. in domū domini que est in ihe=
rusalem vbi erāt posita: ut ponant᷑ illic. Et
p̄cepit curā agere sysennē subregulū syrie
et phenicis. et zatrabuzannā ⁊ sodales eius.
et qui ordinati erāt in syria ⁊ phenice presi=
des. ut abstinerēt se ab eodem loco. Et ego
q̧ꝫ p̄cepi in totū edificare: ⁊ p̄spexi ut adiu=
uēt eos q̄ sūt ex captiuitate iudeoꝝ donec
ꝯsummet᷑ templū edis domini: et a vexacō=
ne tributoꝝ syrieceles. et phenice. diligen=
ter quantitatē dari hijs hominibus ad sa=
crificiū dn̄i zorobabel p̄fecto ad thauros et
arietes ⁊ agnos: similiter aūt ⁊ frumentū ⁊
sal ⁊ vinū ⁊ oleū instanter p singulos ānos.
p̄ut sacerdotes qui sūt in ihrlm dictauerīt
consumi quotidie sine vlla dilacōe: ut offe=
rāt᷑ libacōes sūmo deo p̄ rege ⁊ pueris ei9.
et orēt p̄ ipoꝝ vita. Et denūtiet᷑: vt quicūq̧
trāsgressi fuerint aliquid ex hijs q̄ scripta
sūt. aut spreuerint. accipiatur lignū de suis
p̄prijs. ⁊ suspendāt᷑: et bona ipoꝝ regi ascri=
bant᷑. Propterea ⁊ dominus cuius nomē
inuocatū est ibi. exterminet om̄ez regem et
gentē. qui manū suam extenderit p̄hibere
aut male tractare domū domini illam que
est in iherusalem. Ego darius rex decreui.
q̄ diligentissime secundū hec fieri. VII

Tunc sysennes subregulus celesyrie
et phenicis. et satrabuzanes ⁊ soda=
les. obsecuti hijs que a dario rege erāt de=
creta. insistebāt sacrosanctis opib9 diligē=
tissime cooperātes cū seniorib9 iudeoꝝ p̄n=
cipib9 syrie: ⁊ p̄spata sūt sacrosancta op̄a:
p̄phetantib9 aggeo ⁊ zacharia p̄phetis. Et
ꝯsummauerūt om̄ia p̄ p̄ceptū dn̄i dei isrl̄: et
ex ꝯsilio cyri ⁊ darij. et artarxersis regis
persaꝝ. Et consūmata est domus nr̄a usq̧
ad terciam ⁊ vicesimam diē mens̄ adar: se=
xto anno darij regis. Et fecerūt filij israhel.
et sacerdotes. et leuite. et ceteri qui erāt ex

captiuitate qui appositi sunt: scđm ea q̄ scri-
pta sunt in libro moysi. Et optulerūt in de-
dicacōez templi dn̄i thauros. centū. arietes
ducentos. agnos quadringentos: ⁊ hedos
ꝓ pccīs vniuersi israhel duodecim: secūdū
numerū tribuū israhel. Et steterūt sacđotes
⁊ leuite amicti stolis ꝑ tribꝫ sup opa dn̄i dei
israhel. secundū librū moysi: et ostiarij ꝑ sin-
gulas ianuas. Et egerūt filij israhel cū hijs
qui erāt ex captiuitate illud phase quarta-
decima luna mensis primi: quando sanctifi-
cati sunt sacerdotes ⁊ leuite. Omnes filij ca-
ptiuitatis nō sūt simul sanctificati: q꞉ leuite
omnes simul sanctificati sunt. Et immolaue-
rūt phase vniuersi filij captiuitatis: et fratri-
bus suis sacerdotibꝫ ⁊ sibimetipsis. Et man-
ducauerūt filij israhel q̄ erant ex captiuitate
oēs qui remanserāt ab oībꝫ execracōni-
bus gentiū terre. querentes dominū: ⁊ cele-
brauerūt diem festū azimoꝝ septē diebus
epulantes in ꝯspectu domini. quoniā ꝯuer-
tit conciliū regis assirioꝝ in eos: ꝯfortare
manus eoꝝ ad opera domini dei isrl'. Et pꝰ
hunc. regnāte artarxerse persaꝝ rege. ac-
cessit esdras filius azarie. filij helchie. filij so-
lome. filij sadoch. filij achitob. filij ameri. fi-
lij azahei. filij bocci. filij abysue. filij phinees.
filij eleazari. filij aarō primi sacerdotis: hic
esdras ascendit de babilonia. cū esset scriba
et ingeniosus in lege moysi que data est a
domino israhel: docere ⁊ facere. Et dedit ei
rex gloriā. q꞉ inuenisset grām in oīni dignita-
te ⁊ desiderio: in ꝯspectu eiꝰ. Et ascēderūt si-
mul cū ipo ex filijs isrl'. et sacđotibꝫ ⁊ leuitis.
et sacris cātoribꝫ tēpli: et ostiarijs. et seruis
tēpli in ihrlm. Anno septīo regnāte artar-
xerse in quīto mense: hic ānus septimus est
regni: exeuntes de babilonia nouilunio qⁿ-
ti mensis venerūt iherosolimā iuxta p̄ceptū
illius: secundū ꝓsperitatē itineris a domino
ipoꝝ datā eis. In hijs eni esdras magnaz
disciplinā obtinebat ne p̄termitteret q̄cq̄
eoꝝ que essent ex lege domini ⁊ preceptis:
et docēdo vniuersū isrl' oīez iusticiā et iudi-
ciū. Accedētes aūt q̄ scribebāt scripta artar-
xersis regis. tradiderūt scriptū qđ obuene-
rat ab artarxerse rege. ad esdrā sacđotē et
lectorē legis dn̄i: cuius exēplū subiectū est.

R Ex artarxerses. esdre sacer- **VIII**
doti ⁊ lectori legis domini salutē. Hu-
manior ego iudicans in beneficijs. precepi
eis qui desiderāt ex gente iudeoꝝ sua spon-
te. et ex sacerdotibꝫ ⁊ leuitis q̄ sūt in regno
meo: comitari tecū in ihrlm. Si qui ergo cu-
piūt ire tecū cōueniāt ⁊ ꝓficiscant' sicut pla-
cuit michi. et septem amicis meis ꝯsiliarijs:
vt visitent ea q̄ agunt' secundū iudeam et
iherusalē obsuātes sicut habes in lege dn̄i:
et ferant munera domino israhel. q̄ voui ego
et amici iherusalē: et omne aurum ⁊ argentū
quod inuentū fuerit in regione babilonie.
domino in iherusalem cū illo quod est dona-
tum ꝑ ipa gente in templū dn̄i eoꝝ quod ē
in iherusalē: ut colligat' hoc aurū ⁊ argentū
ad thauros ⁊ arietes. et agnos ⁊ hedos. et
q̄ hijs sūt ꝯgruētia: ut offerāt hostias dn̄o
sup altare domini ipoꝝ quod est in ihrlm.
Et omnia quecūqꝫ volueris cū fratribꝫ tuis
facere auro ⁊ argento. ꝑfice ꝓ volūtate tua
secundū preceptū domini dei tui: et sacroscā
vasa que data sūt tibi ad opera domus dn̄i
dei tui q̄ est in iherusalē. et cetera quecūqꝫ ti-
bi subuenerint ad opera templi dei tui dabis
de regali gazophilacio: cū volueris cum fra-
tribꝫ tuis facere auro ⁊ argento ꝑfice scđm
voluntatez domini. Et ego quidē rex artar-
xerses precepi custodibꝫ thesauroꝝ syrie et
phenicis: ut quecūqꝫ scripserit esdras sacer-
dos. et lector legis domini diligēter detur ei
vsqꝫ ad argenti talenta centū similiter ⁊ au-
ri: et usqꝫ ad frumenti modios centū. ⁊ vini
amphoras centū: et alia quecūqꝫ abundāt
sine taxacōne. Oīa secūdū legem dei fiant
deo altissimo: ne forte exsurgat ira in regno
regis. et filij ⁊ filioꝝ eiꝰ. Vobis aūt dicitur.
vt oībꝫ sacerdotibꝫ ⁊ leuitis ⁊ sacris can-
toribꝫ et seruis templi ⁊ scribis templi huiꝰ
nullū tributū neqꝫ vlla alia indictō irroget':
nec habeat quisq̄ potestatem obicere eis
quicq̄. Tu aūt esdras secūdū sapientiā dei
ꝯstitue iudices ⁊ arbitros in tota syria ⁊ phe-
nice. et omnes qui legē dei tui non nouerunt
doce: ut quotquot transgressi fuerint legez
diligēter plectant': siue morte. siue cruciatu.
siue etiam pecunie mulctacōne. vel abducti-
one. Et dixit esdras scriba. Bn̄dictus dn̄s

patrū nostroꝝ· qui dedit hanc voluntatē in cor regis clarificare domū suā que ē in iherusalē: et me honorificauit in cōspectu regis· et ꝯsiliarioꝝ· ⁊ amicoꝝ eius· ⁊ purpuratoꝝ eius: et ego cōstās animo factus sū secdm opitulacōem domini dei mei. Et cōgregaui ex israhel viros: ut simul ascenderent mecū. Et hij sunt ꝓpositi secundū suas patrias et pncipatus portionales eoꝝ qui mecū ascenderunt de babilonia: in regno artarxersis. Ex filijs phares: gersom⁹. Ex filijs siemarith: amen⁹. Filioꝝ dauid: accus filius scecalie. Ex filijs phares· et zacharias: et cū eo reuersi sūt viri centūquinquaginta. Ex filijs ductoris moabilionis zaraei: et cū ipo viri ducētiquinquaginta. Ex filijs zacues iechonias zechoeli: ⁊ cum ipo viri ducētiquinquaginta. Ex filijs sala maasias gotholie: et cū ipo viri septuaginta. Ex filijs saphacie· zarias micheli: et cum ipo viri octogita. Ex filijs iob abdias iehcli: et cum ipso viri ducentiduodecim. Ex filijs banie salimoth filius iosaphie: et cum ipo viri centūsexagīta. Ex filijs beer· zacharias bebei: et cū ipso viri ducentiocto. Ex filijs ezead iohānes acechan: et cum ipo viri centumdecē. Ex filijs adonicham ipsis postremis: et hec sunt nomina eoꝝ eliaphalam filius gebel et semeias· et cum ipso viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluuiū qui dicitur thia· et mechati: illic fuimus triduo· et recognoui eos. Et ex filijs sacerdotū ⁊ leuitaꝝ non inueni illic. Et misi ad eleazarū ⁊ eccelom· et masman· ⁊ maloban et enaatha· ⁊ et samea· et ioribum nathan· enuagan· zachariam· ⁊ mosollamum: ipos ductores ⁊ pitos. Et dixi eis· ut venirent ad luddeū cui erat apud locū gazophilacij. Et mandaui eis· ut dicerēt luddeo· et fratribꝫ eius et illis qui erāt in gazophilacio: ut mitterēt nobis eos qui sacerdotio fungerent' in domo domini dei nostri. Et adduxerūt nobis secūdū manū validam domini dei nostri viros peritos· ex filijs mooli· filij leui· filij israhel· sebebian· et filios ⁊ fratres qui erant decē ⁊ octo· asbiam et amin· ex filijs filioꝝ chananei: et filij eoꝝ· viri viginti. Et ex hijs qui in tēplo seruiebant quos dedit dauid· et ipi principes ad opationē leuitis templo seruientiū: ducentiuiginti. Omia nomina significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiuniū iuuenibus in conspectu domini: ut quererē ab eo bonū iter nobis ⁊ qui nobiscū erāt ⁊ filijs ⁊ pecoribus ꝓpter insidias. Erubui enim petere a rege pedites ⁊ equites in comitatu tutele gr̄a: ꝯtra aduersarios nr̄os. Diximus enim regi: quoniā virtus domini erit cū eis· qui inquirūt eū in omi affectu. Et iterū depcati sumus dominū deū nostrū secūdū hec: quē ⁊ ꝓpiciū habuimus: et cōpotes facti sumus deo nr̄o. Et separaui ex plebis ꝓpositis· et sacdotibus templi viros duodecim: et sedebian· et asannan· et cū eis ex fratribꝫ eoꝝ viros decē. Et appendi eis aurū ⁊ argentū· et vasa sacerdotalia domus dei nostri: que donauerat rex· ⁊ ꝯsiliarij eius· et principes· et omis israhel. Et cum appendissem· tradidi argenti talenta centumquinquaginta· et vasa argentea talentoꝝ centū· ⁊ auri talenta centū: ⁊ vasoꝝ aureoꝝ septies viginti: et vasa erea de bono eramento splendētia duodecim· auri speciem reddentia. Et dixi eis. Et vos sancti estis domino ⁊ vasa sunt scā: et aurū ⁊ argētū votū est dn̄o deo patrū nr̄oꝝ. Vigilate et custodite donec tradatis ex plebis ꝓpositis· et sacerdotibꝫ ⁊ leuitis ⁊ principibꝫ ciuitatum israhel in iherusalē: in pastoforio domus dei nostri. Et hij qui susceperūt sacerdotes ⁊ leuite aurū ⁊ argentū· ⁊ vasa intulerūt in iherusalem in templū domini. Et pmouimus a fluuio thia die duodecia mensis primi: usqꝫ quo introiuimus in iherusalē. Et cū factus fuisset tercius dies: quarta autem die ponderatū aurū ⁊ argentū traditum est in domo domini dei nostri· marimoth filio iori sacdoti: et cū ipso erat eleazar filius phinees· et erant cum ipis iosadus filius ihesu· ⁊ medias· et banni filius· leuite: ad numerū ⁊ ad pondus vniuersa. Et scriptū est pondus ipoꝝ eadē hora. Qui aūt venerūt ex captiuitate obtulerūt sacrificiū domino israhel thauros duodecim· ꝓ omi israhel· arietes octogintasex· agnos septuagintaduos· hircos ꝓ peccato duodecim· et ꝓ salute vaccas duodecī: omnia in sacrificiū dn̄i. Et relegerūt pcepta regis regalibꝫ dispensatoribꝫ: ⁊ subregulis

celeusirie·et phenicis: ⁊ honorificauerūt gen-
tem ⁊ templū dñi. Et ꝯsummatis hijs acces-
serūt ad me ꝑpositi dicentes. Nō segrega-
uerūt genus israhel ⁊ principes ⁊ sacerdotes·
et leuite·et alienigene gentes ⁊ nacōes t̃re
immūdicias suas: a chananeis ⁊ etheis· et
pherezeis·et iebuseis·et moabitis·⁊ egipti-
is·et ydumeis. Coniūcti enim sunt filiabus
eoꝝ ⁊ ipsi ⁊ filij eoꝝ: et mixtū est semē scm̄
alienigenis gētibꝫ terre: et participes erāt
ꝑpositi ⁊ magistratus iniquitatis eius ab
inicio ipsius regni. Et mox ut audiui ista cō-
scidi vestimenta ⁊ sacrā tunicā: et lacerās ca-
pillos capitis·et barbam·sedi dolens ⁊ me-
stus. Et ꝯuenerūt quotquot tūc mouebātur
in verbo domini dei israhel ad me lugentē su-
per iniquitatē istam: et sedebam tristis·usq;
ad vesptinū sacrificiū. Et surgens a ieiunio
cōscissa habens vestimēta·et sacrā tunicā: in-
geniculans·et extendens manus ad dñm
dicebam. Domine ꝯfusus sum: et reueritus
sum ante faciē tuā. Peccata enim nr̄a multi-
plicata sūt sup capita nostra: et iniquitates
nostre exaltate sunt usq; ad celū: quoniam
a temporibꝫ patrū nr̄oꝝ sumus in magno
peccato usq; ad diem hūc. Et ꝓpter peccata
nostra ⁊ patrū nostroꝝ sumus traditi cum
fratribus nostris·et cū sacerdotibꝫ nostris·
regibus terre in gladiū ⁊ captiuitatē ⁊ dep-
dacōem cū ꝯfusione: usq; in hodiernū diem.
Et nūc quantū est ꝙ ꝯtigit nobis mīscdia
abs te domine deus: et derelinque nobis ra-
dicem·⁊ nomen in locū sanctificacōis tue·
detegere luminare nostrū in domo domini
dei nostri: dare nobis cibū in omni tempore
seruitutis nostre. Et cū fuiremus nō fuim⁹
derelicti a domino deo nostro: sed cōstituit
nos in grā·ponens nobis reges psaꝝ da-
re cibū·et clarificare templū domini dei nr̄i ⁊
edificare deserta syon: dare nobis stabilita-
tē in iudea ⁊ iherusalē. Et nūc quid dicim⁹
domine habentes hec? Transgressi enim su-
mus p̄cepta tua: que dedisti in manus pu-
eroꝝ tuoꝝ ꝓphetaꝝ dicens. Quoniā terra
in qua introistis possidere hereditatē eius.
terra polluta est coinquinacōibꝫ alienige-
narū terre: et immūdicie illoꝝ repleuerunt
eā tota immūdicia sua. Et nūc filias vestras
non ꝯiungetis filijs eoꝝ·et filias eoꝝ non
accipietis filijs vestris: et nō inquiretis pacē
habere cū illis omni tempore: ut inualescētes
manducetis optima terre· et hereditatē di-
stribuatis filijs vestris vsq; in euū. Et q̄ ꝯtin-
gunt nobis omnia fiunt ꝓpter opera nostra
maligna: et magna pc̄cā nostra. Et dedisti
nobis talem radicē: et rursum reuersi sumus
transgredi legitima tua: vti cōmisceremur·
immūdicie alienigenaꝝ gentiū terre huius.
Nōne irasceris nobis pdere nos·quoadus-
q; non relinquatur radix·et nomē nostrum?
Domine deus israhel verax es. Derelicta est
enim radix usq; in hodiernū diē. Ecce nunc
sumus in ꝯspectu tuo in iniquitatibꝫ nostris.
Nō est enim adhuc stare ante te in hijs. Et
cū adorando confiteretur esdras flens humi
ꝓstratus āte templū: ꝯgregati sūt ante eū
ex iherusalē turba magna valde viri ⁊ muli-
eres·et iuuenes ⁊ iuuēcule. Fletus enim erat
magnus in ipā multitudine. Et cū clamasset
iechonias iehely ex filijs israhel: dixit esdre.
Nos in dominū peccauimus: ꝙ collocauim⁹
nobis in matrimoniū mulieres alienigenas
ex gentibꝫ terre. Et nūc es sup omēz israhel.
In hijs ergo sit iusiurandū a domino expel-
lere omes vxores nr̄as q̄ ex alienigenis sūt.
cū filijs eaꝝ. Sicut tibi decretū est a maiori-
bus secundū legem domini exsurgēs expli-
ca: ad te enim spectat negociū: et nos tecū
sumus. Viriliter fac. Et exsurgēs esdras ad-
iurauit prīcipes sacerdotū·et leuitas ⁊ omēz
israhel facere secūdū hec: et iurauerūt. IX

ET exsurgēs esdras ab ante atriū tem-
pli abijt in pastoforiū ionathe filij na-
sabi: et hospitatus illic nō gustauit panem·
nec aquā bibit: sup iniquitatē multitudinis.
Et facta est p̄dicacō in omni iudea·et in ihe-
rusalē omnibꝫ qui erāt ex captiuitate in ihe-
rusalē ꝯgregari: vt quicūq; non occurrerit
biduo vel triduo diei scd̄m iudiciū assiden-
tiū seniorū·tollerentur facultates sue: et ipse
alienus iudicaretur a multitudine captiuitatis.
Et ꝯgregati sunt omnes qui erant ex tribu
iuda ⁊ beniamin in tribꝫ diebꝫ in iherusalem.
Hic mensis est nonus: dies mensis vicesim⁹.
Et sedit omnis multitudo in area templi tre-
mentes ꝓpter hyemē presentē. Et exsurgēs

esdras dixit illis. Vos inique fecistis collocando vobis in matrimoniū vxores alienigenas: ut adderetis ad peccata israhel. Et nūc date ↄfessionē ⁊ magnificentiā dn̄o deo patrū nostroꝝ: et ꝑficite voluntatē ipius: et discedite a gentibꝫ terre ⁊ ab vxoribus alienigenis. Et clamauit oīs multitudo: et dixerīt voce magna. Sicut dixisti facienꝰ. Sed quoniā multitudo magna est. ⁊ tps hybernū: et non possumus insubsidiati stare. et hoc opus nō est nobis vnius diei. neqꝫ bidui. multū enī in hijs peccauimus: stēt ꝑpositi multitudinis. ⁊ omnes qui nobiscuꝫ inhabitāt. et quotquot habēt vxoēs apud se alienigenas: et assistāt accepto tempoē ex omni loco ꝑsbiteri ⁊ iudices: usquequo soluant iram domini negocij huius. Ionathas aūt filius ezeli. et ozias thecham susceperūt secundū hec: et bosoramus. ⁊ leuis et sabatheus. simul cooperati sūt cum illis. Et steterūt secundū hec omnia vniuersi q̄ erāt ex captiuitate. Et elegit sibi viros esdras sacerdos principes magnos de p̄ribꝫ eoꝝ secundū nomina: ⁊ ↄsederūt nouilunio mēsis decimi examinare negociū istud. Et determinatū est de viris qui habebāt vxores alienigenas usqꝫ ad neomenia primi mēsis: et inuēti sūt ex sacerdotibꝫ ꝑmixti qui habebāt alienigenas vxores. Ex filijs ihesu filij iosedech ⁊ fratribꝫ eius. maseas. ⁊ eliezerꝰ. et loribus. ⁊ ioadeus: et iniecerūt manus vt expellerent vxores suas: ⁊ ad litandū in exoracōem arietē ꝓ ignorantia sua. Et ex filijs semmeri: maseas. ⁊ esses ⁊ ieelech. azarias. Et ex filijs fosere: lisomasias. hismaemis. et nathanae. iussio reddus ⁊ talsas. Et ex leuitis: iorabdus. ⁊ semeis. ⁊ colnis. et calitas. ⁊ facteas. et coluas. ⁊ elionas. Et ex sacris cantoribꝫ: eliasib. zaccarus. Et ex ostiarijs: sallumus. et tolbanes. Et ex israhel: ex filijs foro osi ⁊ remias ⁊ geddias. et melchias. ⁊ michelus. et eleazarus. et iemebias ⁊ bannas. Et ex filijs iolamam: chamas ⁊ zacharias iezrelus. et ioddius et emmoth et helias. Et ex filijs zathoim: eliadas ⁊ liasumꝰ. zochias ⁊ larimoth ⁊ zabdis ⁊ tebedias. Et ex filijs zebes: iohannes ⁊ amamias ⁊ zabdias ⁊ emēs. Et ex filijs banni: olamus

et malluchus ⁊ ieddeus ⁊ iasub ⁊ asabus et ierimoth. Et ex filijs addin: naathus ⁊ moosias et caleus et raanas maaseas mathathias ⁊ beseel ⁊ bonnus ⁊ manasses. Et ex filijs nuae: noneas ⁊ aseas ⁊ melchias ⁊ sameas et symon beniamin ⁊ malchus ⁊ marras. Et ex filijs asom: carianeus mathathias et bānus ⁊ eliphalach ⁊ manasses ⁊ semei. Et ex filijs bāni: iheremias ⁊ moodias ⁊ abramus et iohel ⁊ baneas et pelias ⁊ ionas et marimoth ⁊ eliasib ⁊ mathaneus et eliasis et orisas ⁊ dielus ⁊ semedius ⁊ sambris iosephus. Et ex filijs nobei: idelus ⁊ mathathias et sabadꝰ et zecheda sedmi ⁊ iessei baneas. Oīes isti ↄiunxerūt sibi vxores alienigenas: et dimiserūt eas cū filijs. Et inhabitauerūt sacerdotes ⁊ leuite ⁊ qui erāt ex isrl' in iherusalē ⁊ in tota vna regiōe: nouilunio mensis septimi. Et erāt filij israhel in ↄmorationibꝫ suis. Et ↄgregata ē oīmis multitudo simul in areā q̄ est ab oriente porte sacre. Et dixerūt esdre pontifici. et lectori. ut afferret legem moysi q̄ tradita est a domino deo isrl'. Et attulit esdras pontifex legē oīni multitudini eoꝝ a viro usqꝫ ad mulierē ⁊ oīmibꝫ sacerdotibꝫ: audiē legē nouilunio mēsis septimi. Et legebat in area q̄ est ante sacram portaꝫ templi: a prima luce vsqꝫ ad vesperā. coram viris ⁊ mulieribꝫ. Et dederūt oīes sensū ad legē. Et stetit esdras sacerdos ⁊ lector legis sup ligneū tribunal quod fabricatū erat. Et steterūt ad eū mathathias et samus ananias. azarias. vrias. ezechias ⁊ balsamus ad dexterā: et ad sinistraꝫ faldeus misael. malachias. abusthas. sabꝰ. nabadias. et zacharias. Et assumpsit esdras librū coram omni multitudine: ꝑsidebat enim in gloria in ↄspectu omniū. Et cū absoluisset legē oīes recti steterūt: et benedixit esdras dominū deū altissimū: deū sabaoth omnipotentē. Et r̄ndit omnis populus amē. Et eleuatis sursū manibus: ꝓcidentes in terrā adorauerūt dn̄m. ihesus ⁊ banaeus ⁊ sarabias ⁊ iadimus ⁊ accubus et sabbatheus ⁊ calithes et azarias et ioradus et ananias et filias leuite. qui docebant legē domini: et in multitudine legebāt legē domini: et ꝑferebant singuli eos qui intelligebāt lectionem. Et dixit ad tharates

esdre pontifici ⁊ lectori: et leuitis qui doce-
bāt multitudinē dicēs. Dies hic sanctus ē
dño. Et oĩes flebant cū audissent legem
Digressi ergo mādūcate pinguissima que-
qꝫ: et bibite dulcissima queqꝫ: et mittite mu-
nera hijs qui non habent. Sanctus enim
est hic dies dñi: ⁊ nolite mesti esse. Dñs enī
clarificabit vos. Et leuite denunciabant in
publico omibꝫ dicētes. Dies hic sanctus ē.
Nolite mesti esse. Et abierūt omnes man-
ducare ⁊ bibere ⁊ epulari: et dare munera
hijs qui nō habebant ut epulent̄. Magni-
fice enim sunt exaltati verbis quibꝫ edocti
sunt. Et cōgregati sunt vniuersi in ihrusalē
celebrare: leticiā scd̄m testamētū dñi dei isrl̄.

Explic̄ liber esdre tercius. Incipit lib̄ esdre quartus

Liber esdre
pphete secundus filij
sarei filij azarei filij el-
chie filij sadanie filij
sadoch filij achitob fi-
lij achie filij finees fi-
lij heli filij amerie filij
asiei filij marimoth filij arna filij ozie filij bo-
rith filij abissei filij finees filij eleazar filij aa-
ron ex tribu leui: qui fuit captiuus in regio-
ne medoꝝ in regno artarxersis regis psa-
rū. Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Va-
de ⁊ nūcia pplo meo facinora ipoꝝ et filijs
eoꝝ iniquitates quas in me admiserunt:
ut nūcient filijs filioꝝ quia peccata parētū
ipoꝝ in illis creuerunt. Obliti enim mei sa-
crificauerūt dijs alienis. Nonne ego edu-
xi eos de terra egipti: de domo seruitutis?
Ipsi autem irritauerūt me: et consilia mea
spreuerūt. Tu autē excute comā capitis tui:
et proice oĩa mala sup illos: quoniā non
obedierūt legi mee. Populus aūt est indi-
sciplinatus. Usquequo eos sustinebo qui-
bus tanta beneficia contuli? Reges multos
pter eos subuti: pharaonē cū pueris suis
et oĩez exercitū eius pcussi. Omnes gētes
a facie eoꝝ pdidi: et in oriēte puinciaꝝ du-
aꝝ pplos tyri ⁊ sydonis dissipaui: ⁊ oĩes
aduersarios eoꝝ interfeci. Tu vero loq̄re
ad eos dicēs. Hec dicit dñs. Nempe ergo
vos p mare transmeaui: et plateas vobis
inicio munitas exhibui. Ducez vobis dedi
moysen ⁊ aaron sacerdotē: lucem vobis pe-
columnā ignis prestiti: et magna mirabilia
feci in vobis. Vos autē mei obliti estis dicit
dñs. Hec dicit dñs omnipotēs. Coturnix
vobis in signo fuit: castra vobis ad tutelaz
dedi ⁊ illic murmurastis: et non triūphastis
in nomine meo de pdicōe inimicoꝝ vr̄oꝝ:
sed adhuc nūc usqꝫ murmurastis. Ubi sūt
beneficia que p̄stiti vobis? Nonne in deserto
cū esuriretis pclamastis ad me dicētes: ut
quid nos in desertū istud adduxisti interficē
nos? Melius nobis fuerat seruire egiptijs:
q̄ mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus
vestros: et dedi vobis mānā in escam. Panē
angeloꝝ manducastis. Nōne cum sitiretis
petrā excidi: et fluxerūt aque in saturitate?
Propter estus folijs arboꝝ vos texi. Diuisi
vobis terras pingues: chananeos ⁊ phere-
zeos ⁊ philistinos a facie vestra pieci. Quid
faciam vobis adhuc dicit dñs? Hec dicit
dñs omnipotēs. In deserto cū essetis in flumīe
amorreo sitientes ⁊ blasphemantes nomen
meū: nō ignē vobis pro blasphemijs dedi:
sed mittens lignū in aquaz dulce feci flumē.
Quid tibi faciā iacob? Noluisti obedire iu-
da. Transferā me ad alias gentes: et dabo
eis nomē meū: ut custodiant legitima mea.
Quoniaz me dereliquistis: et ego vos dere-
linquā. Petentibꝫ vobis a me misericordiā
non miserebor: quādo inuocabitis me ego
non exaudiā vos. Maculastis enim manus
vestras sanguine: et pedes vestri impigri sūt
ad cōmittenda homicidia. Non quasi me
dereliquistis: sed vosipsos dicit dñs. Hec
dicit dñs omnipotēs. Nonne ego vos roga-
ui ut pater filios ⁊ ut mat̄ filias ⁊ ut nutrix
puulos suos: ut essetis michi in pplm ⁊ ego
vobis in deuz. et vos michi in filios. et ego
vobis in patrē? Ita vos collegi: ut gallina
pullos suos sub alas suas. Modo aūt q̄d
faciā vobis? Proiciaz vos a facie mea. Ob-
lacōez cū michi attuleritis auertā faciē meā
a vobis. Dies enim festos vestros ⁊ neome-
nia ⁊ circūcisiones repudiaui. Ego misi pu-
eros meos pphetas ad vos: quos acceptos
interfecistis: et laniastis corpoa eoꝝ: quoꝝ
sanguinē exquirā dicit dñs. Hec dicit dñs
omnipotēs. Domus vr̄a deserta ē. Proiciam

vos sicut ventus stipulã: et filij ꝑ creacõez
non faciẽt: quoniã mandatũ meũ neglexerũt.
et quod malũ est coraz me fecerũt. Tradã
domos vr̃as populo venienti qui me non au-
dientes credũt: quibꝫ signa nõ ostendi fa-
ciẽt que ꝑcepi. Prophetas nõ viderunt: et
mẽmorabũt᷑ iniquitatũ eoꝝ. Testor popli
venientis gratiã: cuius paruuli exultãt cum
leticia me nõ videtes oculis carnalibꝫ: sed
spũ credẽtes que dixi. Et nũc frater aspice
que gloria: et vide populũ venientẽ ab ori-
ente: quibꝫ dabo ducatũ abraham isac ⁊ ia-
cob ⁊ osee ⁊ amos et michee ⁊ iohel ⁊ abdie
et ione ⁊ naum ⁊ abacuc sophonie aggei za-
charie ⁊ malachim q̃ ⁊ ãgelus dñi vocat᷒ ẽ.

HEc dicit dominus. Ego eduxi **II**
populũ istũ de seruitute: quibꝫ mãda-
ta dedi ꝑ pueros meos ꝓphetas quos au-
dire noluerũt: sed irrita fecerũt mea ɔsilia.
Mater q̃ eos generauit dicit illis. Ite filij:
quia ego vidua sũ ⁊ derelicta. Educaui vos
cum leticia: et amisi vos cũ luctu et tristicia.
Quoniaz peccastis coram domino deo vr̃o:
et quod malũ est coram eo fecistis. Modo
aũt quid faciam vobis? Ego vidua sũ ⁊ de-
relicta. Ite filij: et petite a domino mĩsc̃diaz.
Ego aũt te pater testem inuoco sup matrẽ
filioꝝ qui noluerũt testamentũ meũ fuaẽ:
vt des eis confusionẽ ⁊ matrẽ eoꝝ in dire-
ptiõem: ne generacõ eoꝝ fiat. Dispgantur
in gentes nomina eoꝝ: deleãt᷑ a terra: qm̃
spreuerũt sacramentũ meũ. Ve tibi assur: q̃
abscondis iniquos penes te. Gens mala
memorare quid fecerim zodome ⁊ gomor-
re: quoꝝ terra iacet in piceis glebis et ag-
geribꝫ cinerũ. Sic dabo eos qui me nõ au-
dierũt: dicit dominus omipotẽs. Hec dicit
dominus ad esdram. Nuncia populo meo:
quoniã dabo eis regnũ iherusalẽ quod da-
turus eram israhel. Et sumã michi gloriam
illoꝝ: et dabo eis tabernacula eterna q̃ ꝑpa-
raueram illis. Lignũ vite erit illis in odore
vngenti: et non laborabũt neqꝫ fatigabũt᷑.
Ite: et accipietis. Rogate vobis dies paucos
vt non morentur. Iam paratũ est vobis regnũ.
Vigilate. Testare celũ ⁊ terrã. Cõtriui eni
malũ ⁊ creaui bonũ: qꝛ viuo ego dicit dñs.
Mater amplectere filios tuos: educa illos

cũ leticia. Sicut colũba ɔfirma pedes eoꝝ:
quoniã te elegi dicit dominus. Et resuscita-
bo mortuos de locis suis: ⁊ de monumentis
educã illos: qm̃ cognoui nomẽ meũ in isra-
hel. Noli timere mater filioꝝ: quoniã te ele-
gi dicit dominus. Mittam tibi adiutorium
pueros meos ysaiam ⁊ iheremiã: ad quoꝝ
ɔsiliũ sanctificaui ⁊ paraui tibi arbores duo-
decim. granatas varijs fructibꝫ: et totidem
fontes fluentes lac ⁊ mel: et mõtes immẽsos
septẽ. habentes rosam ⁊ liliũ. in quibꝫ gau-
dio implebo filios tuos. Viduam iustifica:
pupillo iudica. egenti da. orphanum tuere.
nudũ vesti: ɔfractũ ⁊ debilẽ cura. claudũ irri-
dere noli: tutare mancũ: et cecũ ad visionem
claritatis mee admitte. Senẽ ⁊ iuuenẽ in-
tra muros tuos serua: mortuos vbi inuene-
ris signãs ɔmẽda sepulcro: et dabo tibi pri-
mam cessionẽ in resurrectõe mea. Pausa et
quiesce populus meus: qꝛ veniet requies tua.
Nutrix bona nutri filios tuos: ɔfirma pedes
eoꝝ. Seruos quos tibi dedi: nemo ex eis
interiet. Ego eni eos requirã de numero tuo.
Noli fatigari. Cũ enim venerit dies pressuẽ
et angustie alij plorabũt et tristes erunt: tu
autẽ hilaris ⁊ copiosa eris. Zelabũt gẽtes:
et nl aduersus te poterũt dicit dñs. Manus
mee tegent te: ne filij tui gehennã videant.
Iocũdare mater cũ filijs tuis: qꝛ ego te eri-
piam dicit dominus. Filios tuos dormiẽtes
memorare: quoniã ego eos educã de lateri-
bus terre ⁊ misericordiam cũ illis faciã: qm̃
misericors sũ dicit dñs omipotens. Ample-
ctere natos tuos usqꝫ dũ venio ⁊ prestẽ illis
misericordiã: qm̃ exuberãt fontes mei: ⁊ grã
mea nõ deficiet. Ego esdras preceptũ accepi
a domino in mõte oreb: ut irẽ ad israhel. Ad
quos cũ venirẽ reprobauerũt me: et respue-
rũt mandatũ dñi. Ideoqꝫ vobis dico gẽtes:
q̃ auditis ⁊ intelligitis. Exspectate pastorẽ
vestrũ: requiẽ eternitatis dabit vobis: quo-
niã in proximo est ille q̃ in fine seculi aduenict.
Parati estote ad p̃mia regni: qꝛ lux ꝑpetua
lucebit vobis: ꝑ eternitatẽ temporis. Fugi-
te vmbrã seculi huius. Accipite iocũditatẽ
glorie vr̃e. Ego testor palaz saluatorẽ meũ:
ɔmẽdatũ donũ accipite ⁊ iocũdamini: grãs
agẽtes ei q̃ vos ad celestia regna vocauit.



Surgite et state: ⁊ videte numerū signato-
rū in ꝯuiuio dn̄i. Qui se de vmbra seculi trās-
tulerūt: splendidas tunicas a dn̄o acceperīt.
Recipe syon numerū tuū: et ꝯclude candida-
tos tuos qui legem domini ꝯpleuerūt. Fili-
orū tuoꝝ q̄s optabas plenus ē numerus.
Roga imperiū domini: ut sanctificet̄ ꝑplus
tuus qui vocatus est ab inicio. Ego esdras
vidi ī mōte syō turbā magnā quā numera-
re nō potui: et oēs cāticis collaudabāt dn̄m.
Et in medio eoꝝ erat iuuenis statura celsus
eminēcior oib; illis: ⁊ singlis eoꝝ capitib; im-
ponebat coronas: ⁊ magis exaltabat̄. Ego
autē miraculo tenebar. Tunc interrogaui
angelū: ⁊ dixi. Qui sunt hy domine? Qui re-
spondēs dixit michi. Hij sūt qui mortalez
tunicam deposuerūt: ⁊ immortalē sumpserīt:
et confessi sūt nomē dei. Modo coronantur
et accipiunt palmas. Et dixi angelo. Ille
iuuenis quis est qui eis coronas imponit:
et palmas in manus tradit? Et rn̄dens di-
xit michi. Ipse est filius dei: quē in seculo cō-
fessi sūt. Ego aūt magnificare eos cepi: qui
fortiter ꝓ nomine domini steterūt. Tunc di-
xit michi angelus. Vade: annūcia ꝑplo meo
qualia ⁊ quāta mirabilia domini dei vidisti.

III

Anno tricesimo ruine ciuitatis
eram in babilone: ⁊ ꝯturbatus sū sup
cubiculo meo recumbens. Et cogitacōnes
mee ascendebāt sup cor meū: quoniaz vidi
desercōez syon: et abundantiā eoꝝ qui ha-
bitabāt in babilone. Et ventilatus est spūs
meus valde. Et cepi loqui ad altissimū ver-
ba timorata. Et dixi. O dominator dn̄e tu di-
xisti ab inicio quādo plantasti terrā ⁊ hoc
solus: et imperasti populo ⁊ dedisti adā cor-
pus mortuū. sꝫ ⁊ ipsū figmentū manuū tua-
rū erat. et insufflasti in eū spiritū vite. et fcūs
est viuēs coraz te: et induxisti eū in paradi-
so quē plātauerat dextera tua. anteq̄ terra
aduētaret. Et huic mādasti diligere viam
tuā ⁊ ꝑteriuit eam: et statim instituisti in eū
mortē ⁊ in nacōnib; eius: et nate sūt gētes
et trib; ⁊ populi ⁊ cognacōes quaꝝ nō est
numerus. Et ambulauit vnaqueqꝫ gēs in
volūtate sua: et mira agebāt coram te: ⁊ sp-
nebāt ꝑcepta tua. Iterū autē in tempore in-
duxisti diluuiū sup inhabitantes seculū: et
ꝑdidisti eos. Et factū est in vnoquoqꝫ eo-
rū sicut ade mori: sic hijs diluuiū. Dereliqui-
sti autez vnū ex hijs noe cū domo sua: et ex
eo iusti omes. Et factū est cū cepissent mul-
tiplicari qui habitabāt sup terrā: et multipli-
cauerūt filios ⁊ populos ⁊ gētes multas: et
ceperīt iterato impietatē facere plus q̄ pri-
ores. Et factū est cū iniq̄tatē facerent corā
te: elegisti tibi virum ex hijs cui nomē erat
abraham. Et dilexisti eū: ⁊ demōstrasti ei so-
li voluntatē tuā. Et disposuisti ei testamētū
eternū: et dixisti ei ut nō vnq̄ derelinquētes
semē eius. Et dedisti ei ysaac: et ysaac dedi-
sti iacob. et esau. Et segregasti tibi iacob: e-
sau autē separasti. Et factus ē iacob in mul-
titudine magna. Et factū est cū educeres
semē eius ex egipto: adduxisti sup montez
syna. Et inclinasti celos ⁊ statuisti terram. et
ꝯmouisti orbem. et tremere fecisti abissos. et
ꝯturbasti seculū: et transiit gloria tua portas
quatuor ignis ⁊ terremotus. et spūs. et ge-
lu. ut dares semini iacob legem: et gn̄acōni
isrāhel diligentiā. Et nō abstulisti ab eis cor
malignū: ut faceret lex tua in eis fructum.
Cor enim malignū baiulās primus adam
transgressus et victus est: sꝫ ⁊ omes qui de
eo nati sūt. Et facta est ꝑmanēs infirmitas
et lex cū corde popli cū malignitate radicis:
et discessit quod bonū est: ⁊ māsit malignū.
Et transierūt tempora ⁊ finiti sūt āni: et susci-
tasti tibi seruū noīe dauid: et dixisti ei edifi-
care ciuitatē nominis tui. et offerre ibi in ea-
dem thus ⁊ oblacōes. Et factū est hoc ānis
multis: ⁊ deliquerūt qui habitabāt ciuitatē
in omib; faciētes sicut fecit adam ⁊ omnes
generacōes eius. Vtebāt̄ enim ⁊ ipi corde
maligno. Et tradidisti ciuitatē tuā in mani-
bus inimicoꝝ tuoꝝ. Nūquid meliora faci-
unt qui habitāt babilonē? Et ꝓpter hoc do-
minabit̄ syon. Factū est cū venissem huc et
vidissem impietates quaꝝ nō est numer⁹
et delinquētes multos: vidit aīa mea hoc tri-
cesimo āno ⁊ excessit cor meū: quoniaz vidi
quomodo sustines eos peccātes ⁊ pepsisti
impie agentib;: et ꝑdidisti populū tuū ⁊ cō-
seruasti inimicos tuos: ⁊ nō significasti. Ni-
chil memi quomō debeat derelinqui via hec.
Nūquid meliora facit babilon q̄ syon. aut

alia gẽs cognouit te ꝑter israhel? Aut q̃ tri-
bus crediderũt testamẽtis tuis sicut iacob?
Quarũ merces nõ ↄparauit: neq; labor fru-
ctificauit. Pertransiẽs enim ptransiui in gẽ-
tibus: et vidi abũdãtes eas: et nõ memorã-
tes mandatoꝝ tuoꝝ. Nũc ergo pondera
in statera nostras iniquitates ⁊ eoꝝ q̃ ha-
bitant in seculo: et non inuenietᷣ nomẽ tuũ
nisi in israhel. Aut quando nõ peccauerunt
in ↄspectu tuo qui habitant terrã: aut que
gens sic obseruauit mãdata tua? Hos qui-
dem per nomina inuenies seruasse mãdata
tua: gentes autem non inuenies. IIII

ET rñdit ad me angelus qui missus
est ad me cui nomẽ huriel: et dixit m̃.
Excedẽs excessit cor tuũ in seculo hoc: et cõ-
prehendere cogitas viam altissimi. Et dixi.
Ita dñe meus. Et rñdit michi ⁊ dixit. Tres
vias missus sũ ostẽdere tibi: et tres similitudi-
nes ꝓponẽ coram te. de quibꝫ michi si renũ-
ciaueris vnã ex hijs: et ego tibi demonstra-
bo viam quã desideras videre: et docebo te
vnde sit cor malignũ. Et dixi. Loquere dñe
meus. Et dixit ad me. Vade pondera michi
ignis pondus: aut mensura michi flatũ ven-
ti: aut reuoca michi diẽ que ꝑterijt. Et rñdi
et dixi. Quis natoꝝ poterit facere ut me in-
terroges de hijs? Et dixit ad me. Si essem
interrogãs te. dicens. quante habitacões
sunt in corde maris. aut quante vene sũt in
principio abissi. aut quãte vene sunt sup fir-
mamentũ. aut qui sũt exitus paradisi: dice-
res michi fortassis. in abissum nõ descendi.
neq; in infernũ ad huc: neq; in celũ nunq̃
ascendi. Nũc autẽ nõ interrogaui te nisi de
igne et vento. et die p quẽ transisti: et a qui-
bus separari nõ potes: et nõ rñdisti michi
de eis. Et dixit michi. Tu que tua sũt: tecum
ↄadolescẽtia nõ potes ↄgnoscere. Et quõ
poterit vas tuũ capere altissimi viam: ⁊ iam
exterius corrupto seculo intelligẽ corrupti-
onẽ euidentẽ in facie mea? Et dixi illi. Me-
lius erat nos nõ esse q̃ adhuc viuentes vi-
uere in impietatibꝫ ⁊ pati: et nõ intelligere
de q̃re. Et rñdit ad me ⁊ dixit. Proficiscẽs
ꝓfectus sũ ad siluã lignoꝝ cãpi: et cogita-
uerũt cogitacõem: ⁊ dixerũt. Venite ⁊ eamꝰ
et faciamus ad mare bellũ. ut recedat corã
nobis: et faciamus nobis alias siluas. Et
similiter fluctus maris: et ipsi cogitauerunt
cogitacõem ⁊ dixerũt. Venite ascendentes
debellamus siluas campi: ut ⁊ ibi ↄsumemus
nobismetipsis aliã regionẽ. Et factus est co-
gitatus silue in vanũ. Venit enim ignis: et
consũpsit eã. Similiter ⁊ cogitatus fluctuũ
maris. Stetit enim arena: et prohibuit eos.
Si enim esses iudex hoꝝ: quẽ inciperes iu-
stificare aut quẽ ↄdemnare? Et rñdi ⁊ dixi.
Utiq; vanam cogitacõem cogitauerũt. Ter-
ra enim data est silue: et mari locus. portaẽ
fluctus suos. Et rñdit ad me: ⁊ dixit. Bene
tu iudicasti. Et q̃re nõ iudicasti tibimetipsi?
Queãdmodũ enĩ terra silue data ẽ. et mare
fluctibꝫ suis: sic q̃ sup terrã inhabitãt q̃ sunt
sup t̃ram intelligẽ solũmõ possunt: et q̃ sup ce-
los q̃ sup altitudinẽ celoꝝ. Et rñdi ⁊ dixi. De-
ꝑcor te dñe: ut michi detᷣ sensus intelligẽdi.
Nõ enim volui interrogare de superioribus
tuis. sed de hijs q̃ ptrãseũt p nos quotidie:
ꝓpter quid israhel datus in opprobriũ genti-
bus quẽ dilexisti ꝑplm: datus est tribubꝫ im-
pijs. et lex patrũ nostroꝝ in interitũ dedu-
cta est. ⁊ disposicões scripte nusq̃ sũt: ⁊ ptrã-
siuimus de seculo ut locuste: et vita nostra
stupor ⁊ pauor: et nec digni sumus miscdiam
ↄsequi. Sed quid faciet nomini suo quod
inuocatũ ẽ sup nos? Et de hijs interrogaui:
et rñdit ad me ⁊ dixit. Si fueris plurimium
scrutatus. frequenter miraberis. Quoniã fe-
stinãs festinat seculũ ptransire. et non capit
portare que in futuris tpibꝫ. iustis repromis-
sa sũt: quoniã plenũ iniusticia est sclm hoc ⁊
infirmitatibꝫ. De quibꝫ autẽ interrogas di-
cam. Seminatũ est enim malũ: et necdũ veñit
destructio ipius. Si ergo nõ inuersũ fuerit
quod seminatũ est ⁊ discesserit locus vbi se-
minatũ est malũ: non veniet vbi seminatum
est bonũ. Quoniã granẽ seminis mali semi-
natũ est in corde adam ab inicio: ⁊ quantũ
impietatis generauit usq; nunc: et generat
vsq; cum veniat area. Estima autẽ apud te
granen mali seminis quantũ fructũ impie-
tatis generauit: quãdo secate fuerint spice
quaꝝ nõ est numerus. q̃ magnã areã inci-
pient facere. Et rñdi ⁊ dixi. Quo ⁊ quãdo
hec? Quare modici ⁊ mali anni nostri? Et

respõdit ad me:et dixit michi. Nõ festines
tu sup altissimũ. Tu enim festinas inaniter
esse sup ipm. Nã excessus tuus multus. Nõ-
ne de hijs interrogauerũt anime iustoꝝ in
promptuarijs suis dicentes:usquequo spe-
ro sic. et quando veniet fructus aree merce-
dis nostre? Et rñdit ad ea ieremiel archã-
gelus ⁊ dixit. Quando impletus fuerit nu-
merus seminũ in vobis: quoniã in statera
ponderauit seculũ ⁊ mensura mensurauit tẽ-
pora. et numero numerauit tp̄a: et nõ cõmo-
uit nec excitauit usq̃ dũ impleatur p̄dicta
mensura. Et rñdi ⁊ dixi. O dominator domi-
ne:sed ⁊ nos oĩes pleni sumus impietate.
Et ne forte ꝓpter nos nõ impleant̃ iustoꝝ
aree: ꝓpter pc̄ca inhabitantiũ super terraȝ.
Et rñdit ad me. et dixit. Vade ⁊ interroga
pregnantẽ si quando impleuerit nouẽ mẽ-
ses suos adhuc poterit matrix eius retinẽ
partũ in semetipa. Et dixi. Non potest dñe.
Et dixit ad me. In inferno. ꝓmptuaria aĩa-
rũ. matrici assimulata sũt. Quemadmodũ
enim illa festinat que parit effugere neces-
sitateȝ partus:sic ⁊ hec festinat reddere ea
q̄ ꝯmendata sũt. Ab inicio tibi demonstra-
bit̃ de hijs que ꝯcupiscis videre. Et rñdi ⁊
dixi. Si inueni gratiã ante oculos tuos. et
si possibile est ⁊ si ydoneus sum: demonstra
michi si plus q̃ p̄teritũ sit habet venĩe:aut
plura ptransierũt supra q̃ futurũ est. Quid
ptransiuit scio:quid autẽ futurũ sit ignoro.
Et dixit ad me. Sta sup dexteram partem:
et demõstrabo tibi interp̄tationẽ similitudi-
nis. Et steti ⁊ vidi: ⁊ ecce fornax ardens trã-
siit coram me. Et factum est cũ transiret flã-
ma: vidi ⁊ ecce superauit fumus. Post hec
transiit corã me nubes plena aq̄: ⁊ immisit
pluuiã impetu multã. Et cũ transissȝ impetus
pluuie:superauerũt in ea gutte. Et dixit ad
me. Cogita tibi. Sicut crescit pluuia ãpli-
us q̃ gutte ⁊ ignis q̃ fumus:sic supabũda-
uit que transiuit mensura. Supauerũt autẽ
gutte ⁊ fumus. Et oraui ⁊ dixi. Putas viuo
vsq̃ in diebus illis? Vel quid erit in die-
bus illis? Respondit ad me ⁊ dixit. De si-
gnis de quibus me interrogas ex parte
possum tibi dicere: de vita autem tua non
sum missus dicere tibi:sed nescio. V

De signis aũt: ecce dies veniẽt. in quibꝫ
apprehendent̃ qui inhabitãt terraȝ
in cẽsu multo: et abscondetur veritatis via et
sterilis erit a fide regio: et multiplicabit̃ in-
iusticia sup hãc quẽ ipe tu vides ⁊ sup quã
audisti olim: et erit imposito vestigio q̃ nũc
vides regnare regionẽ: et videbũt eã deser-
tam. Si autẽ tibi dederit altissimus viuere
videbis post terciam tubã: et relucescet subi-
to sol noctu. et luna ter in die: ⁊ de ligno san-
guis stillabit. ⁊ lapis dabit vocem suam:et
populi ꝯmouebunt̃. et regnabit quem non
sperãnt qui inhabitãt sup terrã: et volatilia
ꝯmigrationẽ facient: et mare sodomiticũ pi-
sces reiciet: et dabit vocẽ noctu quam non
nouerãt multi. Oĩes autẽ audiẽt vocẽ eius.
Et chaos fiet p loca multa. et ignis frequen-
ter remittetur. ⁊ bestie agrestes transmigra-
bunt: et mulieres menstruate parient mon-
stra: et in dulcibꝫ aquis salse inueniẽtur: et a-
mici omnes semetipos expugnabũt: et ab-
scondet̃ tũc sensus. et intellectus separabit̃
in ꝓmptuariũ suũ: et queretur a multis ⁊ nõ
inuenietur̃: et multiplicabitur iniusticia et incõ-
tinẽtia sup terrã. Et interrogabit regio ꝓxi-
mam suã ⁊ dicet. Nũquid p te ptrãsiit iusti-
cia iustũ faciẽs? Et hoc negabit. Et erit in
illo tempore: et sperabũt homines ⁊ non im-
petrabũt: laborabunt. et non dirigentur vie
eoꝝ. Hec signa dicere tibi pmissum est mi-
chi. Et si oraueris iterũ ⁊ ploraueris sicut et
nũc. et ieiunaueris septem diebꝫ: audies ite-
rato hoꝝ maiora. Et euigilaui. et corpus
meũ horruit valde: ⁊ aĩa mea laborauit ut de-
ficeret. Et tenuit me qui venit angelus q̄ lo-
quebatur in me: ⁊ ꝯfortauit me ⁊ statuit me
sup pedes. Et factũ est in nocte secunda: et
venit ad me salathiel dux populi: ⁊ dixit m̄.
Vbi eras? Et q̄re vultus tuus tristis? Aut
nescis quoniã tibi creditus ẽ israhel in regi-
one transmigracõnis eoꝝ? Exsurge ergo ⁊
gusta panẽ: et nõ derelinquas nos sicut pa-
stor gregem suũ in manibꝫ lupoꝝ maligno-
rũ. Et dixi ei. Vade a me: et non appropies
ad me. Et audiuit ut dixi: ⁊ recessit a me. Et
ego ieiunaui diebꝫ septẽ vlulans ⁊ plorãs:
sicut michi mandauit vriel angelus. Et fcm̄
est post dies septẽ: ⁊ iterum cogitationes

cordis mei moleste erant michi valde. Et
resumpsit aĩa mea spm̄ intellectus: et iterũ
cepi loqui coram altissimo sermones. Et di-
xi. Dominator domine ex om̄i silua terre et
om̄ibꝫ arboribꝫ eius elegisti vineã vnicã: et
ex om̄i terra orbis elegisti tibi foueã vnã:
et ex om̄ibꝫ floribꝫ orbis elegisti tibi lilium
vnũ: et ex om̄ibꝫ abissis maris replesti tibi
riuũ vnũ: et ex om̄ibꝫ edificatis ciuitatibus
sanctificasti tibimetipsi syon: et ex om̄ibꝫ cre-
atis volatilibꝫ nominasti tibi colũbã vnã:
et ex omnibꝫ plasmatis pecoribꝫ ꝓuidisti
tibi ouem vnã: et ex om̄ibꝫ multiplicatis po-
pulis acquisiuisti tibi ꝑplm̄ vnũ: et ab omni-
bus ꝓbatam legẽ donasti huic quẽ deside-
rasti populo. Et nũc domine ut quid tradi-
disti vnũ pluribꝫ? Et ꝑparasti sup vnã radi-
cẽ alias: et dispdisti vnicũ tuũ in multis. Et
conculcauerũt eũ qui ꝯtra dicebant spõsioni-
bus tuis: quiqꝫ tuis testamẽtis nõ credebãt.
Et si odiẽs odisti populũ tuũ: tuis manibꝫ
debet castigari. Et factũ est cũ locutus essẽ
sermones: et missus ẽ angelus ad me qui
ãte venerat ad me p̄terita nocte: et dixit m̄.
Audi me et instruam te: et intende michi et
adiciam coram te. Et dixi. Loquẽ domine
meus. Et dixit ad me. Valde tu in excessu
mẽtis factus es ꝑ israhel. An plus dilexisti
eũ: q̄ꝫ qui eũ fecit? Et dixi ad eũ. Nõ domĩe:
sed dolens locutus sum. Torquẽt enim me
renes mei ꝑ om̄ẽ horam querentẽ apphen-
dere semitam altissimi: et inuestigare partẽ
iudicij eius. Et dixit ad me. Non potes. Et
dixi. Quare domine? Ad q̄d nascebar: aut
quare nõ fiebat matrix matris mee michi
sepulcrũ. ut non viderem laborem iacob. et
defatigationẽ generis israhel? Et dixit ad
me. Numera michi que necdũ venerant. et
collige michi dispersas guttas. Et reuirida
michi aridos flores: et aperi m̄ clausa prom-
ptuaria: et ꝑduc michi inclusos in eis flatus.
Demonstra michi vocis ymaginẽ: et tunc
ostendã tibi laborẽ quẽ rogas videre. Et
dixi. Dominator domine: quis enim est qui
potest hec scire. nisi qui cũ hominibꝫ habita-
tionem nõ habet? Ego autẽ insipiẽs: et quõ
potero dicere de hijs quibꝫ me interroga-
sti? Et dixit ad me. Quõ non potes facere
vnũ de hijs que dicta sũt: sic non poteris in-
uenire iudiciũ meũ: aut in fine caritatẽ quã
populo ꝓmisi. Et dixi. Sed ecce domine: tu
ꝓpe es hijs qui in finem sunt. Et quid faci-
ent qui ante me fuerunt: aut nos aut hij q̄
post nos? Et dixit ad me. Corone assimu-
labo iudiciũ meũ. Sicut nõ nouissimorum
tarditas: sic nec priorꝫ velocitas. Et rñdi et
dixi. Nec poteras facere eos qui facti sunt.
et q̄ sunt. et futuri sũt in vnũ: ut celerius iudi-
ciũ tuũ ostendas? Et rñdit ad me: et dixit.
Non potest festinare creatura sup creatorẽ:
nec sustinere seculũ eos q̄ in eo creandi sũt
in vnũ. Et dixi. Quomodo dixisti seruo tuo
quoniã viuificans viuificasti a te creatã cre-
turam in vnũ et sustinebat creatura: poterit et
nunc portare p̄ntes in vnũ. Et dixit ad me.
Interroga matricẽ mulieris: et dices ad eã.
Et si paris: quare ꝑ tempus? Roga ergo eã:
vt det decẽ in vnũ. Et dixi. Nõ vtiqꝫ poterit:
sed secũdũ tempus. Et dixit ad me. Et ego
dedi matricẽ terre hijs qui seminati sunt sup
eam ꝑ tempus. Quẽadmodũ enim infans
non parit ea que senũ sunt: sic ego disposui
a me creatũ seculũ. Et interrogaui et dixi. cũ
iam dederis michi viã: loquar corã te. Nã
mater nr̃a de qua dixisti m̄. adhuc iuuenis
est: iã senectuti appropinquat. Et rñdit ad
me. et dixit. Interroga eam que parit: et di-
cet tibi. Dices enim ei. Quare quos pepisti
nũc non sũt similes hijs qui ante te. si mino-
res statura? Et dicet tibi et ipa. Alij sũt qui in
iuuentute virtutis nati sũt: et alij qui sub tpe
senectutis deficiẽte matrice sũt nati. Cõside-
ra ergo et tu quoniã minori statura estis pre
hijs q̄ ante vos: et q̄ post vos minori q̄ꝫ vos.
quasi iam senescentes creature et fortitudinẽ
iuuentutis p̄tereũtes. Et dixi. Rogo domĩe
si inueni gr̃am ante oculos tuos: demonstra
seruo tuo ꝑ quẽ visites creaturã tuã. VI

Et dixit ad me. Inicio terreni orbis et
antequã starent exitus seculi. et antequã
spirarent ꝯuentiões ventorꝫ. et antequã sona-
rent voces tonitruũ et antequã splenderent ni-
tores choruscationũ: et antequã ꝯfirmarentur
fundamenta paradisi. antequã viderentur de-
cori flores. et antequã ꝯfirmarentur motes vir-
tutes. ãtequã colligerentur innumerabiles milicie

angelorū: et anteq̄ extollerentur altitudīes
aeris. et anteq̄ nominarentur mensure fir-
mamētorꝫ: et anteq̄ estuarēt camini in syō
⁊ anteq̄ investigarentur p̄ntes āni: ⁊ anteq̄
abalienarentur eorꝫ qui nūc peccant adin-
uencōes ⁊ ꝯsignati essent qui fidem thesau-
rizauerūt tūc cogitaui ⁊ facta sunt ꝑ me so-
lū ⁊ non ꝑ aliū: et finis ꝑ me ⁊ nō ꝑ aliū. Et
respondi ⁊ dixi. Que erit separacō tēporꝫ?
Aut quādo prioris finis: ⁊ sequētis iniciū?
Et dixit ad me. Ab abrahā usqꝫ ad ysaac
quando nati sūt ab eo iacob ⁊ esau: manus
iacob tenebat ab inicio calcaneū esau. Finis
enim huius seculi esau: et principiū seq̄ntis
iacob. Hominis manus inter calcaneum ⁊
manū. Aliud noli querere esdra. Et r̄ndi et
dixi. O dominator dn̄e. si inveni grām ante
oculos tuos: oro ut demonstres seruo tuo
finē signorꝫ tuorꝫ: quorꝫ ꝑtē m̄ demōstrasti
nocte precedente. Et r̄ndit: et dixit ad me.
Surge sup pedes tuos: ⁊ audi vocē plenis-
simā sonitus. Et erit sicut ꝯmotio: nec cōmo-
uebitur locus in quo stes sup eū. Ideo cum
loquitur tu non expaueas: quoniā de fine
verbū. et fundamentū terre intelligitur: q̄m
de ipsis sermo tremiscit ⁊ ꝯmouetur. Scit
enim quoniā finē eorꝫ oportet commutari.
Et factū est cū audissem surrexi sup pedes
meos: et audiui. ⁊ ecce vox loquēs: ⁊ sonus
eius sicut sonus aquarꝫ multarꝫ. Et dixit.
Ecce dies veniūt: et erit quādo appropinq̄re
incipiam ut visitem habitantes in terra: et
quādo inquirere incipiā ab eis qui iniuste
nocuerūt iniusticia sua. et quādo suppleta
fuerit humilitas syon ⁊ cum supsignabitur
seculū quod incipiet ꝑtransire: hec signa fa-
ciam. Libri aperiētur ante faciē firmamēti.
et om̄es videbūt simul: et anniculi infantes
loquentur vocibus suis: et pregnantes im-
maturos pariēt infantes triū ⁊ quatuor mē-
siū. ⁊ viuēt ⁊ suscitabuntur. Et subito apparebūt
seminata loca nō seminata: et plena ꝓmtua-
ria subito inuenientur vacua: ⁊ tuba canet cū
sono. quā cū om̄es audierint subito expa-
uescent. Et erit: in illo tempore debellabunt
amici amicos. ut inimici: et expauescet terra
cū hiis. Et vene fontiū stabūt: et nō decurrēt
in horis tribus. Et erit: om̄is q̄ derelictus fuerit
ex om̄ibus istis quibus p̄dixi tibi: ipse saluabi-
tur: et videbit salutare meū et finē seculi vr̄i.
Et videbūt qui recepti sūt homines q̄ mortē
nō gustauerūt a natiuitate sua: et mutabitur
cor inhabitantiū: ⁊ ꝯuertetur in sensum alium.
Delebitur enim malū: et extinguetur dolus.
Florebit autē fides: et vincetur corruptela:
et ostēdetur veritas q̄ sine fructu fuit diebus
tantis. Et factū est cū loqueretur michi: et
ecce paulatim intuebar sup eū ante quē sta-
bam: et dixit ad me hec. Veni tibi ostendere
tp̄s venture noctis. Si ergo iterū rogaueris.
et iterū ieiunaueris septē diebus: iterum tibi
renūciabo horꝫ maiora ꝑ diem quā audiui.
Audita est enim vox tua apud altissimum.
Vidit enim fortis directōem tuā: ⁊ ꝓvidit
pudiciciā quam a iuuētute tua habuisti: et
ꝓpter hoc misit me demonstrare tibi hec oīa.
et dicere tibi. Confide ⁊ noli timere: et noli
festinare cū prioribus tp̄ibus cogitare vana:
vt non ꝓperes a nouissimis temporibus. Et
factū est post hec ⁊ fleui iterū: et similiter ie-
iunaui septem diebus: ut suppleam tres ebdo-
madas q̄ dicte sūt m̄. Et factū ē in octaua
nocte ⁊ cor meū turbabatur iterato in me: et
cepi loqui corā altissimo. Inflammabatur enī
spūs meus valde: ⁊ anima mea anxiabatur:
et dixi. O dn̄e loquens locutus es ab inicio
creature in primo die dicēs. Fiat celū ⁊ terra:
et tuū verbū opus ꝑfectū. Et erat tūc spūs:
et tenebre circūferebantur et silentiū: sonus
vocis hominis nondū erat abs te. Tunc di-
xisti de thesauris tuis ꝓferri lumē luminosū:
quo apparēt opus tuū. Et die scd̄o creasti
spm̄ firmamēti: et imperasti ei ut diuideret ⁊
diuisionē faceret inter aquas: ut ps quedā
sursum recederet pars vero deorsū maneret.
Et tercia die imperasti aquis cōgregari. in
septima parte terre: sex vero partes siccasti
et ꝯseruasti: ut ex hiis sint corā te ministrātia
seminata a deo ⁊ culta. Verbū enī tuū ꝓces-
sit: ⁊ opus statim fiebat. Processit enī subito
fructus multitudinis immensus: ⁊ ꝯcupiscētie
gustus multiformes: ⁊ flores colore immu-
tabili et odores odoramēti inuestigabilis.
Et die tercio hec facta sunt. Quarta autem
die imperasti fieri solis splēdorē: lune lumē.
stellarum disposicōem: et imperasti eis ut

deseruirent futuro plasmato homini. Quĩto aũt die dixisti septime parti vbi erat aqua ꝯgregata ut ꝓcrearet animalia ⁊ volatilia et pisces: et ita fiebat. Aqua muta. et sine aĩa que dei nutu iubebant' aĩalia faciebat: vt ex hoc mirabilia tua nacõnes enarrent. Et nũc ꝯseruasti duas animas: nomen vni vocasti enoch. et nomẽ scḋe vocasti leuiathan: et separasti ea ab alterutro. Nõ enim poterat septĩa pars vbi erat aq̄ ꝯgregata capere ea. Et dedisti enoch vnam partez q̄ siccata ẽ tercio die ut habitet in ea: vbi sũt mõtes mille. Leuiathã aũt dedisti septĩaz partẽ humidam: et seruasti eã ut fiat in deuoratione quib' vis ⁊ quando vis. Sexto autẽ die imperasti terre ut crearet coraz te iumẽta et bestias ⁊ reptilia: et sup hijs adã. quẽ ꝯstituisti ducem sup oĩb' factis que fecisti: ⁊ ex eo educimur nos oĩes quenꝙ̃ elegisti populũ. Hec aũt oĩa dixi coram te domine: quia ꝓpter nos creasti seculum. Residuas autẽ gẽtes ab adã natas dixisti eas nĩl esse: et quoniã saliue assimulate sũt: et q̃i stillicidiũ de vase simulasti abũdãtiaz eoꝝ. Et nũc domine ecce iste gẽtes que in nichilũ deputate sũt ceperunt dominari nr̃i et deuorare: nos autez populus tuus quem vocasti ꝑmogenitũ. vnigenitũ emulatorẽ tuũ traditi sumus in manib' eoꝝ. Et si ꝓpter nos creatũ est seculũ: quare nõ hereditatẽ possidemus cũ seclo? Vsquequo hec?

VII

Et factũ est cũ fuissem loq̄ verba hec: missus est ad me angelus q̄ missus fuerat ad me ꝑmis noctib': et dixit ad me. Surge esdra: et audi s̃mones quos veni loqui ad te. Et dixi. Loquere deus me9. Et dixit ad me. Mare positum est in spacioso loco ut esset altũ ⁊ immensũ: erit autem ei introitus in angusto loco positus: ut esset similis fluminib'. Quis enĩ volẽs voluerit ingredi mare ⁊ videre eũ vel dominari eius: si nõ transierit angustũ. in latitudinẽ venire quõ poterit? Item aliud. Ciuitas est edificata. et posita in loco cãpestri: est aũt plena oĩm bonoꝝ. Introitus eius angustus ⁊ in precipiti positus: ut esset a dextris quidẽ ignis. a sinistris aqua alta: semita aũt ẽ vna sola inter eos posita. hoc est inter ignẽ ⁊ aquã: ut non capiat semita nisi solummõ vestigiũ hominis. Si aũt dabit' ciuitas homini in hereditatẽ: si nunꝙ̃ antepositũ periculũ ꝑtransierit. quomodo accipiat hereditatem suã? Et dixi. Sic domine. Et dixit ad me. Sic ẽ et israhel pars. Propter eos enim feci seculũ: et quãdo transgressus est adam ꝯstitucões meas: iudicatũ est quod factũ est. Et facti sunt introitus huius seculi ãgusti ⁊ dolẽtes et laboriosi: pauci aũt ⁊ mali ⁊ piclo⁊ pleni. et labore magno opere fulti: nã maioris scli introitus spaciosi ⁊ securi: ⁊ faciẽtes immortalitatis fructũ. Si ergo ingrediẽtes nõ fuerũt ingressi qui viuũt. ãgusta et vana hec: non poterũt recipe que sũt reposita. Nũc ergo tu quare cõturbaris cũ sis corruptibilis: et quid moueris tu cũ sis mortalis? Et q̃re non accepisti in corde tuo quod futurũ: sed quod in p̃ntis? Rñdi ⁊ dixi. Dominator dñe: ecce disposuisti lege tua: qm̃ iusti hereditabũt hec. Impij aũt ꝑibũt: iusti autẽ ferẽt angusta sperantes spaciosa. Qui enim impie gesserũt: ⁊ angusta passi sũt: ⁊ spaciosa nõ videbũt. Et dixit ad me. Non ẽ iudex sup deũ: neqȝ intelligẽs sup altissimũ. Pereũt enĩ multi p̃ntes: qꝛ negligit' que anteposita est dei lex. Mandans enim mandauit deus venientib'. quando venerunt: quid facientes viuerent ⁊ quid obs̃uantes non punirent'. Hij autem nõ sũt ꝑsuasi ⁊ ꝯtradixerũt ei: et ꝯstituerũt sibi cogitamẽ vanitatis. et ꝓposuerũt sibi circũuencões delictoꝝ: ⁊ sup dixerũt altissimo nõ esse. et vias eius nõ ꝯgnouerũt: et legem eius spreuerũt et sponsiones eius abnegauerũt: ⁊ in legitimis eius fidem nõ habuerũt. et opa eius non ꝑfecerũt. Propt' hoc esdra vacua vacuis: et plena plenis. Ecce tempus veniet: et erit quãdo veniẽt signa que p̄dixi tibi. Et apparebit sponsa: et apparescens ostendet' que nũc subducit' terra: et omnis qui liberatus est de p̄dictis malis ipse videbit mirabilia mea. Reuelabit' enim filius meus ihesus cũ hijs qui cũ eo sũt: ⁊ iocundabũtur qui relicti sũt in ãnis quadringẽtis. Et erit post annos hos ⁊ moriet' fili9 meus cristus: et oẽs qui spiramentũ habẽt homines: et ꝯuertetur seculũ in antiquũ silẽtiũ diebus septẽ sicut in priorib' iudicijs. ita

vt nemo dereliquat᷑ et erit post dies septē:
et excitabit᷑ quod nondū vigilat seculū:
et morietur corruptū. Et terra reddet que
in ea dormiūt: et puluis qui in eo silētio ha-
bitāt: ⁊ ꝓmptuaria reddent q̄ eis cōmenda-
te sūt aīe. Et reuelabit᷑ altissimus sup sedē
iudicij: et ꝑtransibūt miserie: et longanimi-
tas cōgregabitur. Judiciū autē solū rema-
nebit: veritas stabit: et fides conualescet.
Et opus subsequetur. et merces ostendet᷑:
et iusticie vigilabūt: et iniusticie nō dn̄abū-
tur. Et dixi. Primus abraham ꝓpter sodo-
mitas orauit ⁊ moyses ꝓ patrib᷒ qui in deserto
peccauerūt: et qui post eū ꝓ israhel in dieb᷒
achaz ⁊ samuelis ⁊ dauid ꝓ confractiōne: ⁊
salomō ꝓ eis qui venerunt in sanctificatiōem: et
helias ꝓ hijs qui pluuiā acceperunt et pro
mortuo ut viueret: et ezechias pro populo
in dieb᷒ sennacherib: et multi ꝓ multis. Si
ergo modo quando corruptibile increuit.
et iniusticia multiplicata ē. et orauerūt iusti
ꝓ impijs. quare ⁊ nūc sic non erit? Et rn̄dit
ad me ⁊ dixit. Presens seculū non est finis:
gl'ia in eo frequēs manet: ꝓpt᷑ hoc orauerūt
ꝓ inualidis. Dies enī iudicij erit finis tpi᷒
huius: et iniciū tēporis future immortalitatis:
in quo ꝑtransiuit corruptela. soluta est intē-
porantia. abscisa est incredulitas: creuit
autem iusticia. orta est veritas. Tunc enim
nemo poterit saluare eum qui perijt: neq;
demergere qui vincit. Et rn̄di et dixi. Hic
sermo meus primus ⁊ nouissimus: quoniā
melius erat non dare terrā adam: vel cū iā
dedisset coercere eū. ut non peccaret. Quid
enī ꝓdest omib᷒ in p̄nti viuere in tristicia:
et mortuos sperare punitiōem. O tu quid fe-
cisti adam. Si enim tu peccasti non ē fc̄us
solius tuus casus: sed ⁊ noster qui ex te ad-
uenim᷒. Quid enī ꝓdest nobis si ꝓmissū
est nobis immortale tempus: nos autem
mortalia opa egimus? Et quoniā p̄dicta ē
nobis perennis spes: nos vero pessime vani
facti sumus. Et quoniā reposita sunt nobis
habitacula sanitatis ⁊ securitatis: nos vero
male cōuersati sumus. Et quoniā reposita
gl'ia altissimi ꝓtegere eos qui tarde cōuersati
sūt: nos autē pessimis vijs ambulauimus.
Et quoniā ostēdet᷑ paradisus cuius fruct᷒
incorruptus ꝑseuerat in quo est securitas ⁊
medela: nos vero non ingrediemur. In in-
gratis enim locis cōuersati sum᷒. Et qm̄ sup
stellas fulgebūt facies eorū qui abstinentiā
habuerūt: nostre autē facies sup tenebras
nigre. Nō enī cogitauimus viuētes quādo
iniquitatē faciebamus: q᷑ incipiemus post
mortē pati. Et rn̄dit ⁊ dixit. Hoc est cogita-
mētū certaminis quod certabit q̄ sup terrā
natus est homo: ut si victus fuerit patiatur
quod dixisti. Si autē vicerit recipiet quod
dico: quoniā hec est via. quā moyses dixit
cū viueret ad populū dicēs. Elige tibi vitā
vt viuas. Nō crediderūt autē ei: sed nec post
eū ꝓphetis. Sed nec michi qui locutus sum
ad eos: quoniā nō esset tristicia in ꝑdicōe;
eorū sicut futurū est gaudiū sup eos quib᷒
ꝑsuasa ē salus. Et rn̄di ⁊ dixi. Scio domine
quoniā vocatus est altissimus misericors in
eo miseriatur hijs qui nondū in seculo adue-
nerunt: et q᷑ miseret᷑ illis q̄ cōuersionē faciūt
in lege eius: et longanimis est quoniā lon-
ganimitatē p̄stat hijs qui peccauerūt quasi
suis opib᷒: et munificus est quoniā quidē
donare vult ꝓ exigentijs: ⁊ multe misericor-
die: quoniā mltiplicat magis misericordias
hijs qui p̄ntes sūt ⁊ qui p̄terierūt: et q̄ futuri
sūt. Si enim nō multiplicauerit misericordi-
as suas non viuificabit᷑ seculū cum hijs qui
inhereditabāt in eo. Et donat: quoniā si nō
donauerit de bonitate sua. ut alleuētur hij q̄
iniquitatē fecerūt de suis iniquitatib᷒: non
poterit decies millesima pars viuificari hoim.
Et iudex si non ignorauerit hijs qui curati
sūt verbo eius. ⁊ deleuit multitudinē cōtēptio-
nū: nō fortassis derelinquerentur innumera-
bili multitudine nisi pauci valde. VIII

Et respondit ad me: et dixit. Hoc secu-
lū fecit altissimus ꝓpter multos: futurū
autē ꝓpter paucos. Dicam autem coram te
similitudinē esdra. Quomodo autē interro-
gabis terrā ⁊ dicet tibi. quoniā dabit terrā
multā magis vnde fiat fictile. paruū autem
puluerem vnde aurū fit: sic ⁊ actus presentis
seculi. Multi quidē creati sūt: pauci autem
saluabūtur. Et rn̄di ⁊ dixi. Absorbe ergo aīa
sensū: et deuora quod sapit. Conuenisti enī
obaudire: et ꝓphetare voles? Nec enī tibi ē

datū ſpaciū:niſi ſolūmodo viuere. O dn̄e. ſi
non ꝑmittes ſeruo tuo vt oremus corā te.
et des nobis ſemen cordi ⁊ ſenſui culturam
vnde fructus fiat: vnde viuere poſſit omīs
corruptus qui portabit locū hoīs ? Solus
enī es: ⁊ vna plaſmatio nos ſumus manuū
tuaꝝ ſicut locutus es. Et quomodo nūc in
matrice plaſmatū ē corpus ⁊ ꝓſtas mēbra.
ꝯſeruat᷑ in igni ⁊ aqua tua creacō: ⁊ nouē
mēſibꝫ patitur tua plaſmacō tuā creaturā q̄
in ea creata eſt: ipm autem qđ ſeruat ⁊ qđ
ſeruatur vtraq; ſeruabūt᷑: ſeruataq; qn̄q;
iterū reddit matrix q̄ in ea creuerīt. Impa-
ſti enī ex ipis mēbris hoc ē mām̄illis ꝓbere
lac fructui mammillaꝝ: ut nutriatur id qđ
plaſmatū eſt vſq; in tēpus aliqđ: ⁊ poſtea
diſponas eum tue miſericordie. Enutriuiſti
eum tua iuſticia. ⁊ erudiſti eum in lege tua:
⁊ corripuiſti eū tuo intellectu. ⁊ mortificabiſ
eū vt tua creatura: ⁊ viuificabis eum vt tuū
opus. Si ergo ꝑdideris eum qui tantis
laboribꝫ plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile eſt
ordinari ut ⁊ id qđ fiebat ſeruaret᷑. Et nūc
domine dicā: de omī homine tu magis ſcis:
de populo autem tuo ob quem doleo et de
hereditate tua ꝓpter quā lugeo. ⁊ ꝓpter iſrl̄
ꝓpter quē triſtis ſum. ⁊ de iacob ꝓpter quē
doleo: ideo incipiā orare corā te ꝑ me et ꝑ
eis: qm̄ video lapſus nr̄os qui inhabitamuſ
terram. Sed audiui celeritatē iudicis qui
futurus ē. Ideo audi vocē meā: ⁊ intellige
ſermonem meū: et loquar coram te. Inciꝑ
verboꝝ eſdre: priuſq̄ aſſumeretur. Et dixi.
Domine qui inhabitas ſeculū. cuius oculi
eleuati in ſuperna ⁊ aere. et cuius thronus
ineſtimabilis ⁊ gloria incomprehenſibilis
cui aſtat exercitus angeloꝝ cum tremore
quoꝝ ſeruacō in vento ⁊ igni ꝯuertit᷑: cuius
verbū verū ⁊ dicta ꝑſeuerātia: cuius iuſſio
fortis ⁊ diſpoſicō terribilis: cuius aſpectus
arefacit abiſſos. et indignatio tabeſcere
facit montes: et veritas teſtificat᷑. Exaudi
orationē ſerui tui: et auribꝫ ꝑcipe ꝓcacōem
figmēti tui. Dū enī viuo loquar: ⁊ dū ſapio
rn̄debo. Nec reſpicias populi tui delicta: ſꝫ
qui tibi in veritate ſeruiunt. Nec intendas
impia gentiū ſtudia: ſꝫ qui tua teſtimonia
cū doloribꝫ cuſtodierūt. Nec cogites qui

in ꝯſpectu tuo falſe ꝯuerſati ſūt: ſꝫ memorać
q̄ ex volūtate tua timorē cognouerūt. Neq;
volueris ꝑdere q̄ pecudū mores habuerīt:
ſed reſpicias eos qui legem tuā ſplendide
docuerunt. Nec indigneris eis qui beſtijs
peiores iudicati ſūt: ſꝫ diligas eos q̄ ſemper
in tua iuſticia ꝯfidūt ⁊ gloria. Quoniā nos
et pr̄es noſtri talibꝫ morbis languemus: tu
autē ꝓpter nos pc̄cores miſericors vocaberiſ.
Si enim deſideraueris vt nr̄i miſerearis. tūc
miſericors vocaberiſ: nobis aūt nō habētibꝫ
opera iuſticie. Iuſti enim quibꝫ ſunt opera
multa repoſita: ex ꝓprijs opibus recipient
mercedē. Quid eſt enī hō vt ei indigneris
ante genus corruptibile: vt ita amarus ſis
de ipo ? In veritate enim nemo de genitis eſt
qui non impie geſſit: et de ꝯfitentibꝫ qui nō
deliquit. In hoc enim annūciabitur iuſticia
tua ⁊ bonitas tua domine: cū miſertus fueris
eis qui non habent ſubſtantiā bonoꝝ opm̄.
Et rn̄dit ad me: ⁊ dixit. Recte locutus es
aliqua: et iuxta ſmones tuos ſic ⁊ fiet. Nā
non vere cogitabo ſuper plaſma eorum qui
peccauerūt ante mortem ante iudiciū ante
ꝑdicōem: ſꝫ iocūdabor ſup iuſtoꝝ figmētū:
et meōrabor peg̃nationis q̄ꝫ et ſaluacōnis
et mercedis recepcōnis. Quō ergo locutus
ſum: ſic et eſt. Sicut enim agricola ſerit ſup
terrā ſemina multa ⁊ plātacōes multitudīs
plantat: ſꝫ non in tempore omnia q̄ ſemiata
ſūt ſaluantur. ſed nec omnia que plantata
ſūt radicabūt: ſic ⁊ qui in ſeculo ſeminati ſūt
non omnes ſaluabunt᷑. Et rn̄di. ⁊ dixi. Si
inueni gratiā loquar. Quō ſemē agricole ſi
non aſcenderit aut non acceperit pluuiam
tuā in tp̄e aut ſi corruptū fuerit multitudine
pluuie: ſic perit ⁊ ſimiliter homo q̄ manibus
tuis plaſmatus eſt: et tu ei ymago noīatus:
qm̄ ſimilatus es ei ꝓpter quē oīa plaſmaſti:
⁊ ſimilaſti ſemini agricole. Nō iraſcaris ſup
nos ſꝫ parce ꝑplō tuo. et miſerere hēditati
tue. Tu aūt creature tue miſereris. Et rn̄dit
ad me: et dixit. Que ſūt pn̄tia pn̄tibꝫ: ⁊ que
futura. futuris. Multū enī tibi reſtat ut poſſiſ
diligere meam creaturā ſup me: tibi autem
frequenter ⁊ ipſi proximaui: iniuſtis autē
nunq̄. Sed et in hoc mirabilis es coram
altiſſimo: quoniā humiliaſti te ſicut decet te:

et nō iudicasti te ut inter iustos plurimum
glorificeris. Propter quod miserie multe
et miserabiles efficiēt̃ eis qui habitāt secu=
lū in nouissimis: q꜡ in multa supbia ambula=
uerūt. Tu autē ꝓ te intellige: et de similibꝫ
tuis inquire gliam. Vobis enim apertus est
paradisus. plantata est arbor vite: p̄paratū
est futurū tempus. p̄parata est abundātia:
edificata est ciuitas. probata est requies:
pfecta ē bonitas: et pfecta sapiētia. Radix
mali signata ē a vobis: infirmitas et tinea
a vobis absconsa est: et in infernū fugit cor=
ruptio in obliuione. Transierūt dolores: ⁊
ostensus est in fine thesaurus immortalitatis.
Noli ergo adicere inquirēdo de multitudi=
ne eoꝝ qui ꝑeūt. Nā ipi accipiētes liberta=
tem spreuerūt altissimū: et legē eius ɔtēpse=
rūt: et vias eius dereliquerūt. Adhuc autē
iustos eius ɔculcauerūt: et dixerūt in corde
suo nō esse deū: et quidē scientes qm̄ moriū=
tur. Sicut eni vos suscipiēt q̄ predicta sūt:
sic eos sitis ⁊ cruciatus que p̄parata sūt. Nō
enim voluit hominē disꝑdi. Sed et ipi qui
creati sūt coinquinauerunt nomē eius qui
fecit eos: et ingrati fuerūt ei qui p̄parauit eis
vitam. Quapropter iudiciū meū modo
appropinquat. Que nō omibꝫ demōstraui
nisi tibi: ⁊ tibi similibꝫ paucis. Et rn̄di ⁊ dixi.
Ecce nūc domine demonstrasti michi multi=
tudinē signoꝝ q̄ incipies facere in nouissi=
mis: s꜡ nō demonstrasti in quo tpe. IX

Et rn̄dit ad me: et dixit. Metiens me=
tire tempus in semetipo: et erit cum
videris quādo transierit pars quedam si=
gnoꝝ que p̄dicta sūt: tūc intelliges quoni=
am ipm est tēpus in quo incipiet altissimus
visitare seculū quod ab eo factum est. Et
quando videbit̃ in seculo motio locorum ⁊
populoꝝ turbatio: tūc intelliges quoniam
de hijs erat altissimus locutus: a diebus q̄
fuerūt āte te ab inicio. Sic eni ome qd̄ fcm̄
est in seculo iniciū habet pariter ⁊ ɔsumma=
cōez. et ɔsūmacō est manifesta: sic ⁊ altissimi
tempora. inicia habent manifesta in ꝓdigijs
et virtutibꝫ ⁊ ɔsūmacōes in actu ⁊ in signis.
Et erit omis qui saluus factus fuerit ⁊ qui
poterit effugere ꝑ opa sua ⁊ ꝑ fidem in qua
credidistis relinquet̃ de p̄dictis ꝑiculis: et
videbit salutare meū in terra mea: ⁊ in finibꝫ
meis: quoniā sanctificaui me a seculo. Et tūc
miserabūtur qui nūc abusi sūt vias meas: et
in tormentis ɔmorabunt̃ hij. qui eas ꝓiece=
rūt in ɔtemptu. Qui enim non cognouerūt
me viuētes beneficia ɔsecuti. et q̄ fastidierūt
legem meam cū adhuc erāt habētes liber=
tatē: et cū adhuc esset eis aptus penitētie lo=
cus nō intellexerūt sed spreuerūt: hos opor=
tet post mortem in cruciamēto cognoscere.
Tu ergo noli adhuc curiosus esse quomō
impij cruciabūtur: sed inquire quomō iusti
saluabūtur: et quoꝝ seculū et ꝓpter quos se=
culū ⁊ quando. Et rn̄di ⁊ dixi. Olim locutus
sum ⁊ nunc dico ⁊ postea dicam quoniā plres
sūt qui pereūt. q̄ꝫ qui saluabūtur: sicut multi=
plicat̃ fluctus sup guttā. Et rn̄dit ad me: et
dixit. Qualis ager talia ⁊ semina: et quales
floēs tales ⁊ tincture: et qualis opator talis
et creatio: et qualis agricola talis cultura:
quoniā tempus erat seculi. Et nūc cū essem
parās eis hijs qui nūc sūt anteq̄ꝫ fieret secu=
lum in quo habitarēt: ⁊ nemo ɔtradixit m̄:
tunc enim quisq꜡ ⁊ nūc creatur in mūdo hic
parato ⁊ mense indeficienti ⁊ lege inuestiga=
bili: corrupti sūt mores eoꝝ. Et cōsideraui
seculū: et ecce erat ꝑiculū ꝓpter cogitacōes
q̄ in eo aduenerūt. Et vidi ⁊ ꝑpci ei valde:
et seruaui michi acinū de botro: et plātacōez
de tribu multa. Pereat ergo multitudo que
sine causa nata est: et seruet̃ acinus meus et
plantacō mea: q꜡ cū multo labore ꝑfeci. Tu
autē si adhuc intromittas septē dies alios
sed non ieiunabis in eis: ibis in campū florū
vbi domus nō est edificata: et manducabis
solūmodo de floribꝫ campi: et carnē non gu=
stabis ⁊ vinū non bibes: s꜡ solūmodo flores.
Deꝑcare altissimū sine intermissione: et veni=
am ⁊ loquar tecū. Et ꝓfectus sū sicut dixit m̄
in campū qui vocatur ardath: ⁊ sedi ibi in
floribꝫ. Et de herbis agri manducaui: ⁊ fcā
est esca eaꝝ michi in saturitatē. Et factū est
post dies septē ⁊ ego discūbebā sup fenū: et
cor meū iterū turbabat̃ sicut āte te. Et apꝰ
ē os meū: et inchoaui dicē coraz altissimo: et
dixi. O domine te nobis ostendēs ostēsus
es patribꝫ nr̄is in deserto: quod non calcat̃
et infructuoso: qn̄ erāt exeūtes de egipto: et

dicens dixisti. Tu israbel audi me: et semē iacob intende sermonib; meis. Ecce enim ego semino in vobis legez meā: et faciet in vobis fructū: ⁊ glorificabimini in eo p sclm. Nam pr̄es nostri accipiētes legē nō seruauerūt: et legitima mea non custodierūt: et fcūs est fructus legis non parēs. nec enim poterat quoniā tuus erat: nā qui acceperūt perierūt non custodiētes qđ in eis seminatum fuerat. Et ecce ɔsuetudo est: ut cū acceperit terra semen. vel nauem mare. vel vas aliquod escam vel potum: cū fuerit exterminatū id in quo seminatū est vel in qđ missuz est: simul id quod seminatū vel missum est vel que suscepta sūt exterminantur: et suscepta iam nō manent apud nos. Sed nobis sic non factum est. Nos quidē qui legem accepimus peccantes perimus ⁊ cor nr̄m quod suscepit eam: nam lex non perijt: sed ꝑmansit in suo labore. Et cū loquerer hec in corde meo respexi oculis meis: et vidi mulierem in dextera parte. Et ecce hec lugebat et plorabat cū voce magna: ⁊ aīo dolebat valde: et vestimēta eius discissa. et cinis sup caput ei9. Et dimisi cogitatus in quib; eram cogitans: et ɔuersus sū ad eā: et dixi ei. Ut quid fles. et quid doles animo? Et dixit ad me. Dimitte me dn̄e meus ut defleam me: et adiciam dolorem quoniā valde amara sū aīo: et humiliata sū valde. Et dixit ei. Quid passa es? Dic michi. Et dixit ad me. Sterilis fui ego famula tua: et nō peperi habēs maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas et p singulos dies ⁊ annos triginta hos. dep̄cor altissimū nocte ac die. Et factū est post triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuā: et vidit humilitatez meam et attēdit tribulacōni mee: et dedit michi filiū. Et iocundata sum sup eum valde ego ⁊ vir meus ⁊ omēs ciues mei: et honorificabam9 valde fortē. Et nutriui eū cū labore multo: et factum est cum creuisset ⁊ venisset accipere vxorem: feci diem epuli.

X

Et factū est cū introissꝫ filius meus in thalamo suo: cecidit ⁊ mortuus est: et euertimus omēs lumina. Et surrexerunt omēs ciues mei ad cōsolandū me: et quieui usqꝫ in aliū diem. usqꝫ nocte. Et factū est cū oēs quieuissent ut me cōsolarent᷑ ut quiescerē: et surrexi nocte ⁊ fugi et veni sicut vides in hoc campo: et cogito iam non reuerti in ciuitatē. sꝫ hic ɔsistere: et neqꝫ manducare neqꝫ bibere: sꝫ sine intermissione lugere ⁊ ieiunare usqꝫ dū moriar. Et dereliqui sermones in quib; eram: et rn̄di cū iracundia ad eam: et dixi. Stulta sup omēs mulieres: non vides luctū nostrū ⁊ que nobis ɔtingūt? Quoniā syon mater nostra omī tristicia ɔtristat᷑ et humilitate humiliata ē ⁊ luget validissime. Et nunc quoniā omēs lugemus ⁊ tristes sumus. quoniā omēs ɔtristati sumus: tu autē cōtristaris in vno filio? Interroga enim terram ⁊ dicet tibi: quoniaz hec est que debeat lugere casum tantoꝝ sup eam germinantiū. Et ex ipa ab inicio omēs nati ⁊ alij venient. Et ecce pene omēs in ꝑdicōez ambulant: et exterminiū fit multitudo eoꝝ. Et quis ergo debet lugere magis. nisi hec que tā magnā multitudinē ꝑdidit: ꝙ tu q̄ ꝓ vno doles? Si autez dicis michi quoniam nō est planctus meus similis terre: quoniā fructus ventris mei ꝑdidi. quē cū merorib; pepi ⁊ cū doloribus genui: terra aūt scd̄m viā terre. abijtqꝫ in ea multitudo presens: quō euenit: et ego tibi dico. Sicut tu cum labore pepisti: sic et terra dat fructū suū. homī ab inicio ei q̄ fecit eā. Nūc ergo retine apud temetipaz dolorē tuū: et fortiter fer qui tibi ɔtigerūt casus. Si enim iustificaueris terminū dei ⁊ ɔsiliū suum. recipies in tēpore: et in talib; collaudaberis. Ingredere ergo in ciuitatē ad virū tuū. Et dixit ad me. Non faciā: neqꝫ ingrediar ciuitatē: sꝫ hic moriar. Et apposui adhuc loqui ad eā. et dixi. Noli facere hūc sermonē: sed cōsenti ꝑsuadēti. Quot enim casus syon? Cōsolare ꝓpter dolorē ihrl̄m. Vides enim quoniā sanctificacō nostra deserta effecta est. et altare nostrū demolitū est. ⁊ templū nostrū destructū est: et psalteriū nostrū humiliatū ē. et ymnus ɔticuit: ⁊ exultacō nostra dissoluta est. et lumē candelabri nostri extinctū est: ⁊ archa testamēti nostri direpta est. et sancta nostra ɔtaminata sūt: ⁊ nomē quod inuocatū est sup nos pene ꝓfanatū est. et liberi nostri contumeliā passi sūt. et sac̄dotes nostri succensi sūt ⁊ leuite nr̄i in captiuitatē

abierūt: et virgines nostre coinq̄nate sunt.
et mulieres nostre vim passe sūt ⁊ iusti nr̄i
rapti sūt. et paruuli nostri ꝑditi sunt. et iuue-
nes nostri seruierūt: et fortes nostri inuali-
di facti sūt. Et quod omniū maius signacu-
lū syon: quoniā resignata est de gloria sua.
Nam et tradita est in manibꝫ eoꝝ qui nos
oderunt. Tu ergo excute tuam tristiciam
multā: et depone abs te multitudinē doloꝝ
ut tibi repropicietur fortis: et requiē faciet
tibi altissimus. requietionē laboꝝ. Et fcm̄ ē
cū loquebar ad eam facies eius fulgebat
sbito: et species chorúscus fiebat visus eiꝰ:
ut essem pauēs valde ad eam ⁊ cogitarem
quid esset hoc. Et ecce subito emisit sonituz
vocis magnū timore plenū: ut ɔmoueret
terra a mulieris sono. Et vidi: et ecce āpliꝰ
mulier nō cōparebat michi: ſ꜒ ciuitas edifi-
cabatur ⁊ locus demōstrabat᷑ de fundamē-
tis magnis: ⁊ timui ⁊ clamaui voce magna:
⁊ dixi. Ubi est huriel angelus qui a princi-
pio venit ad me? Quoniā ipe me fecit venē
in multitudine in excessu mentis huius. Et
factus est finis meus in corrupcōeȝ: ⁊ oīo
mea in improperiū. Et cū esseȝ loquēs ego
hec: ecce venit ad me ⁊ vidit me. Et ecce erā
positus ut mortuus: et intellectus meus ali-
enatus erat. Et tenuit dexterā meā ⁊ ɔforta-
uit me: et statuit me sup pedes meos. Et di-
xit michi. Quid tibi est ⁊ quare ɔturbatus
ē intellectus tuus ⁊ sensus cordis tui: et q̄re
conturbaris? Et dixi. Quoniā dereliquisti
me. Et ego quidē feci scd̄m ꝑmones tuos:
et exiui in campū: et ecce vidi ⁊ video quod
nō possuȝ enarrare. Et dixit ad me. Sta ut
vir: et ɔmouebo te. Et dixi. Loquē domine
meus tu in me. Noli me derelinquere ut nō
frustra moriar: qm̄ vidi que nō sciebam: et
audio q̄ non scio. Aut nūquid sensus meus
fallit᷑: et anima mea sompniat? Nūc ergo de-
ꝑcor te: ut demonstres seruo tuo de excessu
hoc. Et r̄ndit ad me: ⁊ dixit. Audi me: ⁊ do-
ceam te: et dicam tibi de quibꝫ times: qm̄ al-
tissimus reuelauit tibi misteria multa. Vidit
rectam viam tuā: qm̄ sine intermissione cō-
tristabaris ꝑ populo tuo: et valde lugebas
ꝓpter syon. Hic ergo intellectus visionis
q̄ tibi apparuit ante paululū. Quā vidisti
lugentē inchoasti ɔsolari eam: nūc autem iā
speciē mulieris nō vides. sed apparuit tibi ci-
uitas edificari: et qm̄ enarrabat tibi de casu
filij sui. Hec absolucō est. Hec mulier quam
vidisti. hec ē syon: et qm̄ dixit tibi quā ⁊ nūc
cōspicies. ut ciuitatē edificatam. Et quoniā
dixit tibi q sterilis fuit annis triginta: pro-
pter qd̄ erant āni scilicet triginta quādo nō
erat in ea adhuc oblacō ablata. Et factum
est post ānos triginta edificauit salomon ci-
uitatē ⁊ obtulit oblacōes: tūc fuit quādo pe-
perit sterilis filiū. Et q tibi dixit qm̄ nutriuit
eū cū labore: hoc erat habitatio in ihrlm̄. Et
qm̄ dixit tibi q filius meꝰ veniēs in suo tha-
lamo mortuus esset. et cōtigisseȝ ei casus: hoc
erat q̄ facta est ruina iherusalē. Et ecce vidi-
sti similitudinē eiꝰ: et qm̄ filiū lugeret incho-
asti ɔsolari eā: et de hijs q̄ ɔtigerūt hec erāt
tibi aperiēda. Et nunc videt altissimus qm̄
ex animo ɔtristatus es: et qm̄ ex toto corde
pateris ꝑ ea: ostendit tibi claritatē glorie
eiꝰ: et pulcritudinē decoris eiꝰ. Propterea
enim dixi tibi: ut maneres in cāpo vbi domꝰ
nō est edificata. Sciebā enim ego quoniaȝ
altissimus incipiebat tibi ostēdere hec: pro-
pterea dixi tibi ut venires in agrū vbi non ē
fundamentū edificij. Nec enim poterāt opus
edificij hominis sustineri in loco: vbi incipi-
ebat᷑ altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli
timere neqꝫ expauescat cor tuū: ſ꜒ ingredere
et vide splendorem ⁊ magnitudinē edificij.
quantū capax est tibi visu oculoꝝ videre:
et post hec audies quantū capit auditus au-
riū tuaꝝ audire. Tu eni beatus es p̄ multis:
et vocatus es apud altissimum. sicut ⁊ pauci.
Nocte autem q̄ in crastinū futura est mane-
bis hic: et ostendet tibi altissimus eas visio-
nes sompnioꝝ que faciet altissimus hijs qui
habitāt sup terrā a nouissimis diebꝫ. Et dor-
miui illā noctē ⁊ aliā: sicut dixerat michi. XI
Et vidi sompniū: et ecce ascendebat de
mari aquila cui erāt duodecim ale pē-
naꝝ: et capita tria. Et vidi: et ecce expande-
bat alas suas in omeȝ terrā: et omes vēti celi
insufflabant in eā ⁊ colligebant᷑. Et vidi: et
de pennis eius nascebāt᷑ contrarie penne: et
ipe fiebāt in pennaculis minutis ⁊ modicis.
Nā capita eius erāt quiescētia: et dimidium

caput erat maius aliorꝝ capitū: ſʒ ipa qeſce-
bat cū eis. Et vidi: et ecce aquila volauit in
pennis ſuis: et regnauit ſup terrā ⁊ ſup eos
qui habitāt in ea. Et vidi quoniā ſubiecta
erant ei oīa ſub celo: ⁊ nemo illi ɔtradice-
bat: neqʒ vnus de creatura que eſt ſuper
terrā. Et vidi: et ecce ſurrexit aquila ſuper
vngues ſuos: ⁊ miſit vocē pennis ſuis dicēs.
Nolite oīes ſimul vigilare: dormite vnuſ-
quiſqʒ in loco ſuo: et per tempus vigilate.
Capita aūt in nouiſſimo ſeruētur. Et vidi:
et ecce vox nō exibat de capitibꝫ eius: ſʒ de
medietate corporis eius. Et numeraui ɔtra-
rias pennas eius: et ecce ipe erāt octo. Et
vidi: et ecce a dextera parte ſurrexit vna pē-
na: et regnauit ſup oīeʒ terrā. Et factuʒ ē
cum regnaret. venit ei finis: et nō apparuit
locus eius: et ſequens exſurrexit ⁊ regna-
bat. Ipa multū tenuit tempus. Et factuʒ ē
cū regnaret: et veniebat finis eius ut nō ap-
pareret ſicut prior: et ecce vox emiſſa ē illi
dicēs. Audi tu que tanto tempore tenuiſti
terrā. Hec annūcio tibi anteq̄ incipias nō
apparere. Nemo poſt te tenebit tēpus tuū:
ſed nec dimidium eius. Et leuauit tercia: ⁊
tenuit principatū ſicut ⁊ priores: ⁊ nō appa-
ruit ⁊ ipſa. Et ſic ɔtingebat oībꝫ aliis ſin-
gulatim principatū gerere: et iteruʒ nuſq̄
comparere. Et vidi: ⁊ ecce in tempore. ſeqn̄-
tes penne erigebant᷑ a dextera parte ut te-
nerēt ⁊ ipe principatū: et ex hiis erant que
tenebant: ſʒ tamē ſtatim nō cōpateſcebāt:
nam ⁊ alique ex eis erigebantur. ſed nō te-
bant principatū. Et vidi poſt hec: ⁊ ecce nō
comparuerūt duodecim penne ⁊ duo pen-
nacula: et nichil ſuperat in corpore aq̄le niſi
duo capita quieſcentia ⁊ ſex pennacula. Et
vidi: et ecce ſex pennaculis diuiſe ſūt due:
et manſerūt ſub capite quod eſt ad dexterā
parteʒ. Nam quatuor manſerūt in loco ſuo.
Et vidi: ⁊ ecce hec ſubalares cogitabāt ſe
erigē: et tenere principatus. Et vidi: et vna
erecta eſt: ſed ſtatim nō ɔparuit. Et ſecūde
velocius q̄ priores nō ɔparuerūt. Et vidi: et
ecce due q̄ ſupauerāt apud ſemetipas cogi-
tabant ⁊ ipe regnare: ⁊ in eo cū cogitarēt.
ecce vnū quieſcentiū capitū qđ erat mediū
euigilabat. Hoc enim erat duorꝝ capitum

maius. Et vidi quoniā ɔpleta ſūt duo capi-
ta ſecuʒ: et ecce ɔuerſū eſt caput cū hiis qui
cum eo erant: et comedit duas ſubalares q̄
cogitabant regnare. Hoc autē caput pcon-
terruit oīeʒ terrā: et dominabat᷑ in ea hiis
qui habitant terrā cū labore multo: ⁊ poten-
tatū tenuit orbis terrarꝝ ſup omnes alas q̄
fuerāt. Et vidi poſt hec: et ecce mediuʒ caput
ſubito nō ɔparuit: et hoc ſicut ale. Supaue-
rūt aūt duo capita: que ⁊ ipa ſilr regnauerāt
ſup terram: ⁊ ſup eos qui habitāt in ea. Et
vidi: ⁊ ecce deuorauit caput a dextera parte
illud quod a leua. Et audiui vocē dicentē
michi. Conſpice cōtra te: et cōſidera quod
vides. Et vidi: et ecce ſicut leo ɔcitatus de
ſilua rugiēs: et vidi quoniā emittebat vocē
hominis ad aquilā. Et dixit dicēs. Audi tu.
et loquar ad te: et dicit altiſſimus tibi. Non-
ne tu es qui ſupaſti de quatuor animalibꝫ q̄
fecerā regnare in ſeculo meo: et ut p eos ve-
niret finis temporꝝ eorꝝ? Et quartus veniēs
deuicit omnia animalia que tranſierūt. et po-
tentatu tenuit ſeculum cū tremore multo. et
oīeʒ orbē cū labore peſſimo: et inhabitauit
tot temporibꝫ orbem terrarꝝ cū dolo. Et iudi-
caſti terram nō cū veritate. Tribulaſti enim
manſuetos et leſiſti quieſcentes: et dilexiſti
mendaces ⁊ deſtruxiſti habitacōes eorꝝ q̄
fructificabant: et humiliaſti muros eorꝝ q̄
te nō nocuerāt. Et aſcendit ɔtumelia tua ad
altiſſimū: et ſupbia tua ad fortē. Et reſpexit
altiſſimus ſupba tempora: et ecce finita ſūt:
et ſcelera eius ɔpleta ſūt. Propterea nō ap-
pareas tu aquila ⁊ ale tue horribiles et pen-
nacula tua peſſima. et capita tua maligna. et
vngues tui peſſimi. et oīe corpus tuum va-
nū: vti refrigeretur omnis terra. et reuertat᷑
liberata de tua vi: et ſperet iudicium ⁊ miſeri-
cordiam eius qui fecit eam. XII

ET factū eſt dū loqueret᷑ leo v̾ba hec
ad aquilā: et vidi ⁊ ecce q̄ ſupauerat caput
et nō ɔparuerūt quatuor ale ille q̄ ad eum
tranſierūt ⁊ erecte ſūt ut regnarent: et erat
regnū eorꝝ exile. et tumultu plenū. Et vidi:
⁊ ecce ipa nō apparebāt: ⁊ oīe corpus aq̄le
incendebatur: ⁊ expaueſcebat terra valde.
Et ego a tumultu ⁊ exceſſu mētis ⁊ a magno
timore vigilaui: ⁊ dixi ſpiritui meo. Ecce tu

prestitisti michi hoc: in eo q̄ scrutaris vias
altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo.
et spū meo inualidus sū valde: et nec modi-
ca est in me v̄tus a multo timore q̄ expaui
nocte hac. Nunc ergo orabo altissimū: ut
me cōfortet usq; in finē. Et dixi. Dn̄ator dn̄e
si inueni gratiā ante oculos tuos. ⁊ si iustifi-
catus sū apud te p̄ multis. et si cēte ascendit
dep̄catio mea ante faciē tuā: conforta me et
ostēde seruo tuo michi interp̄tacōem et di-
stinctōem visus horribilis huius: ut plenis-
sime cōsoleris animā meā. Dignū enim me
habuisti: ostēdere michi tēporꝝ nouissima.
Et dixit ad me. Hec est interp̄tacō visiōis
huius. Aquilā quā vidisti ascendētem de
mari: hoc est regnū quod visū est in visiōe
danieli fratri tuo. Sed nō est illi interp̄ta-
tum: quoniā ego nūc tibi interp̄tor. Ecce di-
es veniūt: et exsurget regnū sup terram: et
erit timor acrior omniū regnorꝝ que fuerūt
āte eū. Regnabūt autē in ea reges duode-
cim: vnus post vnū. Nā secundus incipiet
regnare: et ip̄e tenebit amplius tempus p̄
duodecim. Hec est interp̄tacō duodecim
alarꝝ quas vidisti. Et quā vidisti vocez q̄
locuta est nō de capitib; eius exeūtem s; de
medio corpore eius: hec est interpretatio.
Quoniā post tempus regni illius nascent̄
contētiones nō modice: et piclitabitur ut
cadat ⁊ nō cadet tūc: sed iterū cōstituetur in
suū iniciū. Et qm̄ vidisti subalares octo co-
herētes alis eius: hec est interp̄tatio. Exsur-
gēt in ip̄o octo reges quorꝝ erūt tempora
leuia ⁊ anni citati: ⁊ duo quidē ex ip̄is piēt.
Appropinquāte autē tempore medio. qua-
tuor seruabūt̄ in tempore: cū incipiet appro-
pinquare tempus eius ut finiat̄. Duo vero
in finem seruabunt̄. Et quoniā vidisti tria
capita quiescētia: hec est interp̄tacō. In no-
uissimis ei⁹ suscitabit altissim⁹ tria regna:
⁊ reuocabit in ea multa ⁊ dominabūt̄ terrā
et q̄ habitāt in ea: cū labore multo sup om̄es
qui fuerūt āte hos. Propter hoc ipsi vocati
sūt capita aquile. Isti enim erūt qui recapi-
tulabūt impietates eius: et q̄ pficiēt nouissi-
ma eius. Et quoniā vidisti caput maius nō
apparēs: hec est interp̄tacō eius. Quoniam
vnus ex eis sup lectū suū morieť. et tamē
cū tormētis. Nam duo qui pseuerauerint:
gladius eos comedet. Vnius enim gladius
comedet qui cū eo: sed tamē hic gladio in
nouissimis cadet. Et qm̄ vidisti duas subala-
res traiciētes sup caput quod est in dextera
parte: hec est interp̄tatio. Hij sūt quos cōser-
uauit altissimus in finem suū: hoc est regnū
exile ⁊ turbationis plenū. Sicut vidisti et
leonē quē vidisti de silua euigilantē ⁊ rugi-
entē ⁊ loquentē ad aquilā ⁊ arguentē eā.
et iniusticias ip̄ius p omes sermones eius
sicut audisti: hic est v̄etus quē seruauit altis-
simus in finem ad eos ⁊ impietates ipsorꝝ:
et arguet illos ⁊ incutiet coram ip̄is scerpcō-
nes eorꝝ. Statuet eni eos in iudiciū viuos:
et erit cū arguerit eos: tūc corripiet eos. Nā
residuū populū meuz liberabit cū miseria. q̄
saluati sūt sup fines meos: et iocūdabit eos
quoadusq; veniet finis dies iudicij de quo
locutus sū tibi ab inicio. Hoc somniū quod
vidisti: et hee interp̄tacōes. Tu ergo solus
dignus fuisti scire altissimi secretū hoc. Scri-
be ergo omnia ista in libro q̄ vidisti. et pone
ea in loco abscondito: ⁊ docebis ea sapiētes
de populo tuo: quorꝝ corda scis posse capere
et suare secreta hec. Tu autē adhuc sustine
hic alios dies septez: ut tibi ostēdat̄ quicqd
visū fuerit altissimo ostēdere tibi. Et pfect⁹
est a me. Et factū ē cū audiss; om̄is populus
quoniā ptransierūt septē dies ⁊ ego nō fuis-
sem reusus in ciuitatē: et cōgregauit se oīs a
minimo usq; ad maximum ⁊ venit ad me: et
dixerūt michi dicētes. Quid peccauimus tibi:
⁊ quid iniuste egimus in te qm̄ derelinquēs
nos. sedisti in loco hoc? Tu eni nobis supes
solus ex om̄ib; poplis sicut botrus de vinea:
⁊ sicut lucerna in loco obscuro: et sicut port⁹
et nauis saluata a tempestate. Aut non suffi-
ciūt nobis mala. q̄ cōtingūt? Si ergo tu nos
dereliqueris: quāto nobis erat melius si esse-
mus succensi et nos cū incendio syon? Nec
enim nos sumus meliores eorꝝ qui ibi mor-
tui sūt. Et plorauerūt voce magna. Et r̄ndi
ad eos ⁊ dixi. Confide israhel: et noli tristari
tu domus iacob. Est enim memoria vestri
corā altissimo: et fortis nō est oblitus vestri
in temptacōne. Ego enim nō dereliqui vos
neq; excessi a vobis: sed veni in hūc locuz ut

deꝓcarer ꝑ desolatione syon:ut quererem
misc̄diam ꝑ humilitate sanctificacōis vr̄e.
Et nūc ite vnusquisqȝ vr̄m in domū suam:⁊
ego veniam ad vos post dies istos. Et ꝓfe-
ctus ē populus sicut dixi ei in ciuitatē. Ego
autē sedi in campo septē diebꝫ sicut michi
mandauit:et mādūcabā de floribꝫ solūmō
agri:de herbis facta est esca m̄i in diebꝫ illis.

ET factū est post dies septē: XIII
et sompniaui somniū nocte. Et ecce de
mari ventus exsurgebat:ut ↄturbaret oēs
fluctus eius. Et vidi:et ecce conualescebat
ille homo cū milibꝫ celi:et vbi vultū suū ver-
tebat ut ↄsideraret tremebāt omnia q̄ sub
eo videbantur:⁊ vbicūqȝ exibat vox de ore
eius ardescebant oēs q̄ audiebāt voces
eius sicut quiescit terra quādo senserit ignē.
Et vidi post hec:et ecce cōgregabat᷑ multi-
tudo hominū quoꝝ nō erat numerus de q̄t-
tuor vētis celi·ut debellarēt hominē qui ascē-
derat de mari. Et vidi:et ecce sibimetipi scul-
pserat montē magnū:et volauit super eum.
Ego autē quesiui videre regionē vel locū
vnde sculptus esset mōs:⁊ nō potui. Et post
hec vidi:et ecce oēs qui ↄgregati sūt ad
eū ut expugnarēt eū timebāt valde:tamē
audebāt pugnare. Et ecce ut vidit impetū
multitudinis venientis·nō leuauit manū suā
neqȝ frameā tenebat·neqȝ aliqđ vas belli-
cosū:nisi solūmodo ut vidi·quoniā emisit
de ore suo sicut flatū ignis·et de labijs eius
spūs flamme·et de lingua eius emittebat
scintillas ⁊ tempestates:⁊ ↄmixta sūt oīa
simul hic flatus ignis ⁊ spūs flāme·et mul-
titudo tempestatis:et ↄcidit sup multitudi-
nem in impetu q̄ parata erat pugnare ⁊ suc-
cendit oēs:ut subito nichil videretur de
innumerabili multitudine·nisi solummodo
puluis ⁊ fumi odor. Et vidi:et extimui. Et
post hec vidi ipm̄ hominē descendētem de
mōte ⁊ vocantē ad se multitudinē aliā pa-
cificam:et accedebat ad eū vultus hominū
multoꝝ quorūdam gaudentiū·quorūdā
tristantiū:aliqui vero alligati:aliqui addu-
cētes ex eis qui offerebātur. Et egrotaui a
multitudine pauoris:et exꝑgefactus sum:
et dixi. Tu ab inicio demōstrasti seruo tuo
mirabilia hec:et dignum me habuisti ut
suscipēres deꝓcationē meā:⁊ nūc demonstra
michi adhuc interp̄tacōnem somnij huius.
Sicut enim existimo in sensu meo:ve qui
derelicti fuerūt in diebꝫ illis. Et multo plus
ve hijs:qui nō sūt derelicti. Qui enim nō sūt
derelicti tristes erāt. Intelligo nūc que sunt
reposita in nouissimis diebꝫ:et occurrēt eis:
ſꝫ et hijs qui derelicti sūt. Propter hoc vene-
rūt enim in pericula magna·et necessitates
multas:sicut ostendūt somnia hec. Attamē
facilius est piclitantē venire in hūc q̄ꝫ ꝑtran-
sire sicut nubem a seculo:et nūc videre q̄ cō-
tingūt in nouissimo. Et rn̄dit ad me:⁊ dixit.
Et visionis interp̄tacōem dicā tibi:et de q̄bꝫ
locutus es adaperiā tibi. Quoniam de hijs
dixisti q̄ derelicti sunt:hec ē interp̄tacō. Qui
aufert piculū illo tempore:hic se custodiuit.
Qui in piculo inciderūt:hij sūt qui habent
opa et fidē ad fortissimū. Scito ergo:qm̄
magis beatificati sunt qui derelicti:sup eos
qui mortui sunt. Hee interp̄tacōes visiōis.
Quia vidisti virū ascendētem de corde maris·
ipe est quē ↄseruat altissimus multis tpibꝫ:
qui ꝑ semetipm̄ liberabit creaturā suā:et ipe
disponet qui derelicti sūt. Et quoniā vidisti
de ore eius exire ut spm̄ ⁊ ignē ⁊ tēpestatē:
⁊ qm̄ nō tenebat frameā neqȝ vas bellicosū:
corrupit enim impetus eius multitudinē q̄
venerat expugnare eū:hec est interp̄tatio.
Ecce dies veniūt quādo incipiet altissimus
liberare eos q̄ sup terrā sunt:⁊ veniet in exces-
su mētis sup eos qui inhabitant terram. Et
alij alios cogitabūt debellare:ciuitas ciuita-
tem ⁊ locus locū·et gens aduersus gentē:
⁊ regnū aduersus regnū. Et erit cū fiēt hec:
et ↄtingēt signa q̄ ante ostēdi tibi:et tūc re-
uelabitur filius meus:quē vidisti ut virum
ascendentē. Et erit quādo audierint oēs
gentes vocem eiꝰ:et derelinquet vnusquis-
qȝ in regione sua bellum suū quod habent
ad alterutrū:et colliget᷑ in vnū multitudo
innumerabilis sicut volētes venire et expu-
gnare eū. Ipe aūt stabit sup cacumē mōtis
syon. Syon autē veniet:et ostēdet᷑ oībus
parata ⁊ edificata sicut vidisti montē sculpi
sine manibꝫ. Ipe autē filius meus arguet q̄
adinuenerunt gētes impietates eoꝝ has:
que tempestati appropinquerūt ꝓpter mala

cogitamēta eoꝝ ⁊ cruciamēta quibꝫ incipi-
ent cruciari: q̄ assimulate sūt flāme: et ꝑdet
eos sine labore. ꝑ legem q̄ igni assimulata
est. Et quoniā vidisti eū colligentē ad se
aliā multitudinē pacificā: hee sūt decē tribꝫ
que captiue facte sūt de terra sua in diebus
osee regis quē captiuū duxit salmanasar
rex assirioꝝ. et transtulit eos trās flumen:
et translati sūt in terrā aliā. Ipsi autē sibi de-
derūt consiliū hoc ut derelinquerēt multitu-
dinē gentiū: et ꝓficiscerentur in vlteriorem
regionē vbi nunq̄ inhabitauit genus hu-
manū vel ibi obseruare legitima sua que nō
fuerāt fuātes in regione sua. Per introitus
autē angustos fluminis eufraten introierūt.
Fecit enim eis tūc altissimus signa: et statu-
it venas fluminis usq; quo transirēt. Per eā
enim regionē erat via multa itineris anni
vnius ⁊ dimidij: nā regio illa vocatur arsa-
reth. Tunc inhabitauerūt ibi usq; in nouis-
simo tempore: et nūc iterū cū ceperint veniē.
iterū altissimus statuet venas fluminis ut
possint transire: ꝓpter hec vidisti multitudi-
nem cū pace. Sed ⁊ qui derelicti sūt de po-
pulo tuo: hij sunt qui inueniūtur intra terminū
meū. Factū est ergo quādo incipiet ꝑdere
multitudinē eaꝝ q̄ collecte sūt gētes: pro-
teget eos qui supauerūt ꝓplm: et tūc osten-
det eis multa plurima portēta. Et dixi ego.
Dominator domine hoc michi ostēde: ꝓpter
quod vidi virū ascendentē de corde maris.
Et dixit michi. Sicut nō potes hec vel scru-
tari vel scire q̄ sunt in ꝓfundo maris: sic non
poterit quisq; sup terrā videre filiū meum.
vel eos q̄ cū eo sūt: nisi in tempore diei. Hec
est interꝓtacō somnij quod vidisti: ⁊ ꝓpter
qđ illuminatus es hic solus. Dereliquisti
enim tuā: et circa meā vacasti legē ⁊ quesisti.
Vitā eni tuā disposuisti in sapiētia: et sensū
tuū vocasti matrē. Et ꝓpter hoc ostēdi tibi
merces apud altissimū. Erit eni: post alios
tres dies ad te alia loquar: et exponā tibi
grauia ⁊ mirabilia. Et ꝓfectus sum ⁊ trāsij
in campū: multū glorificās ⁊ laudās altissi-
mū de mirabilibꝫ q̄ ꝑ tēpus faciebat: et qm̄
gubernat ipsū ⁊ que sunt in temporibꝫ illa-
ta. Et sedi ibi tribꝫ diebꝫ. XIIII

Et factū est tercio die: et ego sedebā
sup quercū. Et ecce vox exiuit cōtra me de
rubo et dixit. Esdra esdra. Et dixi. Ecce ego
domine. Et surrexi sup pedes meos. Et dixit
ad me. Reuelās reuelatus sum sup rubū. et
locutus sū moysi quando ꝓplus meus serui-
bat in egipto: et misi eū ⁊ eduxi populū meū
de egipto. et adduxi eū sup montē syna: ⁊ de-
tinebam eū apud me diebꝫ multis: et enarra-
ui ei mirabilia multa. ⁊ ostēdi ei tꝑm secreta
et finē: et p̄cepi ei dicēs. Hec in palā facies
vba: ⁊ hec abscōdes. Et nūc tibi dico: signa
q̄ demonstraui. et somnia que vidisti. ⁊ inter-
p̄tationes quas tu vidisti in corde tuo: repo-
ne ea. Tu enim recipieris ab omībꝫ. ꝯuerte-
ris residuus cū cōsilio meo ⁊ cū similibꝫ tuis: us-
q; quo finiantur tēpora. Quoniā sclm ꝑdidit
iuuentutē suā: et tēpora appropinquāt sene-
scere. Duodecim enim partibꝫ diuisū est secu-
lū: et transierūt eius decima ⁊ dimidiū decime
ꝑtis: sup sūt aūt eius post mediū decime par-
tis. Nūc ergo dispone domū tuā. ⁊ corripe po-
pulū tuū ⁊ ꝯsolare humiles eoꝝ: et renūcia
iam corruptele ⁊ dimitte abs te mortales co-
gitacōes: et ꝓice abs te pondera humana ⁊
exue te iam infirmā naturā: et repone in vnā
partem molestissima tibi cogitamēta: et festi-
na transmigrare a temporibꝫ hijs. Que enim
vidisti nunc contigisse mala: iterū hoꝝ de-
teriora facient. Quantū enim inualidū fiet se-
culū a senectute: tantū multiplicabuntur sup in-
habitātes mala. Prolōgauit eni se magis
veritas ⁊ appropinquauit mendaciū. Iam
enim festinat venire quā vidisti visionē. Et
r̄ndi: et dixi coram te domine. Ecce eni ego
abibo sicut p̄cepisti michi: ⁊ corripiā p̄ntem
populū. Qui aūt iterū nati fuerint: quis ꝯmo-
nebit? Positū est ergo seculū in tenebris: et
qui inhabitāt in eo sine lumine. Quoniā lex
tua incensa est: ꝓpter qđ nemo scit que a te
facta sūt vel que incipient opera. Si enim in-
ueni in te gratiā: immitte in me spm̄ sanctū:
et scribam oīe quod factū est in seculo ab
inicio q̄ erant in lege tua scripta. ut possint
homines inuenire semitam: et qui voluerint
viuere in nouissimis viuāt. Et r̄ndit ad me:
et dixit. Vadens ꝯgrega populū. et dices
ad eos: ut non querāt te diebꝫ quadraginta.
Tu autē ꝑpara tibi buxos multos: ⁊ accipe

tecū sarean dabriam · selemiam · echanum.
et asiel · quinqꝫ hos: qui parati sūt ad scribē-
dū velociter. Et venies huc ⁊ ego accendā
in corde tuo lucernam intellectus: que non
extinguet̃ quoadusqꝫ finiant̃ que incipies
scribere. Et tūc pfectis quedā palā facies:
quedā sapientibꝫ absconse trades. In cra-
stinū enim hac hora incipies scribere. Et p-
fectus sū sicut michi p̄cepit: et cōgregaui
omnē populū: ⁊ dixi. Audi israhel verba hec.
Peregrinati sunt patres nostri ab inicio
in egipto · et liberati sūt inde: et acceperunt
legē vite quā non custodierūt · quā et vos
post eos transgressi estis: et data est vobis
terra in sortem ⁊ terra syon: et p̄res vestri et
vos iniquitatē fecistis · et nō suastis vias
quas p̄cepit vobis altissimus: ⁊ iustus iu-
dex cū sit · abstulit a vobis in tempore quod
donauerat. Et nūc vos hic estis: et fratres
vestri introrsū vr̄m sunt. Si ergo impaueri-
tis sensui vestro et erudieritis cor vr̄m · viui
cōseruati eritis: et post mortē misc̄diam ꝯse-
quemini. Judiciū enim post mortem veniet.
quādo iterū reuiuiscemus: et tunc iustoꝝ
nomina parebūt: et impioꝝ facta ostendē-
tur. Ad me igit̃ nemo accedat nunc: neqꝫ
requirat me usqꝫ dies quadraginta. Et ac-
cepi quinqꝫ viros sicut mandauit michi: ⁊
pfecti sumus in campū: et mā̄simus ibi. Et
factus sum in crastinū: et ecce vox vocauit
me dicēs. Esdra aperi os tuū: ⁊ bibe quo te
potauero. Et aperui os meum: ⁊ ecce calix
plenus porrigebat̃ michi. Hoc erat plenū
sicut aqua: color autē eius ut ignis similis.
Et accepi ⁊ bibi: et in eo cū bibissez cor meū
cruciabat̃ intellectu: ⁊ in pectus meū incre-
scebat sapiētia. Nam spūs meus ꝯsuabat̃
memoria. Et apertū est os meū: ⁊ nō ē clau-
sum amplius. Altissimus dedit intellectum
quinqꝫ viris: et scripserūt q̄ dicebant̃ exces-
siones noctis: quas nō sciebāt. Nocte aūt
manducabāt panē: ego aūt p diē loq̄bar:
et p noctē nō tacebam. Scripti sunt autez
per quadraginta dies libri ducēti quatuor.
Et factum est cū ꝯpleuissent quadraginta
dies: locutus est altissimus dicēs. Priora
q̄ scripsisti in palam pone · et legant digni
et indigni: nouissimos autez septuaginta
cōseruabis: ut tradas eos sapiētibꝫ de ppl̄o
tuo. In hijs enim est vena intellectus ⁊ sapi-
entie fons: ⁊ sciētie flumē. Et feci sic.

XV

Ecce loquē in aures plebis mee s̃mo ēs
ꝓphetie quos immisero in os tuū dic
dn̄s: et fac ut in carta scribantur · qm̄ fideles
et veri sunt. Ne timeas a cogitacōibꝫ adū-
sum te: nec turbēt te incredulitates dicentiū:
qm̄ omnis incredulus in incredulitate sua
moriet̃. Ecce ego induco dicit dominus su-
per orbem terraꝝ mala · gladiuz ⁊ famem ⁊
mortē ⁊ interitū: ꝓpter qd̄ suppolluit iniq̄tas
om̄ez terrā: et adimpleta sunt opera nociua
illoꝝ. Propterea dicit dominus. Iam nō si-
lebo de impietatibꝫ eoꝝ q̄ irreligiose agūt:
nec sustinebo in hijs q̄ inique exercēt. Ecce
sanguis innoxius ⁊ iustus clamat ad me: ⁊
anime iustoꝝ clamāt pseuerāter. Vindicās
vindicabo illos dicit dn̄s: et accipiā om̄em
sanguinē innoxiū ex illis ad me. Ecce ppl̄s
meus quasi grex ad occisionē ducitur: iam
non patiar illū habitare in terra egipti: sed
educā eū in manū potētia ⁊ brachio excelso. Et
pcutiā plaga sicut prius: ⁊ corrumpā om̄ez
terrā eius. Lugebit egiptus ⁊ fundamenta
eius: plaga verberata et castigatione quas
inducet ei deus. Lugebūt cultores operātes
terrā: qm̄ deficiēt semina eoꝝ ab vredine et
grandine ⁊ a sidere terribili. Ve seculo et q̄
habitant in eo: q2 appropinquauit gladius
et ꝯtritio eoꝝ: ⁊ exsurget gens super gentē
ad pugnā ⁊ rumphea in manibus eoꝝ. Erit
enim in cōstabilitio hominibꝫ: ⁊ alij alijs in-
ualescentes nō curabūt regē suū ⁊ pncipes:
vie gestoꝝ suoꝝ in potētia sua. Cōcupiscet
enim homo in ciuitatē ire: et nō poterit. Pro-
pter supbiā enim eoꝝ ciuitates turbabunt̃:
domus exterentur: homines metuent. Non
miserebitur homo p̄ximū suū ad irritū faciē-
dū domos eoꝝ in gladiuz: ad diripiendas
substātias eoꝝ ꝓpter famē panis ⁊ tribula-
tionē multā. Ecce ego conuoco dicit deus
om̄es reges terre ad me verendū qui sunt
ab oriēte ⁊ ab austro · ab euro ⁊ a libano ad
conuertēdos in se: et reddere q̄ dederīt illis.
Sicut faciūt usqꝫ hodie electis meis: sic fa-
ciā ⁊ reddā in sinu eoꝝ. Hec dicit dominus
deus. Non parcet dextera mea sup peccores:

nec cessabit rūphea sup effundētes sanguinē
innocuū sup terraȝ. Exijt ignis ab ira eius.
et devoravit fundamenta terre: et peccores
quasi stramen incensū. Ve eis qui peccant:
et nō observāt mandata mea dicit dominꝰ.
Non parcā illis. Discedite filij a potestate:
nolite ꝯtaminare sanctificacōem meā: qm̄
novit dn̄s omēs qui delinquūt in illū. Pro-
pterea tradidit eos in mortē ⁊ in occisionē.
Iam enim venerūt sup orbem terraꝝ mala:
et manebitis in illis. Nō enim liberabit vos
deus: ꝓpter qđ peccastis in eum. Ecce visio
horribilis: ⁊ facies illius ab oriēte. Et exiēt
nacōes draconū arabum in curribꝰ multis:
et sicut flatus. eoꝝ numerus fert̄ sup terrā:
ut iam timeāt ⁊ trepidēt omnes qui illos
audiēt carmonij insanientes in ira: et exiēt ut
apri de silua. et advenient in ꝟtute magna:
et ꝯstabūt in pugnā cū illis: et vastabunt
porcōez terre assirioꝝ. Et post hec supuale-
scent dracones. nativitatis sue memores: ⁊
convertēt se ꝯspirātes in ꝟtute magna ad
ꝑsequendos eos. Isti turbabūt et silebūt
in ꝟtute illoꝝ: ⁊ ꝯvertēt pedes suos i fugā:
et a territorio assirioꝝ subsessor obsedebit
eos: et ꝯsumet unum ex illis: et erit timor et
tremor in exercitu illoꝝ. et ꝯtētio in reges
ipoꝝ. Ecce nubes ab oriēte ⁊ a septētrione
usqȝ meridianū: et facies eaꝝ horrida val-
de plena ire ⁊ ꝓcelle. Et collidēt se invicez:
et collidēt sydus copiosū sup terrā ⁊ sydus
illoꝝ. Et erit sanguis a gladio usqȝ ad vē-
trē: et fimus hominis usqȝ ad substramē ca-
meli. Et erit timor ⁊ tremor multus sup ter-
ram: et horrebūt q̄ videbūt irā illā: ⁊ tremor
apphendet illos. Et post hec movebūt imm-
bri copiosi a meridiano ⁊ septētrione: et por-
tio alia ab occidēte. Et supinualescent vēti
ab oriēte ⁊ recludent eam: et nubem quam
suscitavit in ira: ⁊ sydus ad faciendā exter-
ritacōem ad orientalē ventū ⁊ occidentem.
violabitur. Et exaltabūtur nubes magne
et valide plene ire ⁊ sydus. ut exterreant
omēz terrā ⁊ inhabitātes eam: et infundēt
sup omēz locū altū. et eminentē sydus terri-
bile. ignē ⁊ grandinē ⁊ rumpheas volātes.
et aquas multas: ut etiā impleantur omēs
cāpi ⁊ oēs rivi plenitudīe aquarū multaꝝ.

Et demoliētur civitates ⁊ muros et montes
colles ⁊ ligna silvaꝝ: et fenū pratoꝝ ⁊ fru-
menta eoꝝ. Et transibūt ꝯstantes usqȝ ba-
bilonē ⁊ exterrēt eā: ꝯvenient ad ipam et cir-
cuibūt eā: et effundēt sydus ⁊ omēz irā sup
eā. Et subibit pulvis ⁊ fumus usqȝ in celum:
et omēs in circuitu lugebūt eā: et qui sub ea
remanserint servient hijs qui exterruerūt. Et
tu asia concors in spem babilonis. et gloria
ꝑsone eiꝰ: ve tibi misera. ꝓpter qđ assimila-
sti ei ⁊ ornasti filias tuas in fornicatione ad
placendū ⁊ gloriandū in amatoribꝰ tuis q̄
tecū cupierūt semp fornicari. Odibilē imita-
ta es in omībꝰ opibꝰ eius ⁊ in adinvētionibꝰ
eius: ꝓpterea dicit deus. Immittā tibi mala:
viduitatē pauptatē ⁊ famē et gladiū ⁊ pe-
stem ad devastādas domos tuas a violacō-
ne ⁊ morte ⁊ gloria ꝟtutis tue. Sicut flos
siccabitur cū exsurget ardor qui emissus est
sup te: infirmaberis ut paupcula plagata ⁊
castigata a mulieribꝰ ut nō possint te suscipe-
re potētes ⁊ amatores. Nunquid ego sic ze-
labo te dicit dominus. nisi occidisses elcōs
meos in omi tempore exaltās ꝑcussionem
manuū: ⁊ dicēs sup mortē eoꝝ cū inebriata
esses. exorna speciē vultus tui. Merces for-
nicacōis tue in sinu tuo: ꝓpter hoc reddicio-
nē accipies. Sicut facis electis meis dicit
dominus. sic faciet tibi deus: et tradet te in
malū. Et nati tui fame interiēt: et tu rūphea
cades ⁊ civitates tue ꝯterentur: ⁊ omēs tui
in campo gladio cadēt. Et qui sūt in mōtibꝰ
fame ꝑibūt: et manducabūt carnes suas et
sanguinē bibēt a fame panis ⁊ siti aque. In-
felix ꝑ maria venies: et rursuȝ accipies mala.
Et in transitu allidēt civitatē ociosam: et ex-
terrēt aliquā porcōez terre tue. et partē glo-
rie tue exterminabunt: rursū reverētes ꝯver-
sam. Et demolita eris illis ꝓ stipula. et ipsi
erūt tibi ignis: ⁊ devorabunt te ⁊ civitates
tuas. terram tuā. et mōtes tuos: omēs silvas
tuas ⁊ lignū fructiferū igni cōburēt. Filios
tuos captivos ducēt: ⁊ censū tuū in predaȝ
habebūt: et gloriā faciei tue exterminabunt.

XVI

Ve tibi babilon ⁊ asya: ve tibi
egipte et syria. Precingite vos saccis
⁊ cilicijs. et plangite filios vestros ⁊ dolete:
quoniā appropinquit ꝯtricio vr̄a. Immissus

est vobis gladius: et quis est qui auertat
illū? Immissus est in vobis ignis: et q̄s est
q̄ extinguat illū? Immissa sūt vobis mala
⁊ quis est qui repellat ea? Nūquid repellet
aliq̄s leonē esurientē in silua: aut extinguet
ignē in stipula · mox quādo ceperit ardere?
Nūquid repellet aliquis sagittā a sagitta-
rio forti missam? Dn̄s fortis immittit mala:
et quis ē qui repellat ea? Exijt ignis ex ira-
cundia eius ⁊ quis est qui extīguat eum?
Choruscabit: et quis nō timebit? Tonabit:
et quis nō pauebit? Dn̄s cōminabitur: ⁊ q̄s
nō funditus contereť a facie ipius? Terra
tremuit ⁊ fundamēta eius: mare fluctuat de
pfundo · et fluctus eius disturbabūť et pi-
sces eius · a facie domini ⁊ a gloria virtutis
eius: quoniā fortis dextera eius que arcum
tendit: sagitta eius acute q̄ ab ipo mittūť:
nō deficiēt cum ceperint mitti in fines terre.
Ecce mittūť mala ⁊ nō reuertētur: donec ve-
niāt sup terrā. Ignis succenditur: et nō extī-
gueť donec cōsumat fundamēta terre. Quē-
admodū non redit sagitta missa a valido
sagittario: sicut nō reuertētur mala q̄ missa
fuerit in terrā. Ve michi · ve michi. Quis me
liberabit in illis diebꝫ? Iniciū dolorū ⁊ mlti
gemitus: iniciū famis ⁊ multi interitus: ini-
ciū bellorū ⁊ formidabūt potestates: iniciū
malorū: ⁊ trepidabūt omēs. In hijs quid
faciā cū venerit mala? Ecce fames ⁊ plaga
⁊ tribulacō ⁊ angustia missa sūt flagella in
emendacōe: et in hijs omībꝫ se nō cōuertēt
ab iniquitatibꝫ suis: neq̄ flagellorū memo-
res erūt semp. Ecce erit annone vilitas sup
terrā: sic ut putēt sibi esse directā pacem: et
tūc germinabūt mala sup terrām gladius
fames ⁊ magna cōfusio. A fame enim plimi
qui inhabitāt terrā interiēt: ⁊ gladius per-
det ceteros qui supauerit a fame: et mortui
sicut stercora pi̇cientur ⁊ nō erit qui cōsoleť
eos. Derelinqueť enim terra deserta: ⁊ ciui-
tates eius deicientur. Nō derelinquetur qui
colat terrā: et qui seminet eā. Ligna dabūt
fructus: et quis vindemiabit illa? Vua ma-
tura fiet: et quis calcabit illā? Erit enī locis
magna desertio. Cupiet enim homo hoīem
videre: vel vocē eius audire. Relinqueňť
enim de ciuitate decem et duo de agro qui

absconderint se in densis nemoribꝫ ⁊ scissu-
ris petrarū: quēadmodū derelinquuntur in
oliueto ⁊ singlis arboribꝫ tres aut quatuor
oliue: aut sicut in vinea vindemiata race-
mi relinquūť ab hijs qui diligēter vineam
scrutantur: sic relinquētur in diebꝫ illis tres
aut quatuor scrutantibꝫ domos eorū in rum-
phea. Et relinquetur terra deserta: et agri eius
inueterabūt: et vie eius ⁊ omēs semite eius
germinabūt spinas eo q̄ nō transiēt hoīes
p eam. Lugebūt v̄gines nō habentes spon-
sos: lugebūt mulieres non habentes viros:
lugebūt filie earū non habentes adiutoriū
spōsi earū. In bello cōsumentur: et viri earū in
fame exterēť. Audite vero ista: ⁊ cognoscite
ea serui domini. Ecce verbū domini · excipite
illud: ne dijs credatis de quibꝫ dicī dominꝰ.
Ecce appropinquāt mala ⁊ nō tardāt. Quē-
admodū pregnās cū parit in nono mense
filiū suū appropinquante hora partus eius ·
ante horas duas vel tres dolores circueunt
ventrē eius: et pdeūte infante de ventre nō
tardabūt vno pūcto: sic nō morabūť mala
ad pdeundū sup terrā: ⁊ seculū gemet · ⁊ do-
lores circūtenebūt illud. Audite v̄bū plebs
mea. Parate vos in pugnā: et in malis · sic
estote quasi aduene terre. Qui vēdit quasi
qui fugiat · ⁊ q̄ emit quasi qui pditurus. Qui
mercať quasi qui fructū nō capiat: ⁊ q̄ edi-
ficat quasi nō habitaturus. Qui seminat q̄si
q̄ non metet: sic ⁊ q̄ vineam putat quasi nō
vindemiaturus. Qui nubūt sic quasi filios
nō facturi: et q̄ non nubunt sic quasi vidui:
ppter quod q̄ laborant sine causa laborant.
Fructus enim illorū alienigene metēt: ⁊ sub-
stantiā illorū rapiēt ⁊ domos euertēt: ⁊ filios
eorū captiuabūt · quia in captiuitate ⁊ fame
generāt natos suos. Et qui negociantur in
rapina quantū diu exornāt ciuitates ⁊ domos
suas et possessiones et psonas suas: tāto ma-
gis adzelabor eos sup peccata sua dicit dn̄s.
Quomō zelatur fornicaria mulierē pdoneā
et bonā valde: sic zelabitur iusticia iniq̄tatē
cū exornat se et accusat eā in facie cū venerit
q̄ defendat exquirentē omē pccm̄ sup terrā.
Propterea nolite similari ei nec opibꝫ eius:
quoniā adhuc pusillū et tolleť iniquitas a
terra: et iusticia regnabit in vos. Nō dicat

peccator se non peccasse: qm carbones ignis
comburet sup caput eius qui dicit non pec-
caui coram deo et gloria ipius. Ecce domin⁹
cognoscet oīa opa hominū: et admuētio-
nes illoꝝ et cogitacões illoꝝ: et corda illo-
rū. Dixit enim fiat terra et facta est: fiat celū
et factū est. Et in v̄bo illius stelle fundate
sūt: et nouit numerū stellaꝝ. Qui scrutat̄
abissum et thesauros illaꝝ: qui mensus est
mare et ɔceptū ei⁹. Qui conclusit mare in
medio aquaꝝ: et suspēdit terrā sup aquas
verbo suo. Qui extēdit celū quasi camerā:
sup aquas fundauit eū. Qui posuit in deserto
fontes aquaꝝ: et sup verticē montiū lacus
ad emittendū flumina ab eminēti petra: ut
portaret terrā. Qui finxit hominē et posuit
cor suū in medio corporis: et misit ei spiritū
vitam et intellectū et spiramē dei omnipotētis
qui fecit oīa: et scrutinat omnia absconsa
in absconsis terre. Hic nouit adinuencões
v̄raꝝ: et q̄ cogitatis in cordib⁹ v̄ris peccātes
et volētes occultare pcc̄a v̄ra. Propter qd̄
dominus scrutinādo scrutinauit oīa opa
vestra: et traducet vos oēs. et vos cōfusi
eritis cū pcesserint pcc̄a vestra corā homini-
bus: et iniquitates erūt q̄ accusatores sta-
būt in die illo. Quid facietis: aut quomō
abscondetis pcc̄a vestra corā deo et angelis
eius? Ecce iudex deus: timete eū. Desinite a
pcc̄is v̄ris: et obliuiscamini iniquitates v̄ras
iam agē eas in sempiterno: et deus educet
vos et liberabit de oīni tribulacõe. Ecce enī
incendit̄ ardor sup vos turbe copiose: et ra-
pient quosdam ex vobis et cibabūt ydolis
occisos: et qui consenserint eis erūt illis in
derisū et in improperiū et in ɔculcationē. Erit
enim locis locus: et in vicinas ciuitates ex-
surrectō multa sup timētes dominū. Erunt
quasi insani nemini parcētes. ad diripiēdū
et deuastandū adhuc timētes dn̄m: quia
deuastabūt et diripiēt sb̄stātias: et de domib⁹
suis eos eiciēt. Tunc parebit pbacō elcōꝝ
meoꝝ: ut aurū qd̄ pbat̄ ab igne. Audite
dilecti mei dicit dominus. Ecce assunt dies
tribulacōnis: et de hijs liberabo vos. Ne ti-
meatis nec hesitetis: quoniā de⁹ dux vester
est. Et qui seruat mandata et p̄cepta mea
dicit dn̄s deus: ne pponderēt vos peccata
vestra: ne supeleuēt se iniq̄tates vestre. Ve
qui ɔstringuntur a pcc̄is suis et obteguntur
ab iniquitatib⁹ suis: sicut quēadmodū ager cō-
stringitur a silua et spinis tegitur semita eius
p quā nō transit hō: et excludit̄ et mittit̄ ad
deuoracōꝫ ignis. Explic̄ liber esdre quartus

Incipit plogus beati Jeronimi presbiteri in librū tobie.

Chromatio et heliodoro episcopis: ieroni-
mus p̄sbiter in dn̄o salutem.
Mirari nō desino exactōnis
vestre instantiā. Exigitis enī
ut librū chaldeo s̄mone ɔscriptū ad latinū
stilū trahaꝫ: librū vtiqꝫ tobie: quē hebrei de
cathalago diuinaꝝ scripturaꝝ secātes. hijs
que agyographa memorant manciparūt.
Feci satis desiderio vestro: non tamen meo
studio. Arguūt enim nos hebreoꝝ studia:
et imputant nobis ɔtra suū canonē latinis
auribꝰ ista trāsferre. Sed melius esse iudi-
cans phariseoꝝ displicere iudicio. et episco-
poꝝ iussionibꝰ deseruire: insistit ut potui. Et

illa verbū malū. Hec itaqꝫ cū audissꝫ qm̄ ozi-
as ꝓmisissꝫ q̄ transacto quinto die traderet
ciuitatē: misit ad presbiteros chabri ⁊ char-
mi. Et venerūt ad illā: et dixit illis. Q̄d est
hoc verbū in quo consensit ozias. ut tradat
ciuitatē assirijs: si intra quinqꝫ dies non ve-
nerit vobis adiutoriū? Et qui estis vos qui
temptatis dn̄m? Nō est iste s̄mo qui miseri-
cordiā ꝓuocet: ſꝫ potius qui irā excitet. et fu-
rorem accendat. Posuistis vos tempus
miserationis domini: et in arbitriū vestrum
diem constituistis ei. Sed quia patiens
dominus est. in hoc ip̄o peniteamus: et indul-

bi

gentiā eius lacrimis postulemus. Non enī
quasi homo deus sic comminabitur: neqꝫ sic
filius hominis ad iracundiā inflammabitur.
Et ideo humiliemus illi animas nostras: et
in spiritu constituti humiliato. seruientes illi.
dicamus flētes dn̄o. ut scd̄ꝫ volūtatē suā sic
faciat nobiscū cito misc̄diam suā: ut sicut cō-
turbatū est cor nostrū in supbia eoꝝ ita etiā
de nostra humilitate gloriemᷣ: quoniā nō su-
mus secuti peccata patrū nr̄oꝝ q̄ dereliquerūt
deū suū. et adorauerūt deos alienos: ꝓ quo
scelere dati sunt in gladium. et in rapinā. et
in confusionem inimicis suis. Nos autem
alterum deum nescimus preter ipsuꝫ. Exspe-
ctemus humiles consolationem eius. et ex-
quiret sanguinem nostrū de afflictionibus

inimicoꝝ nostroꝝ: et humiliabit omnes gẽtes quecũq; insurgũt ꝯtra nos: et faciet illas sine honore dominus deus noster. Et nũc fratres quoniã vos qui estis p̃sbiteri in ppl'o dei. ⁊ ex vobis pendet aĩa illoꝝ: ad eloquiũ vr̃m corda eoꝝ erigite: ut memores sint q2 temptati sũt patres nostri. ut ꝓbarentur si vere colerẽt deũ suũ. Memores ẽẽ debent quõ pater noster abraham tẽptatꝰ est: et per multas tribulacões ꝓbatus. dei amicus effectus ẽ. Sic ysaac. sic iacob. sic moyses: et om̃es qui placuerũt deo. ꝑ multas tribulacões transierũt fideles. Illi aũt qui temptacões non susceperũt cũ timore domini. et inpacientiã suam ⁊ improperiũ murmuracõnis sue contra dominũ ꝓtulerũt. exterminati sunt ab exterminatore: et a serpentibꝰ pierũt. Et nos ergo nõ vlciscamur nos ꝓ hijs que patimur: ſ3 reputãtes pccĩs nostris hec ipa supplicia minora esse: flagella domini quasi serui q̃ corripimur ad emendacõnem ⁊ nõ ad ꝑditionẽ nostrã euenisse credamus. Et dixerunt illi ozias ⁊ p̃sbiteri. Om̃ia que locuta es vera sunt: et non est in sermonibꝰ tuis vlla rep̃hensio. Nũc ergo ora ꝓ nobis: quoniã mulier sancta es. et timẽs deũ. Et dixit illis iudith. Sicut quod potui loqui dei esse cognoscitis: ita qđ facẽ disposui ꝓbate si ex deo ẽ: et orate ut firmũ faciat deus consiliũ meũ. Stabitis vos ad portã nocte ista: et ego exeã cũ abra mea: ⁊ orate ut sicut dixistis in diebꝰ quĩq; respiciat dominus populũ suũ israhel. Vos aũt nolo scrutemini actũ meũ: et usq; dũ renũciẽ vobis. nil aliud fiat nisi oratio pro me ad dñm deũ nr̃m. Et dixit ad eã ozias p̃nceps iude. Vade in pace: ⁊ dñs sit tecũ in vlcõnẽ inimicoꝝ nr̃oꝝ. Et reũtẽtes abierũt. IX

Quibus abscedẽtibꝰ. iudith ingressa est oratoriũ suũ: et induẽs se cilicio posuit cinerẽ sup caput suũ: et ꝓsternẽs se domino clamabat ad dñm dicẽs. Domine deus p̃ris mei symeõ. qui dedisti illi gladiũ in defensionem alienigenaꝝ qui violatores extiterũt in coinquinacõe sua. ⁊ denudauerũt femur virginis in confusionẽ: et dedisti mulieres illoꝝ in p̃dam. et filias illorum in captiuitatẽ. ⁊ om̃ẽ p̃dam in diuisionẽ fuisꝰ tuis qui zelauerũt zelũ tuũ: subuem queso te domine deus meus michi vidue. Tu enim fecisti priora: et illa post illa cogitasti: et hoc factũ est. quod ipe voluisti. Om̃es enim vie tue parate sũt: et tua iudicia in tua ꝓuidẽtia posuisti. Respice castra assirioꝝ nũc. sic tunc castra egiptioꝝ videre dignatus es: quãdo post seruos tuos armati currebãt. ꝯfidẽtes in quadrigis et in equitatu suo ⁊ in multitudine bellatoꝝ. Sed aspexisti sup castra eorũ: et tenebre fatigauerũt eos. Tenuit pedes eoꝝ abissus: et aque operuerũt eos. Sic fiãt et isti domine. qui ꝯfidũt in multitudine sua. et in curribꝰ suis. et in contis. et in sagittis suis. et in lanceis gloriantur: et nesciũt quia tu ipse es deus noster q̃ ꝯteris bellã ab inicio: et dñs nomen est tibi. Erige brachiũ tuum sicut ab inicio: et allide virtutẽ eoꝝ in v̾tute tua. Cadat virtus eoꝝ in iracundia tua. qui ꝓmittũt se violare sancta tua: et polluere tabernaculũ nominis tui: ⁊ deicere gladio suo cornu altaris tui. Fac dñe: ut gladio ꝓprio eius superbia amputetur. Capiatur laqueo oculoꝝ suoꝝ in me: et ꝑcuties eũ ex labijs caritatis mee. Da michi in animo ꝯstantiã ut contemnã illũ: et virtutẽ: ut euertã illũ. Erit enim hoc memoriale nominis tui: cũ manus femine deiecerit eũ. Nõ enĩ in multitudine est v̾tus tua domine: neq; in equoꝝ viribꝰ volũtas tua. Nec sup̾bi ab inicio placuerũt tibi: sed humilium ⁊ mansuetoꝝ semper tibi placuit dep̃catio. Deus celoꝝ. creator aq̃ꝝ. et dominus totius creature. exaudi me miseram dep̃cantẽ: et de tua misericordia p̃sumentem. Memẽto domine testamẽti tui. et da verbũ in ore meo. et in corde meo ꝯsiliũ corrobora: ut domus tua in sanctificatione ꝑmaneat: et om̃es gentes agnoscant quia tu es deus et non ẽ alius p̃ter te. X

Factũ est aũt cũ cessasset clamare ad dñm: surrexit de loco in quo iacuerat ꝓstrata ad dñm. Vocauitq; abrã suã: et descendẽs in domũ suã abstulit a se ciliciũ: et exuit se vestimẽtis viduitatis sue. Et lauit corpus suũ. et vnxit se mirro optimo: ⁊ discriminauit crinẽ capitis sui. et imposuit mitrã sup caput suũ: et induit se vestimẽtis iocũditatis sue. Et induit sandalia pedibꝰ suis: assumpsitq; dextraliola.

et lilia· et inaures et anulos: et omnibus ornamentis suis ornauit se. Cui etiā dominus contulit splendorē: quoniā omīs ista compositio non ex libidine: sed ex virtute pendebat. Et ideo dominus hanc in illam pulcritudinem ampliauit: ut incomparabili decore omnium oculis appareret. Imposuit itaq̧ abre sue ascopam vini· et vas olei et polentam et lapates· et panes et caseum: et pfecta est. Cunq̧ venisset ad portas ciuitatis: inuenerunt exspectantem oziam· et presbiteros ciuitatis. Qui cum vidissent eaz: stupentes mirati sunt nimis pulcritudinez eius. Nichil tamen interrogantes eam: dimiserunt transire dicentes. Deus patrū nostrorum det tibi gratiam: et omne consilium tui cordis sua virtute corroboret: et glorietur super te iherusalem· et sit nomen tuum in numero sanctorum et iustorū. Et dixerunt hij qui illic erant· omnes vna voce fiat fiat. Iudith vero orās dominū: transiuit per portas· ipsa et abra eius. Factum est autem cum descenderet montem circa ortū diei: occurrerunt ei exploratores assiriorum: et tenuerunt eam dicentes. Unde venis: aut quo vadis? Que respondit. Filia sum hebreorum. Ideo ego fugi a facie eorum: quoniam futurum agnoui q̄ dentur vobis in depredationē· pro eo q̄ contemnentes vos noluerūt tradere seipsos: ut inuenirent misericordiā in conspectu vestro. Hac de causa cogitaui mecum dicens. Uadam ad faciem principis holofernis ut indicem illi secreta illorū: et ostendam illi quo aditu possit obtinere eos: ita ut nō cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audissent viri illi verba eius· considerabāt faciem eius: et erat in oculis eorum stupor quoniā pulcritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerūt ad eā. Conseruasti animā tuā: eo q̄ tale reperisti consiliū ut descēderes ad dominū nostrum. Hoc autez scias: quoniā cū steteris in conspectu eius bene tibi faciet: et eris gratissima in corde eius. Duxeruntq̧ illam ad tabernaculū holofernis: nunciantes eā. Cunq̧ intrasset ante faciem eius: statim captus est in suis oculis holofernes. Dixeruntq̧ ad eum satellites eius. Quis contemnat populū hebreoruz qui tam decoras mulieres habent: ut non pro hijs merito pugnare cōtra eos debeamus? Videns itaq̧ iudith holofernē sedentē in conopeo quod erat ex purpura et auro· et smaragdo et lapidibus preciosis intextum: et cum in faciem eius intendisset· adorauit eū psternens se super terrā: et eleuauerunt eā serui holofernis iubēte domino suo.

XI

Tunc holofernes dixit ei. Equo animo esto et noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunq̄ nocui virū qui voluit seruire nabuchodonosor regi. Populus autē tuus si nō cōtempsissz me: nō alleuassem lanceam meā sup eū. Nunc autem dic michi qua ex causa recessisti ab illis: et placuit tibi ut venires ad nos. Et dixit illi iudith. Sume verba ancille tue: quoniā si secutus fueris verba ancille tue: pfectā rem faciet domin⁹ tecuz. Viuit enim nabuchodonosor rex terre· et viuit virtus eius que est in te ad correptionē omniū animarū errantiū: quoniā nō solū homines fuiēt illi p te: sed et bestie agri obtemperant illi. Nunciat᷑ enim animi tui industria· vniuersis gentib⁹: et iudicatū est omī seculo qm̄ tu solus bonus et potēs es in omī regno eius: et disciplina tua omībus prouincijs p̄dicatur. Nec hoc latet qd̄ locutus est achior: nec illud ignorat᷑ qd̄ ei iusseris euenire. Constat enim deū nostrū sic peccatis offensū: ut mandauerit p pphetas suos ad populū: q̄ tradat eū p peccatis suis. Et quoniā sciūt se offendisse deū suū filij isrl: tremor tuus sup ipsos est. Insup etiā fames inuasit eos: et ab ariditate aque· iam inter mortuos cōputantur. Deniq̧ hoc ordināt· ut interficiant pecora sua et bibāt sanguinē eorū: et sancta domini sui que p̄cepit deus nō contingi· in frumēto vino et oleo. Hec cogitauerūt impendere: et volūt cōsumere q̄ nec manib⁹ deberent cōtingere. Ergo quoniā hec faciūt: certū est q̄ in pdicōnem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis: et misit me dn̄s hec ipa nūciare tibi. Ego enim ancilla tua deū colo etiā nūc apud te: et exiet ancilla tua· et orabo deū: et dicet michi· quando eis reddat peccatū suū· et veniēs nūciabo tibi: ita ut ego adducā te p mediam ihrlm.

Et habebis omnē populū israhel sicut oues quibꝰ nō est pastor: et nō latrabit vel vnus contra te: qm̄ hec michi dicta sūt per prouidenciā dei. Et qm̄ iratus est illis deus: hec ipa missa sū nūciare tibi. Placuerūt autē omnia verba hec coram holoferne ꝛ coram pueris eius. et mirabant᷑ ad sapientiā eius: et dicebant alter ad alterū. Non est talis mulier sup terram in aspectu. in pulcritudine et in sensu verboꝝ. Et dixit ad illam holofernes. Benefecit deus qui misit te ante populū: ut des illū tu in manibꝰ nostris. Et qm̄ bona ē promissio tua: si fecerit michi hoc. deus tuus erit et meus deus. et tu in domo nabuchodonosor magna eris: et nomē tuū nominabit᷑ in vniūsa terra.

XII

Tunc iussit eā introire vbi repositi erant thesauri eius: et iussit illic manere eam: et constituit quid daret᷑ illi de conuiuio suo. Cui respondit iudith et dixit. Nūc nō potero mālducare ex hijs q̄ michi p̄cipis tribui: ne veniat sup me offensio. Ex hijs aūt que michi detuli manducabo. Cui holofernes ait. Si defecerint tibi ista q̄ tecum detulisti: quid faciemus tibi? Et dixit iudith. Viuit anima tua dn̄e meus: qm̄ nō expendet om̄ia hec ancilla tua: donec faciat deus in manu mea hec que cogitaui. Et induxerūt illam serui eius in tabnaculū quo p̄ceperat: et petijt dū introiret ut daret᷑ ei copia nocte et ante lucem egredi foras ad orationē: et dep̄candi dn̄m. Et precepit cubicularijs suis ut sicut placeret illi exiret ꝛ introiret ad adorandū deū suū per triduū. Et exibat noctibꝰ in vallem bethulie: ꝛ baptizabat se in fonte aque. Et ut ascendebat. orabat dn̄m deū isrl̄ ut dirigeret viam eius ad liberacōnē populi sui. Et introiens mūda manebat in tabnaculo. usq3 dū acciperet escam suā in vesperū. Et factū est. quarta die holofernes fecit cenā seruis suis: et dixit ad vagao eunuchū. Vade et suade hebreā illā ut sponte consentiat habitare mecū. Fedū est eni apud assirios si femina irrideat virū agendo: ut immunis ab eo trāseat. Tunc introiuit vagao ad iudith et dixit. Non vereatur bona puella introire ad dn̄m meū ut honorificet᷑ ante faciem eius: et māducet cū eo et bibat vinū in iocūditate. Cui iudith respondit. Que ego sū ut contradicā dn̄o meo? Om̄e qđ erit ante oculos eius bonū ꝛ optimū faciā. Quicq̄d aūt illi placuerit hoc michi erit optimū om̄ibus diebꝰ vite mee. Et surrexit ꝛ ornauit se vestimento suo: et ingressa stetit ante faciē eius. Cor aūt holofernis cōcussum est: erat enim ardens in ↄcupiscentia eius. Et dixit ad eam holofernes. Bibe nūc ꝛ accūbe in iocūditate: qm̄ inuenisti gratiā coram me. Et dixit iudith. Bibā dn̄e: qm̄ magnificata est anima mea hodie pre om̄ibꝰ diebꝰ meis. Et accepit ꝛ manducauit ꝛ bibit coram ip̄o. ea que parauerat illi ancilla eius. Et iocūdus fcūs ē holofernes ad eā: bibitq3 vinū mltū nimis quātū nūq̄ biberat ī vita sua.

XIII

Ut autē sero factum est festinauerunt serui illius ad hospicia sua: ꝛ ↄclusit vagao ostia cubiculi ꝛ abijt. Erant autem om̄es fatigati a vino. Eratq3 iudith sola in cubiculo. Porro holofernes iacebat ī lecto nimia ebrietate sopitus. Dixitq3 iudith puelle sue: ut staret foris ante cubiculū ꝛ obseruaret. Stetitq3 iudith ante lectū. orans cū lacrimis ꝛ labioꝝ motu in silētio dicēs. Cōfirma me dn̄e deus isrl̄. et respice in hac hora ad opera manuū meaꝝ: ut sicut p̄misisti iherusalē ciuitatē tuā erigas: ꝛ hoc qđ credēs p te posse fieri cogitaui p̄ficiā. Et cū hec dixisset: accessit ad colūnā que erāt ad caput lectuli eius: et pugionem eius qui in ea ligatus pēdebat exsoluit. Cūq3 euaginasset illū: app̄hendit comam capitis eius ꝛ ait. Confirma me dn̄e deus in hac hora. Et p̄cussit bis in ceruicem eius. et abscidit caput eius: ꝛ abstulit canopeū eius a columnis. et euoluit corpus eius truncū. Et post pusillū exiuit ꝛ tradidit caput holofernis ancille sue: et iussit ut mitteret illud in peram suā. Et exierūt due scđm consuetudinē suā quasi ad orationē. et transierūt castra: et gyrātes vallē venerūt ad portā ciuitatis. Et dixit iudith a longe custodibus muroꝝ. Aperite portas qm̄ nobiscū est deus: q̄ fecit virtutē in israhel. Et factū est cū audissent viri vocem eius vocauerunt presbiteros ciuitatis. Et occurrerunt ad eam omnes a minimo usq3 ad maximum: quoniam sperauerunt eam iam non esse venturam.

Et accendētes luminaria ɔgirauerūt circa
eam vniūsi. Jlla autē ascendēs in eminētio-
rem locū: iussit fieri silentiū. Cunqȝ omes ta-
cuissent: dixit iudith. Laudate dominū deū
nostrū qui non deseruit sperantes in se: et in
me ancillā suā adimpleuit misericordiā suā
quā pmisit domui israhel: et interfecit in ma-
nu mea hostem populi sui in hac nocte. Et
pferens de pera caput holofernis: ostēdit il-
lis dicēs. Ecce caput holofernis pn̄cipis mi-
licie assyriorꝝ. Et ecce canopeū illius in quo
recumbebat in ebrietate sua: vbi ⁊ p manū
femine pcussit illū dn̄s deus noster. Viuit
autē ipe dn̄s quoniā custodiuit me āgelus
eius ⁊ hīc euntē ⁊ ibi ɔmorantē ⁊ inde huc
reuertentē: et non pmisit me dn̄s ancillam
suam coinquinari: sed sine pollucōe peccati
reuocauit me vobis. gaudentē in victoria
sua: in euasione mea: in liberatione vestra
Confiteamur illi omes quoniā bonus: qm̄
in seculū misericordia eius. Vniuersi autē
adorantes dn̄m dixerūt ad eā. Benedixit
te dominus in virtute sua: qui p te ad nichi-
lū redegit inimicos nostros. Porro ozias
princeps populi israhel dixit ad eā. Bene-
dicta es tu filia a dn̄o deo excelso. pre omib;
mulierib; sup terram. Benedictus dn̄s q̄
creauit celū ⁊ terrā: q̄ te direxit in vulnera
capitis principis inimicorꝝ nostrorꝝ: quia
hodie nomē tuū ita magnificauit. ut nō rece-
dat laus tua de ore hominū. qui memores
fuerint v̄tutis domini ineternū: pro quibus
nō pepcisti anime tue ꝓpter angustias ⁊ tri-
bulacōem generis tui: sed subuenisti ruine
ante conspectū dei nostri. Et dixit omis ppl̄s
fiat fiat. Porro achior vocatus venit. Et di-
xit ei. Deus israhel cui tu testimoniū dedisti
quod vlciscat̄ se de inimicis suis: ipe caput
omniū incredulorꝝ incidit in hac nocte in
manu mea. Et ut probes quia ita est: ecce
caput holofernis qui in contēptu superbie
sue deum israhel contempsit: et tibi interituȝ
minabatur dicens: cum captus fuerit ppl̄s
israhel. gladio pforari pcipiam latera tua.
Videns autem achior caput holofernis
angustiatus pre pauore cecidit in faciē suā
sup terrā: et estuauit anima eius. Postea
vero q̄ resumpto spū recreatus est: pcidit
ad pedes eius. et adorauit eam ⁊ dixit. Be-
nedicta tu a deo tuo in omi tabnaculo iacob:
qm̄ in omi gēte que audierit nomē tuū. ma-
gnificabitur super te deus israhel.

XIIII

Dixit aūt iudith ad omeȝ ppl̄m. Audite
me frēs. Suspendite caput hoc super
muros nostros: et erit cū exierit sol. accipiat
vnusquisqȝ arma sua ⁊ exite cū impetu: non
ut descendatis deorsū ſȝ quasi impetū facietes.
Tunc exploratores necesse erit ut fugiāt ad
principem suū excitandū ad pugnā. Cunqȝ
duces eorꝝ ɔcurrerint ad tabernaculū holo-
fernis. et inuenerint eum truncum in suo san-
guine volutatū: decidet super eos timor. Cū-
qȝ cognoueritis fugere eos ite post illos se-
curi: quoniā dominus conteret eos sub pedi-
bus vestris. Tunc achior vidēs v̄tutē quā
fecit deus israhel relicto gētilitatis ritu credi-
dit deo: et circūcidit carnē ꝑpucii sui. et appo-
situs ē ad ppl̄m israhel: ⁊ ois successio generis
eius. usqȝ in hodiernū diē. Mox aūt ut ortus
est dies. suspenderūt sup muros caput holo-
fernis: accepitqȝ vnusquisqȝ vir arma sua: ⁊
egressi sūt cū grādi strepitu ⁊ vlulatu. Q̄d vi-
dentes exploratores: ad tabnaculū cucurre-
rūt. Porro hii q̄ in tabnaculo erant veniētes
et ante ingressum cubiculi pstrepentes. exci-
tādi gratia inquietudinē arte moliebāt̄: ut
non ab excitantib; ſȝ a sonantib; holofernes
euigilaret. Nullus enim audebat cubiculū
virtutis assyriorꝝ pulsando aut intrando a-
perire. Sed cū venissent eius duces ac tribu-
ni ⁊ vniūsi maiores exercitus assyriorꝝ: dixe-
rūt cubiculariis. Intrate ⁊ excitate illū: qm̄
egressi mures de cauernis suis ausi sūt pro-
care nos ad pliū. Tunc ingressus vagao cu-
biculū eius stetit ante cortinā. et plausū fecit
manib; suis: suspicabat̄ enī illū cū iudith dor-
mire. Sed cū nullū motū iacētis sensu aurīū
capet. accessit pximās ad cortinā: ⁊ eleuās
eā vidit cadauer absqȝ capite holofernis in
suo sanguine tabefactū iacere sup terrā: excla-
mauit voce magna cū fletu. et scidit vestimē-
ta sua. Et ingressus tabnaculū iudith nō in-
uenit eā. Et exiliuit foras ad ppl̄m. et dixit.
Vna mulier hebrea fecit ɔfusionē in domo
regis nabuchodonosor. Ecce enim holofer-
nes iacet in terra: et caput eius non ē in illo.

Quod dū audissent pn̄cipes virtutis assirio-
rū· sciderūt oēs vestimēta sua: et intollerabilis
timor et tremor cecidit sup eos: et turbati sūt
animi eorum valde. Et factus est clamor incō-
parabilis in medio castrorum eorum. XV

Cunqꝫ omnis exercitus decollatū holo-
fernē audissꝫ· fugit mens et ɔsiliū ab
eis: et solo tremore et metu agitati fuge p̄si-
diū sumūt: ita ut nullus loqueretur cū pxi-
mo suo: sed inclinato capite relictis omībꝫ
euadē festinabāt hebreos· quos armatos
sup se venire audierāt: fugiētes p vias cam-
porum et semitas colliū. Videntes itaqꝫ filij
israhel fugiētes secuti sūt illos: descēderūtqꝫ
clangētes tubis et vlulātes post ipsos. Et
quoniā assirij non adunati in fugam ibāt
p̄cipites: filij aūt israhel vno agmine perse-
quentes· debilitabant omēs quos inuenirē
potuisset. Misitqꝫ ozias nūcios per omnes
ciuitates et regiones israhel. Omnis itaqꝫ
regio· omnisqꝫ vrbs electā iuuentutē arma-
tam misit post eos: et psecuti sūt eos in ore
gladij quousqꝫ puenirēt ad extremitatem
finiū suorū. Reliqui autē q̄ erant in bethulia·
ingressi sūt castra assiriorū: et predā quam
fugientes assirij reliquerāt abstulerunt: et
onustati sunt valde. Hij vero qui victores
reuersi sūt ad bethuliā· omīa que erāt illorum
abstulerūt secū: ita ut non esset numerus in
pecoribꝫ in iumentis et vniuersꝭ mobilibꝫ eo-
rū: ut a minimo usqꝫ ad magnū oēs diuites
fierēt de p̄dationibꝫ eorum. Joachim autem
summus pōtifex de iherusalē venit in bethu-
liam cū vniuersis p̄sbiteris suis: ut videret
iudith. Que cū exisset ad illū: benedixerūt
illam omēs vna voce dicētes. Tu gloria ihe-
rusalē· tu leticia israhel· tu honorificentia pp̄li
nostri: qꝛ fecisti viriliter et cōfortatū est cor
tuū eo qꝫ castitatē amaueris· et post virum
tuū alterū nescieris: ideo et manus domini
confortauit te· et ideo eris benedicta in eter-
nū. Et dixit omīs populus fiat fiat. Per di-
es autē triginta vix collecta sūt spolia assi-
riorum a populo israhel. Porro autē vniuersa
que holofernis peculiaria fuisse pbata sūt·
dederūt iudith in auro et argēto et vestibus
et gemmis et omni suppellectili: et tradita sūt
omīa illi a populo. Et omēs pp̄li gaudebāt
cum mulieribus et virginibus et iuuenibus·
in organis et citharis. XVI

Tunc cātauit cāticū hoc dn̄o iudith di-
cēs. Incipite dn̄o in tympanis· cantate dn̄o
in cymbalis: modulamini illi psalmū nouū:
exultate et inuocate nomē eius. Dn̄s ɔterēs
bella· dominus nomē ē illi. Qui posuit castra
sua in medio populi sui: ut eriperet nos de
manu omniū inimicorum nostrorum. Venit as-
sur ex montibꝫ ab aquilone in multitudine
fortitudinis sue: cuius multitudo obturauit
torrētes: et equi eorum cooperuerūt valles. Di-
xit se incensurū fines meos· et iuuenes meos
occisurū gladio: infantes meos dare in pre-
dam: et virgines in captiuitatē. Dn̄s autem
omnipotēs nocuit eū: et tradidit eū in manꝰ
femine: et cōfudit eū. Non enim cecidit po-
tens eorum a iuuenibꝫ· nec filij tytan pcusserūt
eū nec excelsi gigātes imposuerūt se illi: sed
iudith filia merari in specie faciei sue dissol-
uit eū. Exuit enim se vestimēta viduitatis: et
induit se vestimēta leticie in exultacōe filiorum
israhel. Vnxit faciē suā vngēto: et colligauit
cincinnos suos mitra ad decipiendum illū.
Sandalia eius rapuerunt oculos eius: pul-
critudo eius captiuā fecit animā eius: ampu-
tauit pugione ceruicē eius. Horruerūt p̄se
cōstantiā eiꝰ: et medi audaciā eius. Tūc vlu-
lauerūt castra assiriorum quādo apparuerūt
humiles mei: arescentes in siti. Filij puellarum
compunxerūt eos: et sicut pueros fugiētes
occiderūt eos: pierūt in p̄lio a facie domini
dei mei. Ymnum cantemus domino: ymnū
nouū cātemus deo nostro. Adonai domine·
magnus es tu et p̄clarus in virtute: et quem
supare nemo potest. Tibi seruiat omīs crea-
tura tua· qꝛ dixisti et facta sūt· misisti spiritum
tuū et creata sūt: et non est qui resistat voci
tue. Montes a fundamētis mouebuntur cū
aquis: petre sicut cera liquescent ante faciē
tuam. Qui aūt timēt te: magni erunt apud
te p omnia. Ve genti insurgenti sup genus
meū. Dn̄s enim omīpotēs vindicabit in eis:
in die iudicij visitabit illos. Dabit enī ignē
et vermes in carnes eorum: ut vrantꝰ et sentiāt
usqꝫ in sempiternū. Et factum est post hec·
omnis populus post victoriā venit in ihr̄lm
adorare dominum: et mox ut purificati sunt

VI

VII C

VIII

obtulerunt oĩes olocausta. et vota ⁊ repro-
missiones suas. Porro iudith vniuersa va-
sa bellica holofernis que dedit illi ꝑplus. et
canopeū quod ipsa sustulerat posuit in ana-
thema obliuionis. Erat aūt ꝑpl's iocundus
scd̄ꝫ faciē sanctoꝝ: ⁊ p tres mēses gaudiū
huius victorie celebratū ē cū iudith. Post
dies autē illos vnusquisqꝫ rediit in sua: et
iudith magnificata est in bethulia: et p̄clari-
or erat vniuerse terre israhel. Erat etiā ꝟtuti
castitatis adiūcta: ita ut nō ꝯgnoscēt virū
oĩbꝫ diebꝫ vite sue: ex quo defunctus est
manasses vir eius. Erat autem diebꝫ festis
ꝓcedens cū magna gloria. Mansit autem
in domo viri sui annos centum quīqꝫ ⁊ dimi-
sit abram suā liberā: et defuncta est ac sepul-
ta cū viro suo in bethulia: luxitqꝫ illā omnis
populus diebus septē. In oĩ autē spacio
vite eius nō fuit q̄ ꝑturbaret israhel: ⁊ post
mortē eius annis multis. Dies aūt victorie
huiꝰ festiuitatis. ab hebreis in numero scō-
rū dierꝫ accipitur: et colitur a iudeis ex illo
tēpore usqꝫ in p̄ntē diē. Explic̄ liber iudith.
secundū ieronimū. Incipit ꝓlogus. in librū hester

Librū hester variis trāslatoribꝫ cōstat esse viciatū:
quē ego de archiuis hebre-
orū reuelans verbū e verbo
exp̄ssius transtuli. Quem
librum editio vulgata laciniosis hinc inde
ꝟborꝫ finibꝫ trahit. addēs ea que ex tem-
pore dici poterāt. et audiri: sicut solitum est
scolaribꝫ disciplinis sūpto themate excogi-
tare. quibꝫ ꝟbis vti potuit q̄ iniuriā passus
est: vel ille qui iniuriā fecit. Vos autem o
paula et eustochiū quoniā ⁊ bibliothecas
hebreoꝫ studuistis intrare. et interpretum
certamina ꝯprobastis. tenētes hester hebrai-
cū librū p singula ꝟba nostrā translacōēꝫ
aspicite: ut possitis agnoscere me nichil eti-
am augmētasse addēdo: ſꝫ fideli testimonio
simpliciter sicut in hebreo habetᷣ. historiā
hebraicā latine lingue tradidisse. Nec affe-
ctamus laudes hominū nec vituperacōēs
expauescimus: deo enim placere curantes
minas hominū penitꝰ nō timemus: qm̄ deus
dissipat ossa eoꝝ qui hominibꝫ placere desi-
derāt: et scd̄m apostolū qui eiusmodi sunt:
serui cristi esse nō possunt. Rursū in libro he-
ster alphabetū ex minio usqꝫ ad thetā lr̄am
fecimus diuersis in locis: volentes scilicet
septuagīta interp̄tuꝫ ordinē p hec insinuare
studioso lectori. Nos enī iux̄ morē hebraicū
ordinē ꝓsequi etiā in septuaginta editione
maluimus. Expl' ꝓlogus. Incip. liber hester.

P

In diebꝫ assueri qui regnauit ab india us-
qꝫ ethiopiā sup centūuiginti septē ꝓuīcias:
quādo sedit in solio regni sui: susa ciuitas re-
gni eius exordiū fuit. Tercio igitᷣ anno im-
perii sui fecerat grande conuiuiū cūctis p̄n-
cipibꝫ. et pueris suis fortissimis ꝑsaꝝ et me-
doꝝ inclitis et p̄fectis ꝓuinciaꝝ coraꝫ se: ut
ostendēt diuitias glorie regni sui ac magni-
tudinē. atqꝫ iactantiā potētie sue multo tpe:
centū videlicet ⁊ octoginta diebꝫ. Cūqꝫ in-
plerentᷣ dies conuiuii. inuitauit oēs ꝑplin
q̄ inuētus est in susis a maximo usqꝫ ad mini-
mū: et iussit septē diebꝫ conuiuiū ꝑparari in
vestibulo orti ⁊ nemoris. q̄d regio cultu et
manū consitū erat. Et pendebāt ex oĩ parte
tentoria aerei coloris ⁊ carbasini ac iacincti-
ni: sustētata funibꝫ bissinis atqꝫ purpureis:
q̄ eburneis circulis inserti erant ⁊ columnis
marmoreis fulciebantur. Lectuli qꝫ aurei et
argētei. sup pauimētū smaragdino ⁊ pario
stratū lapide dispositi erāt: q̄d mira varieta-
te pictura decorabat. Bibebāt autē q̄ inuita-
ti erāt. aureis poculis: et aliis atqꝫ aliis vasis

II

cibi inferebātᷣ. Vinū qꝫ ut magnificentia re-
gia dignū erat abundās ⁊ p̄cipuū poneba-
tur: nec erat q̄ nolētes cogēt ad bibendū: ſꝫ
sic rex statuerat ꝑponens mensis singulos de
p̄ncipibꝫ suis: ut sumeret vnusquisqꝫ quod
vellet. Vasthi qꝫ regina fecit conuiuiū femi-
naꝝ in palacio vbi rex assuerus manere cō-
sueuerat. Itaqꝫ die septimo cū rex esset hila-
rior ⁊ post nimiā potionē incaluissꝫ mero. p̄ce-
pit mauman ⁊ bazatha et arbona ⁊ bagatha
et abgatha ⁊ zarath ⁊ charchas septem eu-
nuchis q̄ in ꝯspectu eius ministrabāt. ut in-
tro ducerēt vasthi reginā corā rege. posito
sup caput eius diademate: ut ostēderet cū-
ctis populis et p̄ncipibꝫ eius pulcritudinē.
Erat enim pulcra valde. Que renuit: et ad
regis imperiū quod p eunuchos mādauerāt
venire contēpsit. Unde iratus rex et nimio

III

S

furore succensus· interrogauit sapientes q̃
ex more regio semp ei adherebant ⁊ illoꝝ
faciebat cūcta consilio· scientiū leges ac iu=
ra maiorū: erant autē primi ⁊ pximi charse=
na ⁊ zethar ⁊ admatha et tharsis ⁊ mares
et marsana ⁊ mamucha septē duces psaꝝ
atq; medoꝝ· q̃ videbant faciē regis ⁊ pmi
post eū residere soliti erant: cui sententie va=
sthi regina subiaceret q̃ assueri regis impe=
riū quod p eunuchos mandauerat· facere
noluisset. Rn̄ditq; mamucha audiente rege
atq; principibus. Nō solū regē lesit regina
vasthi: sed omēs populos ⁊ principes q̃ sunt
in cūctis puīcijs regis assueri. Egredietur
enim sermo regine ad omnes mulieres ut
contemnāt viros suos ⁊ dicāt. Rex assuer⁹
iussit ut regina vasthi intraret ad eū· ⁊ illa
noluit: atq; hoc exēplo omēs principū con=
iuges psaꝝ atq; medoꝝ paruipendēt im=
peria maritoꝝ. Unde regis iusta est indi=
gnatio. Si tibi placet egrediatur edictum
a facie tua· et scribat̃ iuxta legē psaꝝ atq;
medoꝝ quā pteriri illicitū est: ut nequaq̃
vltra vasthi ingrediat̃ ad regē: sed regnū
illi⁹ altera q̃ melior est illa accipiat. Et hoc
in omē quod latissimū est puīciaꝝ tuaꝝ di=
uulget̃ imperiū: et cūcte vxores tā maiorū
q̃ minoꝝ deferāt maritis suis honorē. Pla=
cuit consiliū eius regi ⁊ pn̄cipibus: fecitq; iuxͣ
consiliū mamucha ⁊ misit epistolas ad vni=
uersas puīcias regni sui: ut queq; gēs au=
dire ⁊ legere poterat diuersis linguis ⁊ lr̄is.
esse viros principes ac maiores in domibus
suis: et hoc p cūctos ppl̄os diuulgari. II

His itaq; gestis postq̃ regis assueri
indignatio deferbuerat· recordata ē
vasthi que fecisset vel q̃ passa esset: dixeruntq;
pueri regis ac ministri eius. Querāt̃ regi
puelle v̄gines ac speciose· et mittant̃ qui
considerēt p vniuersas puīcias puellas spe=
ciosas et v̄gines: et adducant eas ad ciui=
tatē susan· et tradant in domū feminaꝝ sub
manu egei eunuchi q̃ est ppositus ⁊ custos
mulieꝝ regiaꝝ: et accipiāt mundū mulie=
brē ⁊ cetera ad vsus necessaria. Et quecūq;
inter omnes oculis regis placuerit: ipsa re=
gnet pro vasthi. Placuit sermo regi: ⁊ ita
ut suggesserant iussit fieri. Erat vir iudeus
in susis ciuitate vocabulo mardocheus fili⁹
iair filij semei· filij cis· de stirpe iemini· q̃ trā=
slatus fuerat de iherusalē· eo tempore quo ie=
choniā regē iuda nabuchodonosor rex ba=
bilonis transtulerat: qui fuit nutricius filie
fratris sui edisse que altero nomine vocaba=
tur hester· et vtrūq; parētē amiserat· pulcra
nimis ⁊ decora facie. Mortuisq; pr̄e eius ac
matre: mardocheus sibi eā adoptauit in fi=
liā. Cūq; percrebruisset regis imperiū· et iuxta
mandatū illius multe pulcre v̄gines addu=
cerētur susan· et egeo traderētur eunucho:
hester quoq; inter ceteras puellas ei tradita ē:
ut seruaret̃ in numero feminaꝝ. Que placu=
it ei: et inuenit gratiā in conspectu illius. Et
pcepit eunucho ut accelerarēt mundū muli=
ebrē et traderet ei partes suas· ⁊ septē puel=
las speciosissimas de domo regis: ⁊ tam ipaꝫ
q̃ pedissequas eius ornaret atq; excoleret.
Que noluit indicare ei populū ⁊ patriam
suā. Mardocheus enim pcepat ei ut de hac
re omnino reticeret: qui deambulabat quo=
tidie ante vestibulū domus in qua electe vir=
gines seruabant̃: curā agēs salutis hester.
et scire volēs quid ei accideret. Cū autē ve=
nisset tempus singulaꝝ p ordinē puellaꝝ
ut intrarēt ad regē· expletis omibus que ad
cultū muliebrē ptinebāt mensis duodecimus
vertebatur: ita dūtaxat ut sex menses oleo
vngerēt̃ mirtino: et alijs sex quibusdam pi=
gmētis ⁊ aromatibus vterētur. Ingrediētesq;
ad regē· quicquid postulassent ad ornatū
ptinēs accipiebāt: et ut eis placuerat cōposi=
te: de triclinio feminaꝝ ad regis cubiculū
transiebāt. Et que intrauerat vespe egredie=
bat̃ mane: atq; inde in secūdas edes deducebā=
tur q̃ sub manū sasagazi eunuchi erāt· q̃ concubi=
nis regis psidebat: nec habebat potestatem
ad regē vltra redeūdi nisi voluisset rex· et eā
venire iussisset ex nomine. Euoluto aūt tpe p
ordinē instabat dies quo hester filia abia=
bil fratris mardochei· quam sibi adoptaue=
rat in filiā· deberet intrare ad regē. Que nō
quesiuit muliebrem cultū: sed quecūq; voluit
egeus eunuchus custos v̄ginū: hec ei ad or=
natū dedit. Erat enim formosa valde ⁊ incre=
dibili pulcritudine: omniū oculis gratiosa
et amabilis videbatur. Ducta est itaq; ad

cubiculū regis assueri mense decimo q̄ vo-
cat᷒ thebeth. septimo āno regni eius: et ad-
amauit eā rex plusq̄ omes muliēs: habuit-
q3 gratiā ⁊ misericordiā corā eo sup omnes
mulieres: et posuit diadema regni ī capite
eius: fecitq3 eā regnare in loco vasthi. Et
iussit conuiuiū ꝑparari ꝑmagnificū cunctis
pn̄cipibꝫ ⁊ šuis suis: ꝓ coniunctione ⁊ nuptijs
hester. Et dedit requiē vniūš ꝓuintijs: ac
dona largitus est iuxta magnificentiā prin-
cipalē. Cūq3 et scd̄o quererētur v̄gines. et
congregarent᷒. mardocheus manebat ad
ianuā regis: necdū ꝓdiderat hester patriā
et populū suū. iuxta mādatū eius. Quicq̄d
enim ille p̄cipiebat obšuabat hester: ⁊ ita
cūcta faciebat ut eo tēpore solita erat quo
eam paruulā nutriebat. Eo igit᷒ tempore
quo mardocheus ad regis ianuā moraba-
tur. irati sūt bagathan ⁊ thares duo eunu-
chi regis. qui ianitores erāt ⁊ in p̄mo pala-
tij limine residebāt: volueruntq3 insurgere in
regem ⁊ occidē eū. Quod mardocheū nō
latuit. Statimq3 nūciauit regine hester: et
illa regi ex nomine mardochei qui ad se rē
detulerat. Quesitū est ⁊ inuentū: et appēsus
est vterq3 eorꝫ in patibulo. Et iussit rex ut
in libro memoriali scriberet᷒: ut ꝓ vita sua
aliq̄d repensaret ei. Mādatūq3 ē historijs:
et annalibꝫ traditū corā rege. III

Post hec rex assuerus exaltauit aman
filiū amadathi qui erat de stirpe agag: et
posuit soliū eius sup omnes pn̄cipes quos
habebat. Cūctiq3 šui regis qui in foribꝫ pa-
latij v̄sabāt᷒ flectebāt genua: ⁊ adorabāt
aman. Sic enim p̄cepat eis imperator. So-
lus mardocheus nō flectebat genu: neq3
adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis q̄
ad fores palatij residebant. Cur preter ce-
teros nō obšuas mādatū regis? Cūq3 hoc
crebrius diceret. et ille nollet audiē: nunci-
auerūt aman scire cupiētes vtrū ꝑseueraret
in sentētia. Dixerat enim eis se esse iudeum.
Quod cū audisset amā. et experimēto ꝓbasset
q᷒ mardocheus nō sibi flecterēt genu nec se
adoraret. iratus ē valde: et ꝓ nichilo duxit
in vnū mardocheū mittē manus suas: audi-
erat enim q᷒ esset gentis iudee: magisq3 vo-
luit omēs iudeorꝫ q̄ erant in regno assueri
ꝑdere nacōes. Mense p̄mo cuius vocabulū
est nisan: āno duodecimo regni assueri. mis-
sa est sors in vrnā q̄ hebraice dicit᷒ phur co-
ram aman. quo die ⁊ quo mēse gēs iudeorꝫ
deberet interfici: et exiuit mensis duodecimus
q̄ vocat᷒ adar. Dixitq3 amā regi assuero. Est
populus ꝑ omes ꝓuincias regni tui dispsus
et a se mutuo separatus. nouis vtēs legibꝫ
et cerimonijs. insup ⁊ regis scita cōtemnēs:
et optime nosti q᷒ nō expediat regno tuo ut
insolescat ꝑ licentiā. Si tibi placeat decerne
ut pereat: et decē milia talētorꝫ appendā ar-
charijs gaze tue. Tulit ergo rex anulū quo
vtebat᷒ de manu sua: et dedit eū aman filio
amadati de ꝓgenie agag hosti iudeorꝫ: di-
xitq3 ad eū. Argentū quod tu polliceris tuū
sit: de populo age quod tibi placet. Vocati-
q3 sūt scribe regis mense p̄mo nisan t̄cia deci-
ma die eiusdē mensis: et scriptū est ut iusse-
rat amā ad omes satrapas regis. et iudices
ꝓuinciarꝫ diuersarꝫq3 gentiū. ut queq3 gens
legē poterat ⁊ audire. ꝓ varietate linguarꝫ
ex nomine regis assueri: et lr̄e signate ipius
anulo misse sūt ꝑ cursores regis ad vniūsas
ꝓuincias. ut occiderēt atq3 delerēt omes iu-
deos a puero usq3 ad senē paruulos ⁊ mu-
lieres vno die hoc est terciodecimo mensis
duodecimi qui vocat᷒ adar: et bona eorꝫ di-
riperēt. Summa autē epistolarꝫ hec fuit: ut
omes ꝓuincie scirēt ⁊ pararēt se ad p̄dictam
diē. Festinabāt cursores q̄ missi erant regis
imperiū explere. Statimq3 in susis pependit
edictū: rege ⁊ aman celebrāte cōuiuiū: et cū-
ctis iudeis qui erant in vrbe flentibꝫ. IIII

Que cū audisset mardocheus scidit vesti-
mēta sua: et indutus est sacco. spargēs
cinerē capiti: et in platea medie ciuitatis vo-
ce magna clamabat ostendēs amaritudiem
animi sui: et hoc eiulatu usq3 ad fores pala-
tij gradiēs. Nō eni erat licitū indutū sacco
aulā regis intrare. In omibꝫ q3 ꝓuintijs oppi-
dis ac locis ad q̄ crudele regis dogma ꝑue-
nerat. planctus ingēs erat apd̄ iudeos: ieiu-
niū. vlulatus. et fletus: sacco ⁊ cinē multis ꝑ
stratu vtētibꝫ. Ingressi aūt sūt puelle hester
et eunuchi: nūciaueruntq3 ei. Quod audiens
cōsternata est: et vestē misit ut ablato sacco
indueret eā. Quā accipe noluit. Accitoq3

athach eunucho quē rex ministrū ei dederat:
p̄cepit ut iret ad mardocheū ⁊ disceēt ab eo
cur hoc faceret. Egressusqꝫ athach iuit ad
mardocheū: ⁊ inuenit eū stantē in platea ci-
uitatis ante ostiū palatij. Qui indicauit ei
om̄ia que acciderāt. quō aman ꝓmisisset ut
in thesauros regis ꝓ iudeoꝝ nece inferret
argentū: exemplarqꝫ edicti qđ pendebat
in susis dedit ei ut regine ostenderēt: et mo-
neret eam ut intraret ad regē. et dep̄caret̄
eū ꝓ populo suo. Regressus athach nūcia-
uit hester omnia que mardocheus dixerat.
Que rn̄dit ei: et iussit ut dicēt mardocheo.
Omnes s̄ui regis ⁊ cūcte que sub ditione
eius sūt norūt ꝓuīcie. quod siue vir siue mu-
lier non vocatus interius atriū regis intra-
uerit. absqꝫ vlla cunctacōne statim interfici-
atur: nisi forte rex aureā v̄gam ad eū teten-
derit ꝓ signo clemētie: atqꝫ ita possit viuere.
Ego igit̄ quō ad regē intrare potero: que
triginta iam dieb᷒ nō sum vocata ad eum?
Quod cū audisset mardocheus: rursū man-
dauit hester dicēs. Ne putes q̄ aīam tuā
tantū liberes: q̄ in domo regis es p̄ cunctis
iudeis. Si enim nūc silueris ꝑ aliā occasio-
nem liberabūt̄ iudei: et tu ⁊ domus p̄ris tui
ꝑibitis. Et quis nouit vtrū idcīco ad regnū
veneris: ut in tali tēpore parareris? Rursūqꝫ
hester hec mardocheo v̄ba mādauit. Vade
⁊ ꝯgrega om̄es iudeos quos in susis repe-
ris: et orate ꝓ me. Non comedetis et non
bibetis trib᷒ dieb᷒ ⁊ trib᷒ noctib᷒: et ego cū
āncillulis meis silit̄er ieiunabo: et tūc ingre-
diar ad regē ꝯtra legē faciēs nō vocata. tra-
densqꝫ me morti ⁊ ꝑiculo. Iuit itaqꝫ mardo-
cheus ⁊ fecit om̄ia q̄ hester p̄ceperat.

V

Die autē tercio induta est hester rega-
lib᷒ vestimētis: et stetit in atrio domus
regie quod erat interius contra basilicam
regis. Et ille sedebat sup soliū suū in ꝯsisto-
rio palatij contra ostiū domus. Cūqꝫ vidisset
hester reginā stantē placuit oculis eius: et
extendit contra eam v̄gam aureā quam te-
nebat manū. Que accedens osculata est sū-
mitatē v̄ge eius. Dixitqꝫ ad eā rex. Quid
vis hester regina? Que est petitio tua? Etiā
si dimidiā partem regni petieris dabit̄ tibi.
At illa respōdit. Si regi placet obsecro ut
venias ad me hodie ⁊ aman tecū ad ꝯuiuiū
quod paraui. Statimqꝫ rex: vocate inquit
cito aman ut hester obediat volūtati. Vene-
rūt itaqꝫ rex et aman ad conuiuiū quod eis
regina parauerat. Dixitqꝫ ei rex postq̄ vinū
biberat abundāter. Quid petis ut det̄ tibi:
et ꝓ qua re postulas? Etiā si dimidiā partē
regni mei petieris impetrabis. Cui respōdit
hester. Peticō mea ⁊ p̄ces sūt iste. Si inueni
in conspectu regis gratiā. ⁊ si regi placet ut
det michi quod postulo ⁊ meā impleat peti-
tionē: veniat rex et aman ad conuiuiū quod
paraui eis: et cras aperiā regi volūtatē meā.
Egressus est itaqꝫ illo die aman letus ⁊ ala-
cer. Cūqꝫ vidisset mardocheū sedentē ante
fores palacij. ⁊ nō solū non assurrexisse sibi
sed nec motū quidē de loco sessionis sue. in-
dignatus ē valde: et dissimulata ira reūsus
in domū suā conuocauit ad se amicos suos
et zares vxorē suā: et exposuit illis magnitu-
dinē diuitiaꝝ suaꝝ filiorūqꝫ turbā: et quan-
ta eū gloria sup om̄es p̄ncipes ⁊ s̄uos suos
rex eleuasset. Et post hec ait. Regina qꝫ hester
nullū aliū vocauit ad conuiuiū cū rege p̄ter
me: apud quā etiā cras cū rege pransurus sū.
Et cū hec om̄ia habeā nichil me habere pu-
to quādiu videro mardocheū iudeū sedentē
ante fores regias. Rn̄deritqꝫ ei zares vxor
eius: et ceteri amici. Iube parari excelsam tra-
bem habentē altitudinis quinquaginta cu-
bitos: et dic mane regi ut appendat̄ sup eā
mardocheus: et sic ibis cum rege letus ad
conuiuium. Placuit ei consilium: et iussit ex-
celsam ꝑparari crucē.

VI

Noctem illā duxit rex in somnē: iussitqꝫ sibi af-
ferri historias ⁊ ānales p̄orū temporū. Que
cū illo p̄sente legerent̄: ventū est ad illū locū
vbi scriptū erat quomō nūciasset mardoche-
us insidias bagathā ⁊ thares eunuchoꝝ:
regē assuerū iugulare cupientiū. Quod cū
audisset rex ait. Quid ꝓ hac fide honoris
ac p̄mij mardocheus ꝯsecutus est? Dixerūt
ei s̄ui illius ac ministri. Nichil oīno merce-
dis accepit. Statimqꝫ rex. quis est inquit
in atrio? Aman quippe interius atriū dom᷒
regie intrauerat. ut suggererēt regi ⁊ iuberet
mardocheū affigi patibulo quod ei fuerat
ꝑparatū. Rn̄derūt pueri. Aman stat in atrio.

IIII

Dixitq3 rex. Ingrediatur. Cū3 esset ingres=
sus ait illi. Quid debet fieri viro quem rex
honorare desiderat? Cogitās autē in corde
suo aman et reputās q nullū aliū rex nisi se
vellet honorare. rn̄dit. Hō quē rex honora=
re cupit debet indui vestib9 regijs et imponi
sup equū qui de sella regis est. et accipere
regiū diadema sup caput suū: et primus de
regijs principib9 ac tyrannis teneat equū
eius: et p plateā ciuitatis incedēs clamet et
dicat. Sic honorabitur quencūq3 rex volu=
erit honorare. Dixitq3 ei rex. Festina et sūpta
stola et equo fac ut locutus es mardocheo
iudeo qui sedet ante fores palatij. Caue
ne quicq̄ de hijs q̄ locutus es p̄termittas.
Tulit itaq3 aman stolā et equū: indutumq3
mardocheū in platea ciuitatis. et impositum
equo p̄cedebat atq3 clamabat. Hoc hono=
re ɔdignus est quēcūq3 rex voluerit hono=
rare. Reuersusq3 est mardocheus ad ianuā
palatij: et aman festinauit ire in domū suam
lugēs: et opto capite: narrauitq3 zares vxo=
ri sue et amicis omnia q̄ euenissent sibi. Cui
rn̄derūt sapientes quos habebat in ɔsilio
et vxor eius. Si de semine iudeoȝ est mar=
docheus ante quē cadere cepisti. nō ei pote=
ris resistere: sed cades in conspectu ei9. Ad
huc illis loquentibus venerunt eunuchi re=
gis: et cito eum ad conuiuiū quod regina
parauerat pergere compulerūt. VII
Intrauit itaq3 rex et aman ut biberent cū
regina. Dixitq3 ei rex etiā secūda die postq̄
vino incaluerat. Que est petitio tua hester
ut detur tibi: et quid vis fieri? Etiā si dimidi=
am partē regni mei petieris impetrabis. Ad
quē illa rn̄dit. Si inueni gratiā in oculis tu=
is o rex et si tibi placet: dona michi animam
meā pro qua rogo: et populū meum p quo
obsecro. Traditi enim sumus ego et ꝑplus
meus ut ɔteramur iugulemur et peamus.
Atq3 vtinā in suos et famulas venderemur
esset tolerabile malū et gemens tacerē: nūc
autē hostis noster est cuius crudelitas re=
dūdat in regē. Rn̄densq3 rex assuerus ait.
Quis est iste et cuius potentie. ut hec aude=
at facere? Dixitq3 hester. Hostis et inimicus
noster pessimus iste est aman. Quod ille
audiēs ilico obstupuit: vultū regis et regie

ferre non sustinēs. Rex aūt surrexit iratus:
et de loco conuiuij intrauit in ortū arborib9
consitū. Aman q3 surrexit ut rogaret hester
reginam p anima sua: intellexit enim a rege
paratū sibi malū. Qui cū reuersus esset de
orto nemorib9 consito. et intrass3 ɔuiuij locū:
repperit amā sup lectū corruisse in quo iace=
bat hester: et ait. Etiā reginā vult opprimere
me p̄nte in domo mea. Necdū verbū de ore
regis exierat: et statim opuerūt faciē eius.
Dixitq3 arbona vnus de eunuchis q̄ stabāt
in ministerio regis. En lignū qđ parauerat
mardocheo qui locutus est p rege. stat in do=
mo aman. habens altitudinis quinquagin=
ta cubitos. Cui dixit rex. Appēdite eū in eo.
Suspensus est itaq3 aman in patibulo qđ
parauerat mardocheo: et regis ira requieuit.
De illo dedit rex assuer9 he= VIII
ster regine domū amā aduersarij iudeo=
rū: et mardocheus ingressus est ante facie3
regis. Confessa est enim ei hester. quod esset
patruus suus. Tulitq3 rex anulū quem ab
aman recipi iusserat: et tradidit mardocheo.
Hester autē cōstituit mardocheū sup domū
suā. Nec hijs contenta pcidit ad pedes re=
gis: fleuitq3 et locuta ad eū orauit ut malici=
am aman agagite et machinacōes eius pes=
simas quas excogitauerat contra iudeos.
iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptru3
aureū p̄tendit manu: quo signū clemētie mō=
strabatur. Illaq3 consurgēs stetit ante eum.
et ait. Si placet regi et si inueni gratiam in
oculis eius et dep̄catio mea nō ei videt' esse
cōtraria: obsecro ut nouis epistolis veteres
aman littere insidiatoris et hostis iudeoȝ.
quib9 eos in cūctis regis puīcijs pire p̄ce=
perat corrigāt'. Quō enim potero sustinere
necē et interfectionē ꝑpli mei? Rn̄ditq3 rex
assuerus hester regine et mardocheo iudeo.
Domū aman concessi hester et ip̄m iussi affigi
cruci: q2 ausus est manū mittere in iudeos.
Scribite ergo iudeis sicut vobis placet ex
regis noīe: signantes l'ras anulo meo. Hec
enim ɔsuetudo erat: ut epistolis q̄ ex regis
noīe mittebāt' et illius anulo signate erant
nemo auderet ɔtradicere. Accitisq3 scribis
et librarijs regis. erat aūt tp̄s tercij mensis
q̄ appellat' siban: vicesima et tercia illi9 sep̄te

sūt ep̄le ut mardochꝫus voluerat ad iudeos
et ad p̄ncipes · procuratoresqꝫ et iudices · q̄
centūuigintiseptē prouincijs ab india usqꝫ
ethiopiam presidebāt : prouincie atqꝫ pro-
uīcie · ꝑplo ꝛ populo · iuxta linguas et l̄ras su-
as · et iudeis : ꝓut legere poterāt et audire.

II

Ipeqꝫ epistole que ex regis nomine mitte-
bantur · anulo illiꝰ obsignate sūt et misse p
veredarios : qui per oīes ꝓuīcias discur-
rentes · veteras litteras nouis nūcijs preue-
nirent . Quibus imperauit rex · ut conueni-
rent iudeos p singulas ciuitates · et in vnū
preciperent congregari · ut starent pro ani-
mabus suis : et oīes inimicos suos cū con-
iugibus ac liberis · et vniūsis domibꝫ inter-
ficerent atqꝫ delerent . Et constituta est per
omnes prouīcias vna vltionis dies · id est
terciadecima die mensis duodecimi adar.

III

Sūmaqꝫ epistole fuit ut in oīibꝫ terris ac
ꝑplis qui regis assueri subiacebāt imperio:
notum fieret paratos esse iudeos ad capiē-
dam vindictam de hostibꝫ suis . Egressiqꝫ
sunt veredarij celeres nūcios perferentes:
et edictum regis pependit in susis . Mardo-
cheus autē de palatio et de conspectu regis
egrediens fulgebat vestibꝫ regijs iacincti-
nis videlicet et aerinis : coronam auream
portās capite : et amictus serico pallio atqꝫ
purpureo. Oīisqꝫ ciuitas exultauit atqꝫ le-
tata est. Judeis aūt noua lux oriri visa est:
gaudiū · honor · et tripudiū . Apud omnes
populos vrbes atqꝫ prouincias quocūqꝫ re-
gis precepta veniebant · mira exultatio epu-
le atqꝫ conuiuia et festus dies : intantum ut
plures alterius gentis et secte · eorꝫ religio-
ni et cerimonijs iūgerentꝰ . Grandis enim
cūctos iudaici noīs terror inuaserat.

IX

IIII

Gitur duodecimi mensis quē adar vocari
ante iam diximus · terciadecima die quādo
cunctis iudeis interfectio parabatur et ho-
stes eorꝫ inhiabant sanguini · versa vice iu-
dei superiores esse ceperūt : et se de aduersarijs
vindicare . Congregatiqꝫ sūt per singulas
ciuitates · et oppida et loca : ut extenderent
manū contra inimicos et persecutores suos.
Nullusqꝫ ausus est resistere : eo quod oīes
populos magnitudinis eorꝫ formido pene-
traret . Nam et ꝓuinciarꝫ iudices duces et
procuratores · omnisqꝫ dignitas que singu-
lis locis et operibꝫ preerat · extollebāt iude-
os timore mardochei : quem principem esse
palatij et plurimū posse cognouerant . Fa-
ma qꝫ nominis eius crescebat quotidie : et
per cūctorū ora volitabat

V

Itaqꝫ pcusserūt
iudei inimicos suos plaga magna ꝛ occide-
rūt eos · reddentes eis qđ sibi parauerāt fa-
cere : intantū ut etiā in susis quingentos vi-
ros interficerent : extra decem filios aman a-
gagite hostis iudeorꝫ . Quorꝫ ista sūt no-
mina : pharsandathan et delphon et espata
et phorata et adalia et aridatha et epher-
mescha arisai et aridai et vaisatha. Quos cū
occidissent : p̄das de substantijs eorꝫ agē
noluerūt. Statimqꝫ numerus eorꝫ qui occi-
si erant in susis ad regem relatus est . Qui
dixit regine . In vrbe susis interfecerūt iudei
quīgentos viros · et alios decē filios aman.

VI

Quantā putas eos exercere cedem in vni-
uersis prouincijs? Quid vltra postulas : et
quid vis ut fieri iubeam? Cui illa respondit.
Si regi placet detur potestas iudeis · ut sic
fecerunt hodie in susis sic et cras faciant : et
decē filij aman ī patibulis suspendantꝰ . Pre-
cepit rex ut ita fieret . Statimqꝫ in susis pe-
pendit edictum : et decem filij aman suspensi
sūt. Congregatis iudeis quartadecima die
mensis adar interfecti sunt in susis trecenti
viri : nec eorꝫ ab illis direpta substātia est:
sed et per oīes ꝓuincias · que ditioni regis
subiacebant pro animabus suis steterūt iu-
dei · interfectis hostibꝫ ac psecutoribꝫ suis:
intantū ut septuagintaquīqꝫ milia occisorꝫ
implerentur : et nullus de substantijs eorum
quicq̄ꝫ contingeret

VII

Dies aūt terciusdecimꝰ
mensis adar vnus apud oīes interfectio-
nis fuit : et quartadecima die cedere desierūt.
Quem constituerūt esse solemnem : ut in eo
omni tēpore deinceps vacarent epulis gau-
dio atqꝫ conuiuijs . At hij qui in vrbe susis
cedem exercuerāt terciodecimo ꝛ quartode-
cimo die eiusdē mensis in cede versati sūt : de-
cimoquinto autē die p̄cutere desierūt . Et id-
circo eundē diē constituerūt solemnē epula-
rū atqꝫ leticie . Hij vero iudei q̄ in oppidis
non muratis ac villis morabantur · quartū-
decimū diē mensis adar conuiuiorꝫ ꝛ gaudij

VIII

decreuerũt: ita ut exultẽt in eo ⁊ mittãt sibi mutuo partes epularꝝ et ciborꝝ. Scripsit itaqꝫ mardocheus omnia hec: et lr̃is cõphensa misit ad iudeos qui in omnibꝫ regis ꝓuincijs morabantur: tam in vicino positis q̃ȝ ꝓcul: ut quartamdecimã ⁊ quintãdecimam diẽ mensꝭ adar ꝓ festis susciperent. et reuertente semp̃ anno solẽni honore celebrarẽt: qꝛ in ipis diebꝫ se vlti sũt iudei de inimicis suis. et luctus atqꝫ tristicia in hilaritatem gaudiũqꝫ cõuersi sũt: essentqꝫ dies isti epularꝝ atqꝫ leticie: et mitterẽt sibi inuicẽ ciborꝝ partes: et pauperibꝫ munuscula largirẽtur. Susceperũtqꝫ iudei in solemnẽ ritũ cũcta q̃ eo tempore facere ceperãt: et q̃ mardocheus litteris faciẽda mandauerat. Aman enĩ filius amadati stirpis agag hostis ⁊ aduersarius iudeorꝝ cogitauit contra eos malũ. ut occidẽt illos atqꝫ deleret: et misit phur quod nostra lingua vertit' in sortẽ. ⁊ postea ingressa est hester ad regẽ obsecrans ut conatus eius litteris regis irriti fierẽt: ⁊ malũ quod contra iudeos cogitauerat reuterẽt in caput eius. Denĩqꝫ ⁊ ipm ⁊ filios eius affixerũt cruci: atqꝫ ex illo tp̃e dies isti appellati sũt phurim id ẽ sortiũ: eo qꝛ phur id ẽ sors in vrnã missa fuerit. Et cuncta q̃ gesta sunt epistole id ẽ libri huius volumine cõtinẽt': queqꝫ sustinuerit ⁊ q̃ deinceps immutata sint. susceperũt iudei sup̃ se ⁊ semen suũ. et super cunctos q̃ religioni eorꝝ voluerint copulari: ut nulli liceat duos hos dies absqꝫ solẽnitate transigere quos scriptura testatur: et cetera expetunt tempora annis sibi iugiter succedẽtibꝫ. Isti sũt dies quos nulla vnq̃ȝ deleuit obliuio. ⁊ p̃ singulas gñacões cuncte in toto orbe ꝓuincie celebrabũt: nec est vlla ciuitas in qua dies phurim id est sortiũ non obseruent' a iudeis: et ab eorꝝ progenie q̃ hijs cerimonijs obligata ẽ.

P

Scripserũtqꝫ hester regina filia abiahil ⁊ mardocheus iudeus etiam secundã epistolam: ut omni studio dies ista solẽnis sanxiret' in posterũ. Et miserũt ad omnes iudeos qui in centũ vigintiseptẽ ꝓuincijs regis assueri versabantur. ut haberent pacẽ ⁊ susciperẽt veritatem. obseruantes dies sortiũ: et suo tempore cũ gaudio celebrarẽt: sicut cõstituerat

II

mardocheus ⁊ hester. Et illi obseruãda susceperũt a se ⁊ a semine suo ieiunia. atqꝫ clamores ⁊ sortiũ dies: et omnia que libri huius q̃ vocatur hester historia continentur.

X

III

Rex vero assuerus omnem terram ⁊ cũctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo et imperiũ ⁊ dignitas atqꝫ sublimitas qua exaltauit mardocheũ sc̃pta sũt in libris medorꝝ atqꝫ persarꝝ: ⁊ quomõ mardocheus iudaici generis secundus a rege assuero fuerit ⁊ magnus apud iudeos. et acceptabilis plebi fratrũ suorꝝ: querens bona populo suo: et loquens ea que ad pacẽ seminis sui ptinerẽt. Que habent' in hebreo plena fide expssi. Hec aũt que secunt' sc̃pta repperi in edicõe vulgata q̃ grecorꝝ lingua et litteris continẽtur: et interim post finem libri hoc capitulũ ferebatur. quod iuxta cõsuetudinẽ nostrã obelo id est veru ꝓnotauimus.

IIII

S

Dixitqꝫ mardocheus. A deo facta sunt ista. Recordatus sũ somnij quod videram hec eadẽ significãtis: nec eorꝝ quicq̃ȝ irritũ fuit. Paruus fons qui creuit in fluuiũ ⁊ in lucẽ solẽqꝫ conuersus est. et in aquas plurimas redundauit. hester est: quam rex accepit vxorem et voluit esse reginã. Duo autẽ dracones: ego sũ ⁊ aman. Gentes q̃ cõuenerãt: hij sũt qui conati sũt delere nomẽ iudeorꝝ. Gens aũt mea isrl' est q̃ clamauit ad dñm: ⁊ saluũ fecit dñs poplm suũ. liberauitqꝫ nos ab omnibus malis. ⁊ fecit signa magna atqꝫ portẽta inter gẽtes: et duas sortes esse p̃cepit. vnã populi dei et alterã cunctarꝝ gentiũ. Venitqꝫ vtraqꝫ sors in statutũ ex illo iam tempore coram deo vniuersis gentibꝫ: et recordatus est dñs popli sui: ac misertus hereditatis sue. Et obseruabũt' dies isti in mense adar quartadecima ⁊ quintadecima die eiusdẽ mẽsis: cũ omni studio ⁊ gaudio in vnũ cetũ ppli cõgregati: in cunctas deinceps gñacões ppli isrl'.

b

XI

Anno quarto regnãtibꝫ ptolomeo ⁊ cleopatra. attulerũt dositheus qui se sacerdotẽ et leuitici generis ferebat. et ptolomeus fili⁹ eius hãc ep̃larꝫ phurim: quam dixerũt interp̃tatum esse lisimachũ ptolomei filium in iherusalem. Hoc qꝫ principium erat in editione vulgata: quod nec in hebreo nec apud vllum fertur interp̃tum.

bI

T

Anno secūdo regnāte artarxerxe maximo. prima die mensis nisan: vidit sompniū. mardocheus filius iaheri filij semei. filij cis de tribu beniamin. homo iudeus qui habitabat in vrbe susis: vir magnus. et inter p̄mos aule regie. Erat autē de eo numero captiuorū quos transtulerat nabuchodonosor rex babilonis de iherusalem cū iecomia rege iuda: et hoc eius sompniū fuit. Apparuerūt voces et tumultus. tonitrua et terre motus et conturbatio super terrā: et ecce duo dracones magni paratiq; contra se in pliū: ad quorū clamorē cuncte concitate sunt nationes. ut pugnarent contra gentē iustorū. Fuitq; dies illa tenebrarū et discriminis. tribulationis et angustie. et ingens formido sup terrā. Conturbataq; ē gens iustorū timēciū mala sua: et p̄parata ad mortē. Clamaueruntq; ad deū: et illis vociferantibus fons paruus creuit in fluuiū maximū: et in aquas plurimas redūdauit. Lux et sol ortus est et humiles exaltati sunt: et deuorauerūt inclitos. Quod cū vidisset mardocheus et surrexisset de strato. cogitabat quid deus facere vellet: et fixū habebat in animo scire cupiēs quid significaret sompniū.

XII

Morabatur autem eo tempore in aula regis. cū bagatha et thara eunuchis regis: qui ianitores erant palatij. Cūq; intellexisset cogitationes eorū et curas diligentius puidisset: didicit q̄d conarent̄ in regem artarxerxen manus mittere: et nūciauit sup eo regi. Qui de vtroq; habita questione. confessos iussit duci ad mortē. Rex autē quod gestū erat scripsit in commētarijs. Sed et mardocheus rei memoriā litteris tradidit. Precepitq; ei rex ut in aula palatij moraretur: datis ei pro delatione muneribus. Aman vero filius amadathi bugeus erat gloriosissimus corā rege: et voluit nocere mardocheo et p̄plo eius pro duobus eunuchis regis qui fuerāt interfecti. Huc usq; p̄emiū. Que secūtur in eo loco posita erant vbi scriptū est in volumine: et diripuerūt bona vel substantias eorū. Que in sola vulgata editione reperimus. Epistole autem hoc exemplar fuit.

XIII

Rex maximus artarxerxes ab india usq; ethiopiā centūuigintiseptem p̄uinciarū: principibus et ducibus. qui eius imperio subiecti sūt. salutē. Cū plurimis gentibus imperarem. et vniūsum orbem mee ditioni subiugassem: volui nequaquā abuti potentie magnitudine. sed clemētia et lenitate gubernare subiectos: ut absq; vllo terrore vitā silenciō transigentes. optata cūctis mortalibus pace fruerent̄. Querente aūt me a consiliarijs meis quō posset hoc impleri: vnus qui sapiencia et fide ceteros precellebat. et erat post regem secūdus aman nomine. indicauit michi in toto orbe terrarū populū esse dispersū qui nouis vteretur legibus: et contra omniū gentiū consuetudinē faciens. regū iussa cōtemneret: et vniūsarū concordiā nationū sua dissensione violaret. Quod cū didicissemus. videntes vnā gentē rebellem aduūsus omne hominū genus puersis uti legibus. nostrisq; iussionibus contraire. et turbare subiectarum nobis p̄uinciarū pacē atq; concordiarū: iussimus ut quoscūq; aman qui omnibus p̄uincijs p̄positus est et secūdus a rege. et quē patris loco colimus monstrauerit. cū coniugibus ac liberis deleant̄ ab inimicis suis nullusq; eorum misereatur. quartadecima die duodecimi mensis adar anni presentis: ut nepharij homines vno die ad inferos descendentes. reddant imperio nr̄o pacē quā turbauerāt. Hucusq; exemplar epistole. Que secūtur post eū locū scripta reperi vbi legitur. pergensq; mardocheus fecit omnia que ei mādauerat hester: nec tamen habent̄ in hebraico: et apud nullū penitus ferūtur interpretū. Mardocheus autē deprecatus ē dn̄m: memor omniū operū eius. et dixit. Dn̄e dn̄e rex omnipotens. in ditione enim tua cūcta sūt posita: et nō est qui possit tue resistere volūtati: si decreueris saluare isrl̄. Tu fecisti celū et terrā et quicquid celi ambitu continet̄: dn̄s omniū es: nec est qui resistat maiestati tue. Cūcta nosti et scis q; nō pro supbia et contumelia et aliqua glorie cupiditate fecerim hoc. ut nō adorarem aman supbissimū: libenter enim pro salute israhel etiā vestigia pedū eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorē dei mei transferrem ad hominē. et ne quenq̄ adorarem excepto deo meo. Et nūc dn̄e rex deus abraham miserere populi tui: q; volūt

nos inimici nostri ꝑdere: et hereditatē tuā
delere. Ne despicias partē tuā: quā redemi-
sti de egipto. Exaudi dep̄cationē meā ⁊ ꝓpi-
cius esto sorti ⁊ funiculo tuo: et conuerte lu-
ctū nr̄m in gaudiū. ut viuētes laudemus
nomen tuū domine: et ne claudas ora canē-
tium te. Omnis quoqz israhel pari mente ⁊
obsecratione clamauit ad dominum: eo ꝙ
eis cẽta mors impenderet. XIIII
Hester quoqz regina cōfugit ad dominū:
pauēs ꝑiculū quod imminebat. Cūqz depo-
suisset vestes regias. fletibus ⁊ luctu apta in-
dumēta suscepit: ⁊ ꝓ vnguētis varijs cinere
et stercore impleuit caput. et corpus suum
humiliauit ieiunijs: omniaqz loca in quibus
ante letari consueuerat crinium laceratione
compleuit. Et dep̄cabat᷑ dominū deū israhel
dicens. Domine mi qui rex noster es solus
adiuua me solitariā: ⁊ cuius p̄ter te nullꝰ ē
auxiliator alius. Periculū meū in manibꝫ
meis ē. Audiui a pr̄e meo ꝙ tu dn̄e tulisses
israhel de cunctis gentibus. et pr̄es nr̄os ex
omnibꝫ retro maioribꝫ suis. ut possideres he-
reditatē sempiternā: fecistiqz eis sicut locu-
tus es. Peccauimus in conspectu tuo: ⁊ id-
circo tradidisti nos in manus inimicorū no-
strorū. Coluimus enim deos eorū. Iustus
es domine. Et nunc nō eis sufficit ꝙ durissi-
ma nos opprimūt ſuitute: ſz robur manuū
suarū ydolorū potētie deputātes volūt tua
mutare ꝓmissa. et delere hereditatē tuā: et
claudere ora laudantiū te. atqz extinguere
gloriā tēpli ⁊ altaris tui: ut aperiāt ora gen-
tiū et laudēt ydolorū fortitudinē: et p̄dicēt
carnalem regē in sempiternū. Ne tradas
domine sceptrū tuū hijs qui non sūt. ne ride-
ant ad ruinā nostrā: sed conuerte ꝯsiliū eorū
sup eos: et eū qui in nos cepit seuire dispde.
Memēto domine ⁊ ostende te nobis in tē-
pore tribulacōnis nr̄e: et da michi fiduciam
dn̄e rex deorū ⁊ vniuerse potestatis: tribue
sermonē ꝯpositū in ore meo in conspectu le-
onis: et transfer cor illius in odiū hostis no-
stri: ut et ipse ꝑeat ⁊ ceteri qui ei consentiūt.
Nos autē libera in manū tua: et adiuua me
nullū aliū auxiliū habentē nisi te domine. qui
habes omnium scientiā. et nosti ꝙ oderim glo-
riā iniquorū: et detester cubile incircūcisorū
et omnis alienigine. Tu scis necessitatē meā
qḋ abominer signū supbie ⁊ glorie mee qḋ
est sup caput meū in diebꝫ ostētacōis mee:
et detester illud quasi pannū menstruate. et
non portē in diebꝫ silentij mei: et quod non
comederim in mensa aman. nec michi placu-
erit conuiuiū regis. et nō biberim vinū liba-
minū: et nunꝙ̄ letata sit ancilla tua ex quo
huc translata sū usqz in p̄sentē diē: nisi in te
domine deus abrahā. Deus fortis sup omnes
exaudi vocē eorū qui nullā aliā spem habent:
⁊ libera nos de manū iniquorū: ⁊ erue me a ti-
more meo. Hec quoqz addita repperi in edicōe
vulgata. XV
Et mandauit ei haut dubiū quin hester mardocheus.
ut ingrederetur ad regē: ut rogaret ꝓ ꝓplo
suo ⁊ ꝓ patria sua. Memorare inquit dierū
humilitatis tue. quomodo nutrita sis in ma-
nu mea: ꝙ aman secundus a rege locutus ē
contra nos in mortē: et tu inuoca dn̄m ⁊ loq-
re regi ꝓ nobis. et libera nos de morte. Nec
nō et ista que subdita sunt. Die autē tercio
deposuit vestimēta ornatus sui: ⁊ circūdata
est gloria sua. Cūqz regio vulgeret habitu
et inuocasset omniū rectorē ⁊ saluatorē deū:
assumpsit duas famulas. ⁊ sup vnā quidē
innitebat᷑ quasi p̄ delicijs. et nimia teneritu-
dine corpus suū ferre non sustinens: altera
autē famularū sequebat᷑ dominā defluētia
in humū indumēta sustentās. Ipsa autē ro-
seo colore vultū ꝑfusa. et gratis ac nitentibꝫ
oculis tristē celabat animū. ⁊ nimio timore
cōtractū. Ingressa igitur cūcta ꝑ ordinem
ostia stetit contra regem. vbi ille residebat
sup soliū regni sui. indutus vestibꝫ regijs au-
roqz fulgens ⁊ p̄ciosis lapidibꝫ: eratqz terri-
bilis aspectu. Cūqz eleuasset faciē ⁊ ardētibꝫ
oculis furorē pectoris indicasset: regina cor-
ruit et in pallorē colore mutato. lassum sup
ancillulā reclinauit caput. Conuertitqz deus
spm̄ regis in mansuetudinē: ⁊ festinus ac
metuēs exiliuit de solio ⁊ sustentās eā vlnis
suis donec rediret ad se: hijs verbis blan-
diebatur. Quid habes hester? Ego sum fra-
ter tuus: noli metuere. Non morieris. Nō
enim pro te sed pro omnibus hec lex con-
stituta est. Accede igitur et tange sceptrū.
Cūqz illa reticeret. tulit aureā virgā ⁊ posuit

sup collū eius: et osculatus ē eam ⁊ ait. Cur michi nō loqueris? Que respondit: Vidi te dn̄e quasi angelū dei: et cōturbatū est cor meū pre timore glorie tue. Valde enī mirabilis es dn̄e: et facies tua plena ē graciaꝝ. Cūq; loqueret̄ rursus corruit: et pene exa- minata est. Rex aūt turbabat̄: et omnes ministri eius consolabātur eū. Exemplar epistole regis artarxerxis quā pro iudeis ad totas regni sui ꝓuincias misit: qd̄ et ipsū in hebraico volumine non habetur. XVI

Rex magnꝰ artarxerxis ab india usq; ethiopiā centūuigintiseptē ꝓuīciaꝝ ducibꝫ ac pn̄cipibꝫ q̄ nostre iussioni obediunt: salutē dicit. Multi bonitate principū et honore q̄ in eos collatus est abusi sūt in superbiam: et nō solum subiectos regibꝫ nitūtur opprimere: sed datam sibi gloriam nō ferentes in ipsos qui dederūt moliūtur insidias. Nec contenti sūt gratias nō agere bn̄ficijs et humanitatis in se iura violare: sed dei q̄ꝫ cūcta cernentis arbitrant̄ se posse fugē sententiā. Et intantū vesanie ꝓruperūt ut eos q̄ credita sibi officia diligenter obseruant. et ita cūcta agunt ut omniū laude digni sint. mendacioꝝ cuniculis conent̄ subūtere: dū aures pn̄cipū simplices ex sua natura alios estimātes callida fraude decipiūt. Que res et ex veteribꝫ ꝓbatur historijs. et ex hijs q̄ gerūtur quotidie: quō malis quorūdā suggestionibꝫ regū studia deprauent̄. Unde prouidendū est paci omniū ꝓuīciaꝝ. Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate et necessitate temporū. ut rei publice poscat vtilitas ferre sentētiam. Et ut manifestius qd̄ dicimus intelligatis. aman filius amadathi et animo ⁊ gente macedo alienusq; a ꝑsarū sanguine. et pietatē nostrā sua crudelitate cōmaculans. peregrinus a nobis susceptus est: et tantam in se expertus humanitatē ut pater noster vocaret̄ et adoraret̄ ab omnibus post regem secūdus: q̄ intantū arrogātie tumorem sublatus est: ut regno priuare nos niteretur ⁊ spū. Nam mardocheū cuius fide ⁊ bn̄ficijs viuimus ⁊ consortem regni nostri hester. cū omni gente sua nouis quibusdam atq; inauditis machinis expetiuit in mortē: hoc cogitans in illis interfectis insidiaretur nostre solitudini: et regnū ꝑsarū transferret in macedonas. Nos aūt a pessimo mortaliū iudeos neci destinatos. in nulla penitus culpa reperimus: sed econtrario iustis vtentes legibꝫ ⁊ filios altissimi et maximi sempq; viuētis dei. cuius bn̄ficio et patribus nostris. et nobis regnū est traditū et usq; hodie custoditur. Unde eas litteras quas sub nomine nr̄o ille direxerat sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius vrbis id est susis. et ipse q̄ machinatus est ⁊ omnis cognatio eius pendet in patibulis: nō nobis sed deo reddente ei qd̄ meruit. Hoc aūt edictū qd̄ nūc mittimus in cūctis vrbibus ꝓponatur. ut liceat iudeis vti legibus suis: quibꝫ debetis esse amminiculo ut eos q̄ se ad necem eoꝝ parauerāt possint interficere. terciadecima die mensis duodecimi q̄ vocatur adar. Hanc enī diē deus omnipotens meroris ⁊ luctus eis vertit ī gaudiū. Unde ⁊ vos inter ceteros festos dies. Hāc habitote diem. et celebrate eam cū omī leticia: ut ⁊ in posterū cognoscatur omēs q̄ fideliter persis obediūt dignā pro fide recipere mercedem: qui aūt insidiant̄ regno eorum perire pro scelere. Omnis aūt ꝓuincia ⁊ ciuitas que noluerit solēnitatis huius esse particeps gladio et igne pereat: et sic deleatur ut nō solū hominibꝫ s; etiā inuia bestijs sit in sempitn̄ū: ꝓ exēplo cōtēptus ⁊ inobediētie.

Explicit liber hester. Incipit ꝓlogus. in Job scd̄m trāslacōez septuaginta.

Cogor ꝑ singulos scripture diuine libros adūsarioꝝ respondere maledictis. q̄ interpretationē meam reprehensionē septuaginta interptum criminātur: quasi non ⁊ apud grecos aquila simmachus et theodocion. vel verbū e verbo vel sensū e sensu vel ex vtroq; cōmixtū et medie temperatū. genus translationis expresserint: et omīa veteris instrumenti volumina origenes obelis asteriscisq; distinxerit: q̊s vel additos vel theodotione sumptos translationi antique iusserint: probans defuisse qd̄ additū ē. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto qd̄ in ptibꝫ susceperūt: aut interptacōꝫ

meam cũ asteriscis suis radere. Neqꝫ enĩ
fieri potest ut quos plura intermisisse susce-
perint. non eosdẽ etiam in quibusdã errasse
fateantur. ꝑcipue in iob: cui si ea q̃ sub aste-
riscis addita sũt subtraxeris pars maxima
detrũcabitur: et hoc dumtaxat apud grecos.
Ceterũ apud latinos ante eã translacõem
quã sub asteriscis ⁊ obelis nuꝑ edidimus.
septingenti ferme aut octingenti versus de-
sunt: ut decurtatus ⁊ laceratus corrosusqꝫ
liber feditatẽ sui publice legentibus ꝓbeat.
Hec aũt translatio nullũ de veteribꝫ sequit᷑
interꝑtem: sed ex ipso hebraico arabicoqꝫ
sermone ⁊ interdũ siro. nunc verba nũc sen-
sus. nũc simul vtrũqꝫ resonabit. Obliquus
enim apd̃ hebreos totus liber fertur ⁊ lubri-
cus: et quod greci rethores vocant scematis᷑
menos: dũqꝫ aliud loquit᷑ aliud agit. Ut
si velis anguillã vel murenulã strictis tene-
re manibꝫ: quanto fortius ꝓsseris tãto cicꝰ
elabitur. Memini me ob intelligentiã huiꝰ
voluminis liddeum quendã ꝓceptorem. q̃
apud hebreos ꝑmus haberi putabatur. nõ
paruis redemisse nũmis: cuius doctrina an
aliquid ꝓfecerim nescio. Hoc vnũ scio: non
potuisse me interꝑtari. nisi quod ante intel-
lexerã. A pͥcipio itaqꝫ voluminis usqꝫ ad
verba iob: apud hebreos ꝓsa oratio ẽ. Por-
ro a verbis iob in quibꝫ ait. pereat dies in
qua natus sum. et nox in qua dictũ est con-
ceptus est homo. usqꝫ ad illũ locũ vbi ante
finem voluminis scriptũ est. idcirco ip̃e me
repꝛhendo ⁊ ago penitẽtiã in fauilla ⁊ cinẽ.
exametri versus sunt. dactilo spondeoqꝫ cur-
rentes: et ꝓpter lingue ydioma crebro reci-
piẽtes ⁊ alios pedes. nõ earundẽ sillabaꝝ.
sed eorundẽ temporꝝ. Interdũ qꝫ rithmus
ip̃e dulcis et tinnulus fertur numeris lege
solutis: quod metrici magis q̃ simplex le-
ctor intelligũt. A supradicto autem versu
usqꝫ ad finem libri paruũ comma qd̃ rema-
net: ꝓsa oratione contexitur. Quod si cui vi-
detur incredulũ metra scilicet esse apud he-
breos. ⁊ in morem nostri flacci greciqꝫ pin-
dari ⁊ alchei ⁊ sapho vel psalteriũ vel lamẽ-
tacões ieremie. vel oĩa ferme scripturaꝝ
cantica compꝛhendi: legat philonẽ iosephũ
origenem. cesariensem eusebium: et eorum
testimonio me verum dicere comprobabit.
Audiant quapropter canes mei idcirco me
in hoc volumine laborasse. nõ ut interꝑtati-
onem antiquã repꝛhenderẽ: sed ut ea que in
illa aut obscura sũt aut omissa. aut certe scri-
ptorꝝ vicio deprauata. manifestiora nostra
interꝑtatione fierẽt: q̃ et hebreũ sermonẽ ex
parte didicimus. et in latino pene ab ipis cu-
nabulis inter gramaticos ⁊ rethores ⁊ phi-
losophos detriti sumus. Quod si apud gre-
cos post septuaginta editionẽ. iã cristi euã-
gelio coruscante iudeus aquila. ⁊ simachꝰ
ac theodotion iudaizantes heretici sũt rece-
pti. qui multa misteria saluatoris subdola
interꝑtacõne celarũt. et tamen in exaplois
habentur apud ecclesias. et explanãtur ab
ecclesiasticis viris: quanto magis ego cristi-
anus et de parẽtibꝫ cristianis natus. et vexil-
lũ crucis in mea frõte portãs. cuius studiũ
fuit omissa repetere. deprauata corrigere. ⁊
sacramẽta ecclesie puro et fideli aperire ser-
mone: vel a fastidiosis vel a malignis lecto-
ribus non debeo reprobari. Habeãt q̃ volũt
veteres libros vel in membranis purpureis.
auro argentoqꝫ descriptos: vel vncialibꝫ ut
vulgo aiũt litteris onera magis exarata q̃
codices: dummodo michi meisqꝫ ꝑmittant
pauperes habere cedulas. et non tam pul-
cros codices q̃ emendatos. Utraqꝫ autẽ
editio et septuaginta iuxta grecos et mea
iuxta hebreos. in latinum meo labore trans-
lata est. Eligat vnusquisqꝫ quod vult: et
studiosum me magis q̃ maliuolum probet.

ꝓlogus. in Job scd̃m hebraicũ

SI aũt fiscellã iunco texerem
aut palmaꝝ folia cõplicarẽ
aut in sudore vultus mei co-
mederẽ panẽ. et ventris opus
sollicita mente ꝑtractarẽ: nullus morderet:
nemo repꝛhenderet. Nũc autem quia iuxta
sententiã saluatoris volo operari cibum qui
non perit et antiquã diuinorꝝ voluminũ viã
sentibꝫ virgultisqꝫ purgare. error michi ge-
minus infligitur: corrector viciorꝝ falsarius
vocor: et errores nõ auferre ſꝫ serere. Tãta
est enim vetustatis consuetudo ut etiam con-
fessa plerisqꝫ vicia placeãt: dum magis pul-
cros volũt habere codices q̃ emendatos.

Quapropter o frẽs dilectissimi vnicū nobilitatis et hūilitatis exemplar et pro flabello calatis sportellisqꝫ munusculis monachorum. spūalia hec et mansura dona suscipite: ac beatū iob qui adhuc apud latinos iacebat in stercore et vermibꝰ scatebat errorꝝ: integrū immaculatūqꝫ gaudete. Quomõ enim post ꝓbationẽ atqꝫ victoriã duplicia sūt ei vniūsa reddita: ita ego in lingua nr̃a ut audacter loquar. feci eū habere q̃ amiserat. Igitur et vos et vnūquenqꝫ lectorẽ solita ꝑfatione cõmoueo et in p̄ncipijs librorꝝ eadẽ semp annectẽs rogo: ut vbicūqꝫ semper ꝓcedentes virgulas videritis. sciatis ea que subiecta sunt in hebraicis voluminibꝰ non haberi. Porro vbi stelle ymago ꝑfulserit: ex hebreo in sermone nr̃o addita sunt. Necnon et illa que haberi videbant᷑. et ita corrupta erant ut sensū legentibꝰ tollerent. orantibꝰ vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex odio meo ecclesijs cristi venturum ratus: quam ex aliorum negotio.

Expl᷑. ꝓlogus. Incip. liber Iob. Ca. ꝑmū.

Vir erat in t̃ra hus nomine iob. Et erat vir ille simplex et rectus ac timens deū: et recedens a malo. Natiqꝫ sunt ei septem filij: et tres filie. Et fuit possessio eius septẽ milia ouiū. et tria milia camelorꝝ: qūgenta quoqꝫ iuga boum et qūgente asine: ac familia multa nimis. Eratqꝫ vir ille magnus inter oĩes orientales. Et ibant filij eius et faciebãt ꝯuiuiū ꝑ domos: vnusquisqꝫ in die suo. Et mittẽtes vocabãt tres sorores suas: ut comederẽt et biberẽt cū eis. Cūqꝫ in orbem trãsissent dies ꝯuiuij mittebat ad eos iob et sanctificabit illos: consurgensqꝫ diluculo offerebat olocausta per singulos. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filij mei: et bñdixerint deo in cordibꝰ suis. Sic faciebat iob cūctis diebus. Quadam autẽ die cū venissent filij dei ut assisterent corã dño: affuit inter eos etiã sathan. Cui dixit dñs: Vnde venis? Qui respondẽs ait. Circuiui terrã: et ꝑambulaui eã. Dixitqꝫ dñs ad eū. Nūquid ꝯsiderasti seruū meū iob ꝙ nõ sit ei similis in terra: homo simplex et rectus ⁊ timens deū ac recedens a malo? Cui respondẽs sathan ait. Nūquid frustra timet iob deū? Nõne tu vallasti eū ac domū eius: vniūsamqꝫ substantiã ꝑ circuitū? Operibus manuū eius bñdixisti: et possessio eius creuit in terra. Sed extende paululū manū tuã et tange cūcta que possidet: nisi in faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo dñs ad sathan. Ecce vniūsa que habet in manū tua sūt: tantū in eū ne extendas manū tuã. Egressusqꝫ est sathan a facie dñi. Cum autẽ quadã die filij et filie eius comederent. et biberent vinū in domo fratris sui primogeniti: nūcius venit ad iob qui diceret. Boues arabant et asine pascebant᷑ iuxta eos: et irruerūt sabei tulerūtqꝫ oĩa. et pueros ꝑcusserūt gladio: et euasi ego solus ut nūciarẽ tibi. Cūqꝫ adhuc ille loqueretur: venit alter ⁊ dixit. Ignis dei cecidit e celo: et tactas oues puerosqꝫ consumpsit: et effugi ego solus ut nūciarẽ tibi. Sed et adhuc illo loquẽte: venit alius et dixit. Chaldei fecerūt tres turmas ⁊ inuaserūt camelos ⁊ tulerūt eos: necnõ et pueros ꝑcusserūt gladio: et ego fugi solus ut nūciarem tibi. Adhuc loquebat᷑ ille: et ecce alius intrauit et dixit. Filijs tuis ⁊ filiabus vescentibus ⁊ bibentibꝰ vinū in domo fratris sui primogeniti. repente ventus vehemens irruit a regione deserti ⁊ concussit quatuor angulos domus: que corruẽs oppressit liberos tuos. et mortui sūt: et effugi ego solus ut nūciarẽ tibi. Tunc surrexit iob. ⁊ scidit tunicã suam: et tonso capite corruens in terrã. adorauit et dixit. Nudus egressus sū de vtero matris mee: et nudus reuertar illuc. Dñs dedit dñs abstulit: sicut dño placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. In omnibꝰ hijs non peccauit iob labijs suis: neqꝫ stultum quid contra deum locutus est. II

Factū est aūt cū quadã die venissent filij dei et starent coram dño: venisset quoqꝫ sathan inter eos ⁊ staret in ꝯspectu eius: ut diceret dñs ad sathan. Vnde venis? Qui respondens ait. Circuiui terrã: et ꝑambulaui eam. Et dixit dñs ad sathan. Nūquid considerasti seruū meū iob ꝙ nõ sit ei similis in terra. vir simplex ⁊ rectus ⁊ timens deū ac

III

IIII

recedens a malo: et adhuc retinẽs innocẽ-
tiam? Tu autẽ cõmouisti me aduersus eũ:
ut affligerẽ eũ frustra. Cui rñdens sathan
ait. Pellem ꝓ pelle: et cũcta q̃ habet homo
dabit pro anima sua. Alioquin mitte manũ
tuã ⁊ tange os eius. et carnẽ: et tunc videbis
ꝙ in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dñs
ad sathan. Ecce in manũ tua est: verũtamen
animã illius serua. Egressus igitur sathan
a facie domini ꝑcussit iob vlcere pessimo: a
plãta pedis usqꝫ ad verticẽ eius. Qui testa
saniẽ radebat: sedens in sterquilinio. Dixit
autem illi vxor sua. Adhuc tu ꝑmanes in
simplicitate tua? Bñdic deo ⁊ morere. Qui
ait ad illã. Quasi vna de stultis mulieribꝰ
locuta es. Si bona suscepimus de manũ dñi:
mala quare nõ sustineamus? In omnibꝰ hijs
nõ peccauit iob labijs suis. Igitur audiẽtes
tres amici iob omne malũ quod accidisset
ei venerũt singuli de loco suo: eliphas the-
manites ⁊ baldad suites ⁊ sophar naama-
thites. Cõdixerãt enim: ut pariter veniẽtes
visitarẽt eũ ⁊ cõsolarentur. Cumqꝫ eleuassent
ꝓcul oculos suos: non cognouerũt eũ. Et
exclamentes plorauerũt: scissisqꝫ vestibus
sparserũt puluerẽ sup caput suũ in celũ. Et
sederũt cũ eo in terra septẽ diebꝰ ⁊ septem
noctibꝰ: et nemo loquebatur ei verbũ. Vide-
bãt enim dolorem esse vehementem.

III

Post hec aperuit iob os suũ: ⁊ maledi-
xit diei suo: et locutus ẽ. Pereat dies
in qua natus sũ: et nox in qua dictũ est con-
ceptus est homo. Dies illa vertatur in tene-
bras. Non requirat eũ deus desup: et nõ il-
lustret lumine. Obscurẽt eũ tenebre: et vm-
bra mortis. Occupet eũ caligo: et inuoluatur
amaritudine. Noctem illã tenebrosus tur-
bo possideat. Non cõputetur in diebꝰ anni:
nec numeretur in mensibꝰ. Sit nox illa soli-
taria: nec laude digna. Maledicant ei qui
maledicũt diei: qui parati sũt suscitare leui-
athan. Obtenebrentur stelle caligine eius.
Exspectet lucẽ ⁊ non videat: nec ortũ surgẽ-
tis aurore. Quia non cõclusit ostia ventris
qui non portauit me: nec abstulit mala ab
oculis meis. Quare non in vulua mortuus
sũ. egressus ex vtero non statĩ perij? Quare
exceptꝰ genibꝰ: cur lactatus vberibꝰ. Nũc
enim dormiẽs silerẽ. et somno meo requie-
scerem cũ regibꝰ ⁊ cõsulibꝰ terre. qui edificãt
sibi solitudines: aut cũ principibꝰ qui possi-
dent aurũ: et replent domos suas argento.
Aut sicut abortiuũ absconditũ nõ subsiste-
rem: vel qui concepti non viderũt lucẽ. Ibi
impij cessauerũt a tumultu: et ibi requieuerũt
fessi robore: et quondam vincti pariter sine
molestia. Non exaudierũt vocẽ exactoris.
Paruus ⁊ magnus ibi sunt: et seruus liber a
domino suo. Quare misero data est lux. et
vita hijs qui in amaritudine anime sũt? Qui
exspectãt mortẽ ⁊ nõ venit: quasi effodiẽtes
thesaurũ: gaudẽtqꝫ vehementer cũ inuenerint
sepulcrũ. Viro cuius abscondita est via: et
circũdedit eũ deus tenebris. Antequã cõmedã
suspiro. et quasi inundãtes aque sic rugitꝰ
meus: quia timor quẽ timebã euenit michi: ⁊ qđ
verebar accidit. Nõne dissimulaui? Nõne
silui? Nõne quieui? Et venit sup me indignatio.

IIII

Respondẽs autẽ eliphas. thema-
nites dixit. Si ceperimus loqui tibi:
forsitan moleste accipies. Sed conceptum
sermonẽ tenere quis poterit. Ecce docuisti
multos: et manus lassas roborasti. Vacillã-
tes confirmauerũt sermones tui: et genua
tremẽtia confortasti. Nũc autẽ venit sup te
plaga ⁊ defecisti: tetigit te ⁊ conturbatus es.
Timor tuus. fortitudo tua. et paciẽtia tua: et
ꝑfectio viarum tuarum? Recordare obsecro te.
quis vnquã innocẽs perijt: aut quando recti
deleti sũt? Quin potius vidi eos q̃ operantur
iniquitatẽ ⁊ seminãt dolores ⁊ metũt eos flã-
te deo perisse: et spiritu ire eius esse cõsũptos.
Rugitus leonis ⁊ vox leene: ⁊ dentes catulo-
rũ leonũ cõtriti sũt. Tigris perijt eo ꝙ non
haberet ꝑdam: et catuli leonis dissipati sũt.
Porro ad me dictũ est verbũ absconditũ: et
quasi furtiue suscepit auris mea venas susur-
rij eius. In horrore visiõis nocturne quãdo
solet sopor occupare homines. pauor tenuit
me ⁊ tremor: et omnia ossa mea ꝑterrita sunt.
Et cũ spũs me pñte transiret: inhorruerũt pi-
li carnis mee. Stetit quidã cuius nõ agno-
scebã vultũ: imago corã oculis meis: et vocẽ
quasi aure lenis audiui. Nunquid homo dei
cõparacõe iustificabitur: aut factore suo pu-
rior erit vir? Ecce qui seruiunt ei non sunt

stabiles: et in angelis suis reperit prauita-
tē. Quanto magis hij q̄ habitant domos
luteas q̄ terrenū habent fundamentū con-
sumētur velut a tinea: de mane usq; ad vespe-
ram succidentur: et quia nullus intelligit in
eternū peribunt. Qui autē reliqui fuerint
auferent̄ ex eis: morient̄ et nō in sapientia.

V

Voca ergo si est qui tibi respon-
deat: et ad aliquē sanctoꝝ conuītere.
Virū stultū interficit iracūdia: et paruulū
occidit inuidia. Ego vidi stultū firma radi-
ce: et maledixi pulcritudini eius statim. Lō-
ge fient filij eius a salute: et conterentur in
porta: et non erit qui eruat. Cuius messem
famelicus comedet: et ip̄m rapiet armatus:
et bibent sitientes diuicias eius. Nichil in
terra sine causa fit: et de humo nō orietur do-
lor. Homo ad laborem nascitur: et auis ad
volatū. Quāobrem ego dep̄cabor dn̄m: et
ad deū ponam eloquiū meū. Qui facit ma-
gna et inscrutabilia: et mirabilia absq; nu-
mero. Qui dat pluuiā sup faciē terre: et ir-
rigat aquis vniūsas. Qui ponit humiles
in sublime: et merētes erigit sospitate. Qui
dissipat cogitacōes malignoꝝ: ne possint
implere manus eoꝝ q̄d ceperāt. Qui app̄-
hendit sapientes in astutia eoꝝ: et cōsiliū
prauoꝝ dissipat. Per diem incurrent tene-
bras: et quasi in nocte sic palpabūt in me-
ridie. Porro saluū faciet egenū a gladio
oris eoꝝ: et de manu violenti pauperem. Et
erit egeno spes: iniquitas autē contrahet
os suū. Beatus homo qui corripitur a dn̄o.
Increpationē ergo dn̄i ne reprobes: quia
ipse vulnerat et medetur: percutit et manus
eius sanabūt. In sex tribulationibꝰ libera-
bit te: et in septima non tanget te malū. In
fame eruet te de morte: et in bello de manu
gladij. A flagello lingue absconderis: et
nō timebis calamitatē cū venerit. In vasti-
tate et fame ridebis: et bestias terre nō for-
midabis. Sed cū lapidibus regionū pa-
ctū tuū: et bestie terre pacifice erūt tibi. Et
scies q̄ pacē habeat tabernaculū tuū: et vi-
sitans speciem tuā non peccabis. Scies q̄z
q̄m multiplex erit semen tuū: et progenies
tua quasi herba terre. Ingredieris in abū-
dantia sepulcrū: sicut infertur aceruus in tem-
pore suo. Ecce hoc ut inuestigauimus ita ē:
quod auditū mente pertracta.

VI

Respondens autē iob dixit: Utinā ap-
penderent̄ peccata mea quibꝰ iram merui:
et calamitas quā patior in statera: quasi are-
na maris hec grauior appareret: Unde et vba
mea dolore sūt plena: quia sagitte dn̄i in me
sūt. quaꝝ indignatio ebibit sp̄m meū: et ter-
rores dn̄i militant contra me. Nunquid ru-
giet onager cū habuerit herbā: aut mugiet
bos cū ante p̄sepe plenū steterit? Aut pote-
rit comedi insulsū: quod nō est sale conditū?
Aut potest aliquis gustare: quod gustatū
affert mortē? Anime enim esurienti etiā ama-
ra dulcia esse vident̄. Que prius nolebat
tangē anima mea: nūc pre āgustia cibi mei
sūt. Quis det ut veniat petitio mea. et quod
expecto tribuat michi deus: et qui cepit ipse
me conterat? Soluat manū suā et succidat
me: et hec michi sit consolatio ut affligens
me dolore nō parcat: nec contradicam s̄mo-
nibus sancti. Que est enim fortitudo mea
ut sustineā: aut quis finis meus ut paciēter
agam? Nec fortitudo lapidū fortitudo mea:
nec caro mea enea ē. Ecce nō est auxiliū mi-
chi in me: et necessarij quoq; mei recesserūt
a me. Qui tollit ab amico suo misericordiā:
timorem dn̄i derelinquit. Fratres mei p̄terie-
rūt me: sicut torrens qui raptim trāsit in con-
uallibꝰ. Qui timent pruinā: irruet sup eos
nix. Tempore quo fuerint dissipati peribūt:
et ut incaluerint soluētur de loco suo. Inuo-
lute sūt semite gressuū eoꝝ: ambulabūt in
vacuū et peribūt. Considerate semitas the-
man itinera saba: et expectate paulisper.
Confusi sūt: quia speraui: Venerūt q̄z usq;
ad me: et pudore cooperti sūt. Nūc venistis:
et modo videntes plagam meā timetis? Nū-
quid dixi afferte michi. et de substantia vr̄a
donate michi: vel liberate me de manū hostis
et de manu robustoꝝ eruite? Docete me et
ego tacebo: et si quid forte ignoraui instrui-
te me. Quare detraxistis s̄monibꝰ veritatis:
cū e vobis nullus sit qui possit arguere? Ad
increpandū tantū eloquia concinnatis: et in
ventū verba p̄fertis. Sup pupillū irruitis:
et subūtere nitimini amicū vr̄m: Verūtamē
q̄d cepistis explete. Prebete aurē: et videte

an mentiar. Respondete obsecro absq; contencōe: et loquētes id qđ iustū est iudicate. Et nō inuenietis in lingua mea iniquitatē: nec in faucibus meis stulticia personabit.

VII

Militia ē vita hoīs sup terrā: et sicut dies mercēnarij dies eius. Sicut ceruus desiderat vmbrā: et sicut mercēnarius p̄stolat᷑ finē operis sui: sic et ego habui mēses vacuos: et noctes laboriosas enumeraui michi. Si dormiero dico quādo consurgā: et rursū exspectabo vesperā: et replebor doloribus usq; ad tenebras. Induta ē caro mea putredine et sordibus pulueris: cutis mea aruit et contracta est. Dies mei velocius trāsierūt q̄ a texente tela succiditur: et consumpti sunt absq; vlla spe. Memēto q2 ventus est vita mea: et nō reuertet᷑ oculus meus ut videat bona: nec aspiciet me visus hoīs. Oculi tui in me: et non subsistam. Sicut consumit᷑ nubes et ptransit: sic qui descenderit ad inferos nō ascendet: nec reuertetur vltra in domū suā: neq; cognoscet eū amplius locus eius. Quapropter et ego non parcam ori meo: loquar in tribulatione spūs mei: cōfabulabor cū amaritudīe anime mee. Nūq̄d mare ego sū aut cetus: q2 circūdedisti me carcere? Si dixero consolabitur me lectulꝰ meus et reuelabor loquens mecū in stratu meo: terrebis me p somnia: et p visioēs horrore concuties. Quamobrē elegit suspendiū anima mea: et mortem ossa mea. Desperaui. Nequaq̄ vltra iā viuā. Parce michi: nichil enim sūt dies mei. Quid est homo q2 magnificas eū: aut quid apponis erga eum cor tuū? Visitas eū diluculo: et subito pbas illū. Vsq; quo nō parcis michi: nec dimittis me ut gluciā saliuā meā? Peccaui. Quid faciā tibi o custos hominū? Quare posuisti me contrariū tibi: et factus sū michimetipi grauis? Cur non tollis peccatū meū: et q̄re nō aufers iniq̄tatē meā? Ecce nūc in puluē dormiā. et si mane me q̄sieris nō subsistam.

VIII

Respondēs aūt baldath suites dixit. Vsq; quo loqueris talia: et spūs multiplex sermonis oris tui? Nunq̄d deus supplantat iudiciū: aut omipotēs subuertit quod iustū est? Etiam si filij tui peccauerūt ei: et dimisit eos in manū iniq̄tatis sue: tu tamē si diluculo consurrexeris ad deū et omnipotentē fueris dep̄catus. si mundus et rectus incesseris statim euigilabit ad te: et pacatū reddet habitaculū iusticie tue: intātū ut si priora tua fuerint parua: et nouissima tua multiplicēt᷑ nimis. Interroga enim gnationē pristinā: et diligēter inuestiga patrum memoriā: hesterni quippe sumꝰ et ignoramꝰ. quoniā sicut vmbra dies nr̄i sunt sup terrā: et ipsi docebūt te. Loquētur tibi: et de corde suo pferent eloquia. Nunquid virere potest scirpus absq; humore: aut crescere carectū sine aqua? Cū adhuc sit in flore nec carpatur manu ante omnes herbas arescit: sic vie omiū qui obliuiscunt᷑ deum: et spes ypocrite peribit. Nō ei placebit vecordia sua: et sicut tela aranearū fiducia eius. Innitetur sup domū suā et non stabit: fulciet eā et non consurget. Humectus videt᷑ anteq̄ veniat sol: et in ortu suo germē eiꝰ egrediet᷑. Sup aceruū petrarū radices eius densabūtur: et inter lapides commorabitur. Si absorbuerit eū de loco suo: negabit eum et dicet. Non noui te. Hec est enim leticia vie eius: ut rursū de terra alij germinentur. Deus non proiciet simplicem: nec porriget manū malignis: donec impleatur risu os tuū. et labia tua iubilo. Qui oderūt te induētur confusiōe: et tabernaculū impiorum nō subsistet.

IX

Et respondēs iob ait. Vere scio q̄ ita sit: et q̄ nō iustificet᷑ hō compositus deo. Si voluerit contendere cū eo: non poterit respondere ei vnū p mille. Sapiens corde est: et fortis robore. Quis restitit ei: et pacē habuit? Qui transtulit mōtes: et nescierūt hij quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo: et columne eius concutiuntur. Qui p̄cipit soli et nō oritur: et stellas claudit quasi sub signaculo. Qui extēdit celos solus: et graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum et oriona et hyadas: et interiora austri. Qui facit magna et incomp̄hensibilia: et mirabila quorū nō ē numerus. Si venerit ad me nō videbo eū: si abierit nō intelligā. Si repente interroget: quis respōdebit ei? Vel quis dicere potest cur facis? Deus cuius ire nemo resistere potest: et sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus

ergo sum ego ut respondeam ei: et loquar verbis meis cum eo? Qui etiã si habuero quippiam iustũ non respondebo. sed meum iudicẽ deprecabor. Et cũ inuocantẽ me exaudierit: nõ credo q audierit vocem meam. In turbine enim conteret me: et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non cõcedit requiescere spm meũ: et implet me amaritudinibꝫ. Si fortitudo queritur: robustissimus est. Si equitas iudicij: nemo audet pro me testimoniũ dicere. Si iustificare me voluero: os meũ condẽnabit me. Si innocentẽ ostendero: prauũ me cõprobabit. Etiam si simplex fuero. hoc ipsũ ignorabit anima mea: et tedebit me vite mee. Vnũ est qđ locutus sũ: et innocentẽ et impiũ ipe consumit. Si flagellat occidat semel: et nõ de penis innocentũ rideat. Terra data est in manus impij: vultum iudicũ eius operit. Quod si nõ ille ẽ. quis ergo est? Dies mei velociores fuerũt cursore: fugerũt et non viderũt bonũ. Pertransierũt quasi naues poma portãtes: sicut aquila volans ad escam. Cum dixero nequaq̃ ita loquar. commuto faciem meã: et dolore torqueor. Verebar omnia opera mea: sciens q nõ parceres delinquẽti. Si autẽ et sic impius sũ. quare frustra laboraui? Si lotus fuero quasi aquis niuis. et fulserint velut mũdissime manus mee: tamen sordibꝫ intingues me: et abominabũtur me vestimenta mea. Neq enim viro qui similis mei est respondebo: nec qui mecũ in iudicio ex equo possit audiri. Nõ est qui vtrũq valeat arguẽ: et ponẽ manũ suã in ambobꝫ. Auferat a me virgam suã: et pauor eius nõ me terreat. Loquar: et nõ timebo eũ. Neq enĩ possũ metuẽs respõdere.

X

[T]Edet animã meã vite mee: dimittã adũsũ me eloquiũ meũ. Loq̃r in amaritudine anime mee: dicam deo: noli me condẽnare. Indica michi: cur me ita iudices? Nũquid bonũ tibi videtur si calũnieris me et opprimas me. opus manuũ tuarũ: et consiliũ impiorũ adiuues? Nũquid oculi carnei tibi sũt. aut sicut videt homo et tu videbis? Nũquid sicut dies hominis dies tui. et anni tui sicut humana sunt tempora: ut queras iniquitatẽ meam et peccatũ meũ scruteris? Et scias q nichil impiũ fecerim. cũ sit nemo qui de manu tua possit eruẽ. Manus tue fecerũt me et plasmauerũt me totũ in circuitu: et sic repente precipitas me. Memento queso qđ sicut lutũ feceris me: et in puluerẽ reduces me. Nõne sicut lac mulsisti me. et sicut caseũ me coagulasti? Pelle et carnibꝫ vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Vitam et misericordiã tribuisti michi: et visitacõ tua custodiuit spiritũ meũ. Licet hec celes in corde tuo: tamẽ scio q vniũsorũ memineris. Si peccaui et ad horã pepercisti michi: cur ab iniquitate mea mũdũ me esse nõ pateris? Et si impius fuero ve michi est: et si iustus non leuabo caput: saturatus afflictione et miseria. Et pp̃ter supbiã quasi leena capies me: reuersusq mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me: et multiplicas iram tuã aduersũ me: et pene militant in me. Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam consũptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi q̃ non essem de vtero translatus ad tumulũ. Nũquid nõ paucitas dierũ meorũ finietur breui? Dimitte ergo me ut plangã paululũ dolorem meũ anteq̃ vadam et non reuertar ad terrã tenebrosam et optam mortis caligine: terrã miserie et tenebrarũ: vbi vmbra mortis et nullus ordo. sed sempiternus horror inhabitãs.

XI

[R]Espondens aũt sophar naamathites dixit. Nũquid q̃ multa loquit̃ nõ audiet: aũ vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebũt homines: et cũ ceteros irriseris a nullo confutaberis? Dixisti enim. Purus ẽ s̃mo meus: et mũdus sũ in cõspectu tuo. Atq vtinã deus loqueretur tecum et aperiet labia sua tibi: ut ostenderet tibi secreta sapientie et q multiplex esset lex eius: et intelligeres q multo minora exigaris ab eo q̃ meretur iniquitas tua. Forsitan vestigia dei comprehendes: et usq ad pfectũ omipotentẽ reperies? Excelsior celo est. Et qđ facies? Profundior inferno: et vnde cognosces? Longior terra mensura eius: et latior mari. Si subũterit omia vel in vnũ coartauerit quis contradicet ei: vel quis dicere ei potest cur ita facis? Ipse enim nouit hominũ vanitatẽ: et videns iniquitatem nõne considerat? Vir vanus in

supbiam erigitur: et tanq̄ pullū onagri se
liberū natū putat. Tu aūt firmasti cor tuū:
et expandisti ad eū manus tuas. Si iniq̄=
tatem que est in manū tua abstuleris a te:⁊
non manserit in tabernaculo tuo iniusticia:
tūc leuare poteris faciē tuā absq3 macula:
et eris stabilis ⁊ nō timebis. Miserie q3 ob=
liuisceris: et quasi aquarꝝ q̄ p̄terierunt non
recordaberis: et quasi meridianus fulgor
consurget tibi ad vesperā. Et cū te ꝯsumptū
putaueris orieris ut lucifer: et habebis fi=
duciā ꝓposita tibi spe: ⁊ defossus securus dor=
mies. Requiesces et nō erit q̄ te exterreat:
et dep̄cabunt̄ faciē tuā plurimi. Oculi autē
impiorꝝ deficient: et effugiū pibit ab eis: et
spes illorꝝ abominacō anime. XII

Respondēs aūt iob dixit. Ergo vos
estis soli homines: et vobiscū orietur sapien=
tia? Et michi est cor sicut et vobis: nec infe=
rior vestri sū. Quis enim hec q̄ nostis igno=
rat? Qui deridetur ab amico suo sicut ego:
inuocabit deū ⁊ exaudiet eū. Deridet̄ enim
iusti simplicitas: lāpas ꝯtempta apud co=
gitacōnes diuitū: parata ad tempus statu=
tū. Abundāt tabernacula p̄donū: et auda=
cter ꝓuocant deū: cū ipe dederit oīa in ma=
nus eorꝝ. Nimirū interroga iumenta ⁊ do=
cebūt te: et volatilia celi et indicabunt tibi.
Loquēre terre ⁊ rñdebit tibi: ⁊ narrabunt pi=
sces maris. Quis ignorat q̄ oīa hec ma=
nus dñi fecit? In cuius manū anima omnis
viuētis: et spūs vniuerse carnis hoīs. Non=
ne auris v̄ba diiudicat: et fauces ꝯmedētis
saporē? In antiquis est sapiētia: ⁊ in multo
tempore prudētia. Apud ipm est sapiētia
et fortitudo: et ipse habet consiliū et intelli=
gentiā. Si destruxerit nemo ē qui edificet:
si incluserit hominē nullus ē qui apiat. Si
continuerit aquas oīa siccabūtur: si emise=
rit eas subūtent terrā. Apud ipsū est forti=
tudo ⁊ sapiētia. Ipse nouit ⁊ decipiētem: et
eū qui decipitur. Adducit ꝯsiliarios in stul=
tū finē: ⁊ iudices in stuporē. Balthēū regū
dissoluit: et p̄cingit fune renes eorꝝ. Ducit
sacerdotes inglorios: et optiates suplan=
tat. Commutās labiū veraciū: ⁊ doctrinā se=
nū auferens. Effundit despectōem sup prin=
cipes: et eos qui oppressi fuerant releuans.
Qui reuelat ꝓfunda de tenebris: et ꝓducit
in lucē vmbrā mortis. Qui multiplicat gen=
tes ⁊ pdit eas: et subūsas in integrū restitu=
it. Qui immutat cor principū populi terre:
et decipit eos ut frustra incedant per inuiū.
Palpabūt quasi in tenebris ⁊ nō in luce: et
errare eos faciet quasi ebrios. XIII

Ecce oīa hec vidit oculus meus ⁊ au=
diuit auris mea: et intellexi singula. Scd̄m
scientiā vr̄am ⁊ ego noui: nec inferior vestri sū.
Sed tamē ad oīpotentē loquar: et dispu=
tare cū deo cupio: prius vos ostendēs fabri=
catores mēdatij ⁊ cultores pūsorꝝ dogma=
tū. Atq3 vtinā taceretis: ut putaremini sapiē=
tes esse. Audite ergo correptiones meas:
⁊ iudiciū labiorꝝ meorꝝ attēdite. Nūquid
deus indiget vestro mendacio: ut ꝓ illo lo=
quamini dolos? Nūq̄d faciē eius accipi=
tis: et ꝓ deo iudicare nitimini? Aut placebit
ei quē celare nichil potest: aut decipietur ut
homo vestris fraudulētijs? Ipse vos argu=
et: quoniā in abscondito faciē eius accipitis.
Statim ut se ꝯmouerit turbabit vos: et ter=
ror eius irruet sup vos. Memoria vestra cō=
parabit̄ cineri: et redigent̄ in lutū ceruices
vestre. Tacete paulisp: ut loquar quodcūq3
michi mens suggesserit. Quare lacero car=
nes meas dentibꝫ meis: et animā meā porto
in manibꝫ meis? Etiā si occiderit me: in ipso
sperabo. Verūtamē vias meas in conspectu
eius arguā: et ipse erit saluator meus. Nō
enim veniet in conspectu eius omīs ypocrita.
Audite sermonē meū: et enigmata pcipite
auribꝫ vestris. Si fuero iudicatus: scio q̄ iu=
stus inueniar. Quis est qui iudicet̄ mecū?
Veniat. Quare tacēs consumor? Duo tātū
ne facias michi: et tunc a facie tua nō abscō=
dar. Manū tuā longe fac a me: et formido
tua non me terreat. Voca me ⁊ rñdebo tibi:
aut certe loquar: et tu rñde michi. Quātas
habeo iniquitates ⁊ pccā: scelera mea ⁊ deli=
cta ostende michi. Cur faciē tuā abscōdis:
et arbitraris me inimicū tuū. Cōtra foliū qd̄
vento rapit̄ ostendis potentiā tuā: et stipu=
lam siccam persequeris. Scribis enim con=
tra me amaritudines: et consumere me vis
peccatis adolescentie mee. Posuisti in ner=
uo pedem meum: ⁊ obseruasti oēs semitas

meas: et vestigia pedum meoꝝ ꝯsiderasti. Qui quasi putredo ꝯsumēdus sū: et quasi vestimentū quod comeditˀ a tinea. Homo natus de muliere brevi vivēs tēpore replet multis miserijs. Qui quasi flos egreditur ⁊ cōteritur: et fugit velut umbra: et nūq̄ in eodem statu ꝑmanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eū tecū in iudiciū? Quis potest facere mūdum de immūdo ꝯceptū semine? Nonne tu qui solus es. XIIII

III Breves dies hōinis sūt: numerus mēsiū eius apud te est. Constituisti terminos eius qui preteriri nō poterūt. Recede paululū ab eo ut quiescat: donec optata veniat sicut mercēnarij dies eius. Lignum habet spem. Si precisū fuerit · rursum virescat: et rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius ⁊ in pulvere emortuus fuerit truncus illius: ad odorem aque germinabit: et faciet comā quasi cū primū plantatū est.

IIII Homo vero cū mortuus fuerit ⁊ nudatus atq; ꝯsūptus: ubi queso est? Quō si recedant aque de mari et fluvius vacuefactus arescat: sic homo cū dormierit non resurget. Donec atteratur celum nō evigilabit: nec consurget de somno suo. Quis michi hoc tribuat ut in inferno ꝓtegas me ⁊ abscondas me donec ꝑtrāseat furor tuus: et ꝯstituas michi tēpus in quo recorderis mei? Putasne mortuꝰ homo rursū vivet? Cūctis diebus quibꝰ nūc milito: exspecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuū tuaꝝ porriges dextrā.

V Tu quidē gressus meos dinumerasti: ꝫ ꝑce peccatis meis. Signasti quasi in sacculo delicta mea: ꝫ curasti iniq̄tatē meā. Mons cadens defluit: et saxū transfertur de loco suo. Lapides excavant aque: et alluvione paulatim terra ꝯsumitˀ: et hōies ergo similiter ꝑdes. Roborasti eū paululū: ut in ꝑpetuū trāsiret. Immutabis faciē eius: et emittes eum. Sive nobiles fuerint filij eius sive ignobiles: nō intelliget. Attamē caro eius dum vivet dolebit: et anima illius super semetipso lugebit. XV

Respondens autē eliphaz themanites dixit. Numquid sapiens rñdebit quasi in ventū loquens: et implebit ardore stomachū suū? Arguis verbis eū qui nō est equalis tui: et loq̄ris qđ tibi nō expedit. Quantū in te ē evacuasti timorē: et tulisti ꝑces corā deo. Docuit enī iniquitas tua os tuū: et imitaris linguā blasphemātiū. Condēnabit te os tuū et nō ego: et labia tua rñdebūt tibi.

VI Nūquid ꝑ̄mus homo tu natus es · et ante colles formatus? Nūquid ꝯsiliū dei audisti: et inferior te erit eius sapientia? Quid nosti qđ ignoremus: quid intelligis quod nesciamus? Et senes ⁊ antiqui sūt in nobis: multo vetustiores quā patres tui. Nūquid grande est ut ꝯsoletur te deus? Sed verba tua prava hoc ꝓhibent. Quid te elevat cor tuū: et quasi magna cogitans attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum spūs tuus: ut ꝓferas de ore tuo huiuscemodi sermones? Quid est homo ut immaculatus sit · et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis · et celi non sūt mūdi in ꝯspectu eius: quanto magis abominabilis ⁊ inutilis homo qui bibit quasi aquā iniquitatē.

VII C Ostendam tibi audi me: quod vidi narrabo tibi. Sapientes cōfitētur: et nō abscondūt patres suos. Quibꝰ solis data est terra: et non transivit alienus per eos. Cūctis diebꝰ suis impius suꝑbit: et numerus annoꝝ incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribꝰ illius: et cū pax sit · ille semꝑ insidias suspicatur. Non credit q̄ reverti possit de tenebris ad lucē circūspectans undiq; gladiū: cū se moverit ad querendum panem. Novit q̄ paratus sit in manu eius tenebraꝝ dies. Terrebit eū tribulatio: et angustia vallabit eū sicut regē qui ꝑ̄paratur ad preliū. Tetendit adūsus deū manū suā: et contra oīpotentē roboratus ē. Cucurrit adūsus eū erecto collo: et pingui cervice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo: et de lateribus eius arvina dependet.

VIII Habitabit in civitatibꝰ desolatis: et in domibꝰ desertis que in tumulos sunt redacte. Non ditabitur nec ꝑseverabit substantia eius: nec mittet in terrā radicem suā. Non recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma: et auferetur spū oris eius. Non credet frustra errore deceptus:

q̃ aliquo ꝑcio redimendus sit. Anteq̃ dies
eius impleãt᷑ ꝑibit: et manus eius arescẽt.
Ledetur quasi vinea in primo flore botrus
eius: et quasi oliua ꝓiciẽs florẽ suũ. Cõgre-
gatio enim ypocrite sterilis: ⁊ ignis deuora-
bit tabernacula eoꝝ qui munera libẽter ac-
cipiũt. Concepit dolorẽ ⁊ peperit iniquita-
tem: et vterus eius ꝑparat dolos. XVI

Respondẽs autẽ iob dixit. Audiui fre-
quẽter talia. Consolatores onerosi
om̃es vos estis. Numquid habebũt finẽ ver-
ba ventosa? Aut aliquid tibi molestum est
si loquaris? Poterã ⁊ ego similia vr̃i loqui.
Atq; vtinã esset anima vestra ꝓ anima mea.
Consolarer et ego vos sermonibꝫ ⁊ moue-
rem caput meũ sup vos. Roborarẽ vos ore
meo: et mouerẽ labia mea quasi parcẽs vo-
bis. Sed quid agã? Si locutus fuero. nõ
quiescit dolor meus: et si tacuero nõ recedet
a me. Nũc autẽ oppressit me dolor meus: et
in nichilũ redacti sunt om̃es artus mei. Ru-
ge mee testimoniũ dicũt contra me: et susci-
tatur falsiloquus aduersus faciẽ meã ꝯtra-
dicens michi. Collegit furorẽ suũ in me: et
comminans michi infremuit ꝯtra me dentibꝫ
suis. Hostis meus terribilibꝫ oculis me in-
tuitus ẽ. Aperuerunt sup me ora sua: et ex-
probrãtes ꝑcusserunt maxillã meã: saciati
sunt penis meis. Conclusit me deus apud
iniquũ: et manibus impiorum me tradidit.
Ego ille quondã opulẽtus repente ꝯtritus
sum: tenuit ceruicẽ meã. Confregit me: et
posuit sibi quasi in signũ. Circũdedit me lã-
ceis suis: conuulnerauit lumbos meos. Nõ
pepcit: et effudit in terra viscera mea. Con-
scidit me vulnere sup vulnus: irruit in me
quasi gygas. Saccũ consui sup cutẽ meã:
et operui cinere carnẽ meã. Facies mea intu-
muit fletu: et palpebre mee caligauerunt.
Hec passus sum absq; iniquitate manus
mee: cũ haberẽ mũdas ad deum ꝑces. Ter-
ra ne opias sanguinẽ meũ: neq; inueniat
in te locũ latendi clamor meus. Ecce enim
in celo testis meus: et cõscius meus in excel-
sis. Verbosi amici mei: ad deũ stillat oculus
meus. Atq; vtinã sic iudicaretur vir cũ deo:
quomodo iudicatur filius hominis cũ colle-
ga suo. Ecce enim breues anni transeunt: ⁊
semitã ꝑ quã nõ reuertar ãbulo. XVII

Spiritus meus attenuabitur: dies mei
breuiabuntur: et solũ michi supest se-
pulcrũ. Nõ peccaui: et in amaritudinibus
moratur oculus meus. Libera me ⁊ pone me
iuxta te: et cuiusuis manus pugnet ꝯtra me.
Cor eoꝝ longe fecisti a disciplina: ꝓpterea
non exaltabũtur. Predam pollicetur sociis:
⁊ oculi filioꝝ eius deficiẽt. Posuit me quasi
in ꝓuerbiũ vulgi: et exemplũ sum coram eis.
Caligauit ad indignationẽ oculus meus:
et mẽbra mea quasi in nichilũ redacta sunt.
Stupebant iusti sup hoc: ⁊ innocẽs contra
ypocritã suscitabitur. Et tenebit iustus viã
suam: et mundis manibus addet fortitudi-
nem. Igitur om̃es vos conuertimini ⁊ venite:
et non inueniam in vobis vllũ sapiẽtem. Di-
es mei transierũt: cogitacões mee dissipate
sũt torquẽtes cor meũ. Noctẽ verterũt in di-
em: ⁊ rursũ post tenebras spero lucẽ. Si susti-
nuero infernus domus mea ẽ: et in tenebris
straui lectulum meũ. Putredini dixi pater
meus es: mater mea ⁊ soror mea vermibus.
Ubi ẽ ergo nunc ꝑstolatio mea: ⁊ paciẽti-
am meam quis considerat. In ꝓfundissimũ
infernum descendent omnia mea. Putasne
saltem ibi erit requies michi? XVIII

Respondens autẽ baldad suites dixit.
Usq; ad quẽ finẽ verba iactabis? In-
tellige prius: et sic loquamur. Quare repu-
tati sumus ut iumẽta: et sorduimus corã te?
Qui ꝑdis animã tuam in furore tuo. Num-
quid ꝓpter te derelinquet᷑ terra: et transferẽ-
tur rupes de loco suo? Nonne lux impii exti-
guetur: nec splẽdebit flamma ignis eius?
Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: et
lucerna que sup eum ẽ extinguetur. Artabũ-
tur gressus virtutis eius: et ꝑcipitabit eum
cõsiliũ suũ. Immisit enim in rete pedes suos:
et in maculis eius ambulat. Tenebitur plã-
ta illius laqueo: et exardescet contra eũ sitis.
Abscõdita ẽ in terra pedica eius: ⁊ decipula
illius super semitam. Undiq; terrebunt
eum formidines: et inuoluẽt pedes eius. Atte-
nuetur fame robur eius: et media inuadat
costas illius. Deuoret pulcritudinem cutis
eius: et consumat brachia illius primoge-
nita mors. Auellatur de tabernaculo suo

fiducia eius : et calcet sup eū quasi rex inte-
ritus. Habitēt in tabnaclo illius socij eius
qui nō est: aspgatur in tabnaculo eius sul-
phur. Deorsū radices eius siccentur : sursū
autē atteratur messis eius. Memoria illius
pereat de terra: et nō celebretur nomē eius
in plateis. Expellet eū de luce in tenebras:
et de orbe transferet eū. Non erit semē eius
neqȝ progenies in populo suo : nec ulle re-
liquie in regionibȝ eius. In die eius stupe-
būt nouissimi: et pmos inuadet horror. Hec
sūt ergo tabnacla iniqui: et iste locus eius
qui ignorat deū.

Respondēs iob q ignorat deū. XIX

Respondens autē iob dixit. Usquequo affligitis
animā meā : et atteritis me sermonibȝ? En
decies ɔfunditis me: et nō erubescitis oppri-
mentes me. Nempe et si ignoraui: mecū erit
ignorantia mea. At vos contra me erigimi-
ni: et arguitis me opprobrijs meis. Saltē
nūc intelligite quia deus non equo iudicio
afflixerit me : et flagellis suis me cinxerit.
Ecce clamabo vim patiens et nemo audiet:
vociferabor: et nō est qui iudicet. Semitā
meam circūsepsit et transire nō possum: et in
calle meo tenebras posuit. Spoliauit me
gloria mea: et abstulit coronā de capite me-
o. Destruxit me undiqȝ et pereo : et quasi e-
uulse arbori abstulit spem meā. Iratus est
cōtra me furor eius : et sic me habuit quasi
hostem suū. Simul venerūt latrones eius:
et fecerūt sibi viam per me: et obsederūt in
gyro tabnaculū meū. Fratres meos longe
fecit a me: et noti mei quasi alieni recesserūt
a me. Dereliquerūt me ppinqui mei: et qui
me nouerāt obliti sūt mei. Inquilini domus
mee et ancille mee sicut alienū habuerūt me:
et quasi peregrinus fui in oculis eorū. Ser-
uū meū vocaui et nō respondit : ore pprio de-
precabar illū. Halitū meū exhorruit uxor
mea: et orabam filios uteri mei. Stulti qȝ
despiciebant me : et cū ab eis recessissem de-
trahebant michi. Abominati sūt me quon-
dam ɔsiliarij mei: et quē maxime diligebā
auersatus est me. Pelli mee consūptis car-
nibus adhesit os meū: et derelicta sunt tan-
tūmodo labia circa dentes meos. Misere-
mini mei miseremini mei saltē vos amici mei:
quia manus dn̄i tetigit me. Quare psequi-
mini me sicut deus: et carnibȝ meis saturamini?
Quis michi tribuat ut scribantur sermones
mei? Quis michi det ut exarentur in libro
stilo ferreo et plūbi lamina: vel certe sculpā-
tur in silice? Scio enim qȝ redemptor meus
viuat: et in nouissimo die de terra surrecturus
sim. Et rursū circūdabor pelle mea : et in car-
ne mea videbo deū. Quem visurus sū ego-
ipse: et oculi mei conspecturi sūt: et nō alius.
Reposita est hec spes mea in sinu meo. Qua-
re ergo nūc dicitis psequamur eū: et radicē
verbi inueniamus contra eū? Fugite ergo
a facie gladij : quoniam ultor iniquitatum
gladius est: et scitote esse iudicium. XX

Respondens aūt sophar naamathites
dixit. Idcirco cogitacōnes mee varie
succedūt sibi: et mens in diuersa rapitur. Do-
ctrinā qua me arguis audiā: et spūs intelli-
gentie mee rn̄debit michi. Hoc scio a prin-
cipio ex quo est positus homo sup terrā : qȝ
laus impiorū breuis sit: et gaudiū ypocrite
ad instar pūcti. Si ascenderit usqȝ ad celū
supbia eius. et caput eius nubes tetigerit:
quasi sterquiliniū in fine pdetur: et qui eum
viderant dicent: Ubi est? Velut somniū
auolās nō inuenietur: transiet sic visio noctur-
na. Oculus qui eū viderat nō videbit: neqȝ
ultra intuebitur eum locus suus. Filij eius at-
terentur egestate: et manus illius reddet ei
dolorem suū. Ossa eius implebūtur vicijs a-
dolescentie eius : et cū eo in puluere dormient.
Cum enim dulce fuerit in ore eius malū: ab-
scondit illud sub lingua sua. Parcet illi et nō
derelinquet illud : et celabit in gutture suo.
Panis eius in utero illius vertetur in fel aspi-
dum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit
euomet: et de ventre illius extrahet eas deus.
Caput aspidum suget : et occidet eum lin-
gua vipere. Non videat riuulos fluminis
torrentis: mellis et butiri. Luet q̄ fecit oīa:
nec tamē consumetur. Iuxta multitudinē ad-
inuentionū suarū sic et sustinebit : qm̄ confrin-
gens nudauit pauperis domū: rapuit et non
edificauit eam. nec est saciatus venter eius.
Et cū habuerit que concupierat: possidere
non poterit. Non remansit de cibo eius : et
ppterea nichil pmanebit de bonis eius. Cū
saciatus fuerit artabitur: estuabit: et omnis

IIII

dolor irruet sup eũ. Utinã impleat͛ venter
eius ut emittat in eũ irã furoris sui: et pluat
sup illũ bellũ suũ. Fugiet arma ferrea ⁊ irru-
et in arcũ ereũ: eductus ⁊ egrediẽs de vagi-
na sua: et fulgurans in amaritudine sua. Va-
dent et veniẽt sup eum horribiles: omes te-
nebre abscondite sunt in occultis eius. De-
uorabit eũ ignis qui non succenditur: affli-
get͛ relictus in tabernaculo suo. Reuelabũt
celi iniquitatẽ eius: et terra ↄsurget adũsus
eum. Apertum erit germen domus illius:
detrahetur in die furoris dei. Hec ẽ ps hois
impij a deo: ⁊ hereditas ꝟborꝝ eius a dño.

V

Respondẽs autẽ iob dixit. XXI

Audite queso sermones meos: et a-
gite penitẽciã. Sustinete me ut ⁊ ego loqr:
et post mea si videbit͛ verba ridete. Nũqd
contra hominẽ disputatio mea ẽ: ut merito
non debeam contristari? Attẽdite me ⁊ ob-
stupescite: et supponite digitũ ori vestro. Et
ego quando recordatus fuero ptimesco: et
concutit carnem meã tremor. Quare ergo
impij viuũt: sublevati sũt: ↄfortatiq3 diuitijs?
Semẽ eorꝝ pmanet coram eis: ꝓpinquorũ
turba ⁊ nepotũ in ↄspectu eorꝝ. Domus eorꝝ
secure sunt et pacate: et non est ꝟga dei sup
illos. Bos eorꝝ concepit ⁊ non abortiuit:
vacca pepit et non ẽ ꝑuata fetu suo. Egre-
diũtur quasi greges paruuli eorꝝ: ⁊ infan-
tes eorꝝ exultãt lusibꝰ. Tenẽt tympanũ et
cytharam: ⁊ gaudẽt ad sonitũ organi. Du-
cunt in bonis dies suos: ⁊ in pũcto ad infer-
nũ descendũt. Qui dixerunt deo recede a
nobis: et sciẽtiã viarꝝ tuarꝝ nolumus. Quis
est omipotẽs ut seruiamus ei? Et quid no-
bis ꝓdest si orauerimus illũ? Veruntamẽ
quia non sũt in manũ eorꝝ bona sua: consiliũ
impiorꝝ longe sit a me. Quotiẽs lucerna
impiorꝝ extinguetur: et supueniet eis inun-
datio: et dolores diuidet furoris sui. Erunt
sicut palee ante faciem venti: et sicut fauilla
quam turbo dispgit. Deus seruabit filijs illi-
us dolorem patris: et cũ reddiderit tũc sciet.
Videbũt oculi eius interfectionẽ suã: et de
furore omnipotẽtis bibet. Quid enim ad eũ
pertinet de domo sua post se? Et si numerus
mensiũ eius dimidietur? Nũquid deũ do-
cebit quispiã scientiã qui excelsos iudicat?

T VI

VII

Iste morit͛ robustus et sanus diues ⁊ felix:
viscera eius plena sunt adipe: et medullis
ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in
amaritudine anime sue absq3 ullis opibus:
et tamẽ simul in puluere dormiẽt: et vermes
operient eos. Certe noui cogitacões vras:
et sententias contra me iniquas. Dicitis eni.
Ubi ẽ domus principis: et ubi tabnacula
impiorꝝ? Interrogate quẽlibꝫ de viatoribꝰ:
et hec eadẽ illũ intelligẽ cognoscetis. Quia
in diẽ pditionis seruatur malus: et ad diem
furoris ducetur. Quis arguet corã eo vias
eius: et que fecit quis reddet illi? Ipse ad
sepulcra ducetur: et in congerie mortuorꝝ
vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti: ⁊ post
se omẽ3 hominẽ trahet: et ante se innumera-
biles. Quõ igitur consolamini me frustra: cũ
respõsio vestra repugnare ostẽsa sit veritati?

VIII

P

Respondens autẽ eliphas XXII

themanites dixit. Nũquid deo potest
comparari homo: etiã cũ pfecte fuerit sciẽs?
Quid pdest deo si iustus fueris: aut quid ei
confers si immaculata fuerit vita tua? Nũ-
quid timens arguet te. et veniet tecũ in iudi-
ciũ: et non ꝓpter maliciã tuã plurimã et infi-
nitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pi-
gnus fratrũ tuorꝝ sine causa: et nudos spoli-
asti vestibꝰ. Aquã lasso non dedisti: ⁊ esuriẽti
subtraxisti panẽ. In fortitudine brachij tui
possidebas terrã: et potentissimus obtinebas
eam. Viduas dimisisti vacuas: ⁊ lacertos
pupillorꝝ ↄminuisti. Propterea circũdatus
es laqueis: et conturbat te formido subita.
Et putabas te tenebras non visurũ: et impe-
tu aquarꝝ inundantiũ non oppressum iri. An
cogitas ꝙ deus excelsior celo sit. et sup stel-
larꝝ verticẽ sublimetur? Et dicis. Quid enĩ
nouit deus? Et quasi p caliginẽ iudicat. Nu-
bes latibulũ eius: nec nr̃a considerat: et circa
cardines celi pãbulat. Nũqd semitã sclorꝝ
custodire cupis quã calcauerũt viri iniqui q
sublati sunt ante tempus suũ: ⁊ fluuius sub-
uertit fundamentũ eorꝝ? Qui dicebãt deo
recede a nobis: et quasi nichil possit facere
omipotẽs. estimabãt eũ: cũ ille implesset do-
mos eorꝝ bonis. Quorꝝ sentẽtia pcul sit a
me. Videbũt iusti et letabũtur: et innocens
subsannabit eos. Nonne succisa ẽ erectõ

II

III

eoꝝ: et reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei et habeto pacem: et per hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem: et pone sermones eius in corde tuo. Si reuersus fueris ad omnipotētem edificaberis: et longe faciet iniquitatē a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem: et pro silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens contra hostes tuos: et argentū coaceruabit tibi. Tūc sup omnipotentē delicijs afflues: et eleuabis ad deū faciem tuā. Rogabis eū et exaudiet te: et vota tua reddes. Decernes rem et veniet tibi: et in vijs tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria: et qui inclinauerit oculos ipse saluabit. Saluabit innocēs: saluabitur autē mūdicia manuū suaꝝ.

XXIII

Respondens aūt iob ait. Nunc quoq; in amaritudine est sermo meus: et manus plage mee aggrauata est sup gemitū meū. Quis michi tribuat ut cognoscam et inueniā illū: et veniā usq; ad soliū eius? Ponam coram eo iudiciū et os meū replebo increpationibus: ut sciam verba que michi respondeat: et intelligam quid loquat michi. Nolo multa fortitudine contendat mecū: nec magnitudinis sue mole me pmat. Proponat equitatē contra me: et pueniet ad victoriā iudiciū meū. Si ad orientē iero non apparet: si ad occidentē non intelligam eū. Si ad sinistrā quid agam? Non apprehendam eū. Si me vertam ad dexterā: nō videbo illū. Ipse vero scit viam meā: et pbabit me quasi aurū quod per ignem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: et nō declinaui ex ea. A mādatis labioꝝ eius nō recessi: et in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est: et nemo auertere potest cogitationē eius: et anima eius qdcūq; voluit hoc fecit. Cunq; expleuerit in me voluntatē suā: et alia multa similia presto sūt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sū: et considerās eū timore sollicitor. Deus molliuit cor meū: et omnipotens cōturbauit me. Non enim perij pter imminētes tenebras: nec faciē meā opuit caligo.

XXIIII

Ab omnipotente nō sunt abscondita tēpora: qui aūt nouerūt eum ignorāt dies illius. Alij terminos trāstulerūt: diripuerūt greges: et pauerūt eos. Asinū pupilloꝝ abegerūt: et abstulerūt pro pignore bouem vidue. Subuerterūt pauperū viam: et oppresserūt pariter mansuetos terre. Alij quasi onagri in deserto egrediūt ad opus suū: vigilantesq; ad predam pparant panē liberis. Agrū non suū demetūt: et vineam eius quē vi oppresserūt vindemiāt. Nudos dimittūt homines indumenta tollentes: quibus non est operimentū in frigore. quos ymbres montiū rigant: et nō habētes velamen amplexant lapides. Vim fecerūt depredantes pupillos: et vulgū pauperem spoliauerūt. Nudis et incedentibus absq; vestitu et esurientibus tulerūt spicas. Inter aceruos eoꝝ meridiati sūt: qui calcatis torcularibus sitiūt. De ciuitatibus fecerūt viros gemere: et anima vulneratoꝝ clamauit: et deus inultū abire non patitur. Ipsi fuerūt rebelles lumini. Nescierūt vias eius: nec reuersi sūt per semitas illius. Mane primo consurgit homicida: interficit egenū et paupem: per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem dicens non me videbit oculus: et operiet vultū suū. Perfodit in tenebris domos sicut in die condixerant sibi: et ignorauerūt lucem. Si subito apparuerit aurora arbitrant vmbrā mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulāt. Leuis est sup faciē aque. Maledicta sit pars eius in terram: nec ambulet per viam vineaꝝ. Ad nimiū calorem transiet ab aquis niuiū: et usq; ad inferos peccatū illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione: sed conterat sicut lignū infructuosū. Pauit enim sterilem et que nō parit: et vidue bene nō fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: et cū steterit nō credet vite sue. Dedit ei deus locū penitētie: et ille abutitur eo in supbia. Oculi aūt eius sūt in vijs illius. Eleuati sūt ad modicū et nō subsistēt: et humiliabūtur sicut omnia et auferentur: et sicut sūmitates spicaꝝ conterētur. Quod si non est ita quis mē potest arguere esse mētitū: et ponere ante deū verba mea?

XXV

Respondens autē baldad suites dixit. Potestas et terror apud eū est: q facit

concordiam in sublimibꝫ suis. Numquid ē
numerus militū eius: et sup quē non surget
lumē illius? Numquid iustificari potest hō
cōparatus deo: aut apparere mūdus natus
de muliere? Ecce luna etiam non splendet
et stelle non sunt munde in conspectu eius:
q̄nto magis hō putredo. et filius hōis vermis?

XXVI

Respondēs aūt iob dixit.
Cuius adiutor es? Numquid imbe-
cillis: et sustentas brachiū eius qui non est
fortis? Cui dedisti consiliū? forsitan illi qui
non habet sapientiā: et prudentiā tuā ostē-
disti plurimā. Quem docere voluisti? Nō-
ne eum qui fecit spiramentū? Ecce gigātes
gemunt sub aquis: et qui habitant cū eis.
Nudus est infernus coram illo: et nullum
est operimentum perditioni. Qui extēdit
aquilonem super vacuū: et appendit terrā
super nichili. Qui ligat aquas in nubibus
suis: ut non erumpāt pariter deorsum. Qui
tenet vultum solij sui: et expandit sup illud
nebulam suā. Terminū circūdedit aquis:
usqꝫ dum finiantur lux et tenebre. Colūne
celi contremiscunt: et pauent ad nutū eius.
In fortitudine illius repente maria congre-
gata sunt: et prudentia eius pcussit supbū.
Spiritus eius ornauit celos: et obstetricā-
te manu eius eductus ē coluber tortuosus.
Ecce hec ex parte dicta sunt viarum eius.
Et cum vix paruam stillam sermonis eius
audierimus quis poterit tonitruū magni-
tudīs illius intueri?

XXVII

Addidit qꝫ iob assumēs parabolā suā
et dixit. Viuit deus q̄ abstulit iudiciū meū
et omnipotēs qui ad amaritudinē adduxit
animā meā: qꝛ donec supest alitus in me et
spiritus dei in naribus meis non loquētur
labia mea iniquitatē: nec lingua mea medi-
tabitur mēdaciū. Absit a me: ut iustos vos
esse iudicem. Donec deficiā: non recedā ab
innocentia mea. Iustificacōem meā quam
cepi tenere. non deseram. Neqꝫ enim rep̄-
hendit me cor meū: in omi vita mea. Sicut
impius inimicus meus: et aduersarius meꝰ
quasi iniquus. Que est enim spes ypocrite
si auare rapiat: et nō liberet deus aiaꝫ eius?
Numquid deus audiet clamorem eius cū
venerit super eum angustia? Aut poterit in
omnipotēte delectari: et inuocare deum omi
tempore? Docebo vos p manū dei que omni-
potens habeat: nec abscondā. Ecce omnes
vos nostis: et q̄d sine causa vana loquimini?
Hec est pars hominis impij apud deum: et
hereditas violentoꝝ quam ab omnipotente
suscipiēt. Si multiplicati fuerint filij eius in
gladio erūt: et nepotes eius non saturabūtur
pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepeliētur in
interitu: et vidue illius non plorabūt. Si cō-
portauerit quasi terra argentū et sicut lutum
p̄parauerit vestimenta: p̄parabit quidē sed
iustus vestietur illis: et argentū innocēs di-
uidet. Edificauit sicut tinea domū suā: et sicut
custos fecit vmbraculū. Diues cū dormierit
nichil secū auferet: apiet oc̄los suos et nichil
inueniet. Apphendet eū quasi aqua inopia:
nocte opprimet eū tempestas. Tollet eū ven-
tus vrēs et auferet: et velut turbo rapiet eū de
loco suo. Et mittet sup eū. et nō pcet: de manū
eius fugiēs fugiet. Stringet sup eū manꝰ
suas: et sibilabit sup illū intuens locū eius.

XXVIII

Habet argentū venaꝝ
suaꝝ principia: et auro locus ē in quo
conflatur. Ferrū de terra tollitur: et lapis so-
lutus calore in es vertitur. Tempus posuit te-
nebris: et vniūsoꝝ finē ipse osiderat. Lapidē
qꝫ caliginis et vmbrā mortis diuidet torrens
a pplo pegrināte: eos quos oblitus est pes
egētis hōis et inuios. Terra de qua oriebatur
panis: in loco suo igni subuersa est. Locus
saphiri lapides eius: et glebe illius aurum.
Semitā ignorauit auis: nec intuitus ē ea ocu-
los vulturis. Non calcauerūt eā filij instito-
rū: nec ptransiuit p eā leena. Ad silicē extē-
dit manū suā: subuītit a radicibꝫ montes. In
petris riuos excidit et omē p̄ciosū vidit ocu-
lus eiꝰ. Profunda qꝫ fluuioꝝ scrutatus ē: et
abscondita pduxit in lucē. Sapientia vero
vbi inuenitur: et quis est locus intelligētie?
Nescit homo preciū eius: nec inuenitur in
terra suauiter viuentiū. Abissus dicit non
est in me: et mare loquitur non est mecum.
Non dabitur auruꝫ obrizum p ea: nec ap-
pendetur argentum in commutatione eius.
Nō conferetur tinctis indie coloribꝫ: nec
lapidi sardonico preciosissimo vel saphiro.
Non adequabitur ei auruꝫ vel vitrū: nec

commutabūtur vasa ꝑ ea auri excelsa ⁊ emi-
nētia: non ꝯmemorabūtur comperacōe ei⁹.
Trahitur autez sapiētia de occultis. Non
adequabit̄ ei topasion de ethiopia: nec tin-
cture mundissime componet̄. Unde ergo
sapiētia venit: et quis est locus intelligētie?
Abscondita est ab oculis omnū viuētiū:
volucres q̄ꝫ celi latet. Perditio ⁊ mors di-
xerūt: auribus nostris audiuimus famam
eius. Deus intelligit viā eius: et ip̄e nouit
locū illius. Ipse enim fines mūdi intuetur: ⁊
oīa que sub celo sunt respicit. Qui fecit
ventis pondus: et aquas appēdit mensura.
Quando ponebat pluuijs legē ⁊ viā ꝓcellis
sonantibus: tunc vidit illā ⁊ enarrauit: et p̄-
parauit et inuestigauit. et dixit homini. Ec-
ce timor dn̄i ipsa est sapientia: et recedē a
malo intelligētia. XXIX

Addidit quoq̄ꝫ iob assumens parabolam suā
et dixit. Quis michi tribuat ut sim iuxta
menses pristinos: secundū dies quib⁹ deus
custodiebat me? Quando splendebat lucē-
na eius sup caput meū: ⁊ ad lumē eius am-
bulabā in tenebris. Sicut fui in dieb⁹ ado-
lescentie mee: quando deus secreto erat in
tabernaculo meo. Quando erat oīpotēs
mecū: et in circuitu meo pueri mei. Quādo
lauabam pedes meos butiro: et petra funde-
bat michi riuos olei. Quando ꝓcedebam
ad portam ciuitatis: et in platea parabant
cathedram michi. Videbant me iuuenes ⁊
abscondebātur: ⁊ senes assurgētes stabāt.
Principes cessabant loqui: et digitū suppo-
nebāt ori suo. Vocē suā cohibebāt duces:
et lingua eoꝝ gutturi suo adherebat. Auris
audiēs beatificabat me: et oculus vidēs te-
stimoniū reddebat michi: eo ꝙ liberassem
pauperem vociferantē: ⁊ pupillū cui nō esset
adiutor. Bn̄dictō perituri sup me veniebat:
et cor vidue consolatus sū. Iusticia indut⁹
sū: et vestiui me sicut vestimēto ⁊ dyademate
iudicio meo. Oculus fui ceco: et pes claudo.
Pater eram pauperū: et causaz quā nescie-
bam diligentissime inuestigabā. Contere-
bam molas iniqui: et de dentib⁹ illius aufe-
rebam predā. Dicebamq̄ꝫ. In nidulo meo
moriar: et sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta ē secus aquas: et ros mo-
rabitur in messione mea. Gloria mea semꝑ
innouabitur: ⁊ arcus meus in manu mea in-
staurabitur. Qui me audiebant exspecta-
bant sententiā: et intenti tacebant ad ꝯsiliū
meū. Verbis meis addere nichil audebāt:
⁊ sup illos stillabat eloquiū meū. Exspecta-
bant me sicut pluuiā: et os suū aperiebāt q̄si
ad ymbrē serotinū. Si quando ridebā ad
eos non credebant: et lux vultus mei non ca-
debat in terram. Si voluissem ire ad eos se-
debā primus. Cūz sederē quasi rex circūstāte
exercitu: eram tamen merentiū consolator.

Nunc aūt deridēt me iuniores XXX
tempore: quoꝝ nō dignabar patres
ponere cū canibus gregis mei. Quoꝝ vⁱrtus
manuū michi erat ꝓ nichilo: ⁊ vita ip̄a puta-
bantur indigni. Egestate ⁊ fame steriles:
qui rodebant in solitudine squalētes calami-
tate et miseria. Et mandebant herbas et ar-
borū cortices: et radix iuniperoꝝ erat cibus
eoꝝ. Qui de conuallib⁹ ista rapiētes: cum
singula reperissent. ad ea cū clamore curre-
bant. In desertis habitabāt torrentium: ⁊ in
cauernis terre. vel sup glareā. Qui inter hu-
iuscemodi letabātur: ⁊ esse sub sentib⁹ delici-
as computabāt. Filij stultoꝝ ⁊ ignobiliū:
et in terra penitus nō parētes. Nūc in eoꝝ
canticū versus sū: et factus sū eis in ꝓuerbiū.
Abominātur me ⁊ longe fugiūt a me: et fa-
ciem meā conspuere non verētur. Pharetrā
enim suam aperuit ⁊ afflixit me: et frenū po-
suit in os meū. Ad dextrā orientis calamita-
tis mee ilico surrexerūt. Pedes meos subū-
terūt: oppresserūt quasi fluctib⁹ semitis suis.
Dissipauerūt itinera mea: insidiati sūt michi
et ꝑualuerūt: et non fuit qui ferret auxilium.
Quasi rupto muro ⁊ aperta ianua irruerūt
sup me: ⁊ ad meas miserias deuoluti sunt.
Redactus sum in nichilū. Abstulisti quasi
ventus desideriū meū: et velut nubes ꝑtrāsijt
salus mea. Nunc autē in memetip̄o marce-
scit anima mea: ⁊ possidēt me dies afflictōis.
Nocte os meū ꝑforatur dolorib⁹: et q̄ me
comedūt non dormiūt. In multitudine eoꝝ
consumitur vestimentū meū: ⁊ quasi capitio
tunice sic cinxerūt me. Comparatus sū luto:
et assimulatus sum fauille et cineri. Clamo
ad te et non exaudis me: sto ⁊ non respicis

me. Mutatus es michi in crudelē: ⁊ in duri-
cia manus tue aduersaris michi. Eleuasti
me: et quasi sup ventū ponens elisisti me va-
lide. Scio ꝙ morti tradas me: vbi ꝯstituta
est domus omni viuēti. Veruntamē nō ad
consumptionē eoꝝ emittis manū tuā: et si
corruerint ipē saluabis. Flebam quondā
sup eo qui afflictus erat: et ꝯpatiebat̃ aīa
mea pauperi. Exspectabā bona et venerunt
michi mala: ꝓstolabar lucē et eruperunt te-
nebre. Interiora mea efferbuerūt absq; vl-
la requie: preuenerūt me dies afflictionis.
Merens incedebam: sine furore consurgēs.
in turba clamaui. Frater fui draconū: ⁊ soci-
us strutionū. Cutis mea denigrata est sup
me: et ossa mea aruerūt pre caumate. Versa
est in luctū cythara mea: et organum meū
in vocē flentiū.

VIII

XXXI

P

Epigi fedus cū oculis meis: ut ne cogitarē
quidē de virgine. Quam enim partē habe-
ret in me deus desup: et hereditatē oīpotēs
de excelsis? Nunquid non ꝑditio est ini-
quo: ⁊ alienatio operātibꝫ iniusticiā? Non-
ne ipse ꝯsiderat vias meas: et cūctos gres-
sus meos dinumerat? Si ambulaui in va-
nitate ⁊ festinauit in dolo pes meus: appen-
dat me in statera iusta: et sciat deus simpli-
citatē meā. Si declinauit gressus meus de
via. ⁊ si secutus est oculus meus cor meum.
et si in manibꝫ meis adhesit macula: serā et
alius comedat: ⁊ ꝓgenies mea eradicetur.

II

Si deceptū ē cor meū sup muliere: et si ad
ostiū amici mei insidiatus sum: scortū alte-
rius sit vxor mea. et sup illam incuruēt̃ alij.
Hoc enim nephas ē ⁊ iniquitas maxima:
ignis usq; ad ꝑditionē deuorās: ⁊ oīa era-
dicans genimina. Si contēpsi subire iudi-
ciū cum seruo meo ⁊ ancilla mea: cum disce-
ptarent aduersū me. Quid enim faciā cū
surrexerit ad iudicandū deus: et cū quesie-
rit quid respondebo illi? Nunquid non in
vtero fecit me qui et illū operatus est. et for-
mauit me in vulua vnus? Si negaui qđ

III

volebant pauperibꝫ: et oculos vidue exspe-
ctare feci. Si comedi buccellā meā solus:
et non comedit pupillus ex ea. Quia ab
infantia mea creuit mecum miseratio: et de
vtero matris mee egressa est mecum. Si
despexi ꝑtereuntē eo ꝙ non habuerit indu-
mentū: ⁊ absq; operimēto pauperē. Si non
benedixerūt michi latera eius: ⁊ de velleribꝫ
ouiū mearꝫ calefactus est. Si leuaui super
pupillū manū meā etiam cū viderem me in
porta supiorem: humerus meus a iunctura
sua cadat: et brachiū meū cū suis ossibꝫ con-
fringatur. Semp enim quasi tumētes sup
me fluctus timui deū: et pōdus eius ferre nō
potui. Si putaui aurū robur meū: et obrizo
dixi fiducia mea. Si letatus sum sup multis
diuitijs meis: et ꝙ plurima reperit manus
mea. Si vidi solē cū fulgeret ⁊ lunā incedē-
tem clare. et letatū ē in abscondito cor meū:
et osculatus sū manū meā ore meo. que est
iniquitas maxima: et negatio contra deum
altissimū. Si gauisus sū ad ruinā eius qui
me oderat: et exultaui ꝙ inuenisset eum malū.

IIII

S

Non enim dedi ad peccandū guttur meū:
ut expeterem maledicens animā eius. Si
non dixerūt viri tabernaculi mei: quis det de
carnibꝫ eius ut saturemᷣ. Foris nō mansit pe-
grinus: ostiū meū viatori patuit. Si abscō-
di quasi homo peccatū meū: et celaui in sinu
meo iniquitatē meā. Si expaui ad multitu-
dinē nimiā: et despectio ꝓpinquorum terruit
me: et non magis tacui nec egressus sū osti-
um. Quis michi tribuat audi adiutorē ut deside-
riū meū audiat oīpotens. et librū scribat
ipē qui iudicat: ut in humero meo portem il-
lū ⁊ circūdem illū quasi coronā michi? Per
singulos gradus meos ꝓnunciabo illum: ⁊
quasi principi offeram eū. Si aduersū me
terra mea clamat: et cū ipsa sulci eius deflēt.
Si fructus eius comedi absq; pecunia: et
animā agricolarꝫ eius afflixi: pro frumento
oriatur michi tribulus: et pro ordea spina.

b

bi

XXXII

A

Miserūt aūt tres viri isti
respondere iob: eo ꝙ iustus sibi vide-
retur. Et iratus indignatusq; est heliu filius
barachel buzites de cognatione ram. Iratus
est autē aduersū iob: eo ꝙ iustū se esse dice-
ret coram deo. Porro aduersū amicos eius
indignatus est eo ꝙ non inuenissent respō-
sionē rationabilē: ſ; tantūmodo ꝯdēnassent
iob. Igit̃ heliu exspectauit iob loquentem:
eo ꝙ seniores essent qui loquebantur. Cū
autē vidisset ꝙ tres rn̄dere non potuissent:

iratus est vehementer. Respondensqꝫ heliu filius barachel buzites dixit. Junior sũ tpe: vos aũt antiquiores. Idcirco dimisso capite veritus sũ vobis indicare meã sententiã. Sperabam enim ꝙ etas ꝓlixior loqueret̃: ⁊ ãnoꝝ multitudo doceret sapiẽtiam. Sed ut video spũs est in hominibꝰ: et inspiratio omnipotẽtis dat intelligentiã. Non sunt longeui sapiẽtes: nec senes intelligũt iudiciũ. Ideo dicam audite me: ostendã vobis etiam ego meã scientiam. Expectaui enim sermones vestros: audiui prudentiã vrã. Donec disceptaremini sermonibꝰ vestris: ⁊ donec putabã vos aliquid dicere ↄsiderabam. Sed ut video nõ est qui possit arguere iob: et rñdere ex vobis ſmonibꝰ eius. Ne forte dicatis inuenimus sapiẽtiã: deus ꝓiecit eum non homo. Nichil locutus est michi: et ego non scdm sermones vestros respondebo illi. Extimuerũt: nec rñderunt vltra: abstulerũtqꝫ a se eloquiũ. Quoniã igitur expectaui ⁊ non sunt locuti. steterũt nec responderũt vltra: rñdebo ⁊ ego partẽ meã: ⁊ ostendã scientiã meã. Plenus sũ enĩ sermonibꝰ: ⁊ coartat me spũs vteri mei. En venter meus quasi mustũ absqꝫ spiraculo: quod lagunculas nouas dirũpit. Loquar et respirabo paululũ: aperiã labia mea ⁊ respondebo. Non accipiã ꝑsonã viri: et deum homini nõ equabo. Nescio enĩ quãdiu ſbsistã: et si post modicũ tollat me factor meus.

Audi igit̃ iob eloquia XXXIII mea: et oĩes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meũ: loquat̃ lingua mea in faucibꝰ meis. Simplici corde meo sermones mei: ⁊ sententiã labia mea purã loquẽtur. Spũs dei fecit me: et spiraculũ omnipotentis viuificauit me. Si potes responde michi: et aduersus faciem meã ↄsiste. Ecce ⁊ me sicut ⁊ te fecit deus: ⁊ de eodẽ luto ego quoqꝫ formatus sum. Veruntamẽ miraculum meum non te terreat: ⁊ eloquẽtia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribꝰ meis: ⁊ vocem verboꝝ tuoꝝ audiui. Mũdus sum ego ⁊ absqꝫ delicto: immaculatus: ⁊ nõ est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit: ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos: custodiuit oĩes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. Rñdebo tibi: quia maior sit deus homine. Aduersũ eum contẽdis: ꝙ non ad omnia verba rñderit tibi. Semel loquitur deus: et secundo idipm non repetit. Per somnũ in visione nocturna: quãdo irruit sopor sup homĩes: et dormiũt in lectulo. Tunc aperit aures viroꝝ ⁊ erudiens eos instruit disciplina: ut auertat hominem ab hijs que fecit. et liberet eũ de supbia: eruẽs animã eius a corruptione. et vitam illius ut non transeat in gladiũ. Increpat quoqꝫ per dolorẽ in lectulo: et oĩa ossa eius marcescẽ facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis: et anime illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius: et ossa que tecta fuerãt mundabũtur. Appropinquabit corrupcõi aĩa eius: et vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquẽs vnũ de similibꝰ ut annũciet hoĩs equitatẽ: miserebit̃ eius et dicet. Libera eũ: ut non descendat in corrupcõnem. Inueni in quo ei ꝓpicier. Consũpta est caro eius a supplicijs: reuertatur ad dies adolescentie sue. Depcabitur deum ⁊ placabilis ei erit: ⁊ videbit faciez eius in iubilo: ⁊ reddet homini iusticiã suã. Respiciet homines et dicet. Peccaui et vere deliqui: et ut erã dignus non recepi. Liberauit animã suã ne ꝑgeret in interitũ: sed viuens lucem videret. Ecce hec omnia operatur deus tribꝰ vicibꝰ per singulos: ut reuocet animas eoꝝ a corruptione: et illuminet luce viuentiũ. Attẽde iob et audi me: et tace dum ego loquor. Si autez habes ꝙ loquaris responde michi. Loquere: Volo enim te apparere iustum. Quod si nõ habes audi me: tace ⁊ docebo te sapiẽtiã.

Pronũciãs itaqꝫ heliu XXXIIII etiã hec locutus est. Audite sapiẽtes ṽba mea: ⁊ eruditi auscultate me. Auris enĩ ṽba ꝓbat: et guttur escas gustu diiudicat. Iudiciũ eligamus nobis: et inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit iob iustus sũ: et deus subũtit iudiciũ meũ. In iudicãdo enim me mendaciũ est: violẽta sagitta mea absqꝫ vllo peccato. Quis est vir ut est iob qui bibit subsannationẽ quasi aquam: qui graditur cũ operantibꝰ iniquitatẽ et ãbulat cũ viris impijs: Dixit enim. Non placebit

vir deo: etiam si cucurrerit cū eo. Ideo viri
cordati audite me. Absit a deo impietas: et
ab omnipotēte iniquitas. Opus enim hoīs
reddet ei: et iuxta vias singulorum restituet eis.
Vere enim deus non condēnabit frustra:
nec omnipotēs subuertet iudiciū. Quem
constituit aliū sup terrā: aut quē posuit sup
orbem quē fabricatus est? Si direxerit ad
eum cor suū: spm̄ illius et flatū ad se trahet.
Deficiet omīs caro simul: et homo in cinerē
reuertetur. Si habes ergo intellectū audi
quod dicitur: et ausculta vocē eloquij mei.
Nunquid qui non amat iudiciū sanari po-
test? Et quō tu eū qui iustus ē intantū cōde-
mnas? Qui dicit regi apostata: qui vocat
duces impios. Qui non accipit personas
principū: nec cognouit tyrannū cum disce-
ptaret cōtra pauperē. Opus enim manuū
eius sunt vniuersi. Subito morientur: et in
media nocte turbabūtur populi: et ptransi-
būt et auferent violentū absqz manu. Oculi
enim eius sup vias hominū: et omnes gres-
sus eorum considerat. Non sunt tenebre et
non est vmbra mortis: ut abscondant ibi
qui operātur iniquitatē. Neqz enim vltra
in hominis potestate est: ut veniat ad deum
in iudiciū. Cōteret multos innumerabiles:
et stare faciet alios p eis. Nouit eni opa
eorum: et idcirco inducet noctē et conterētur.
Quasi impios pcussit eos in loco videntiū.
Qui quasi de industria recesserūt ab eo: et
omes vias eius intelligere noluerunt: ut
puenire facerent ad deū clamorē egeni: et
audiret vocē pauperū. Ipso enim cōcedēte
pacē: quis ē qui condēnet? Ex quo abscon-
derit vultū: quis ē qui contempletur eum?
Et sup gentes: et sup omes homines. Qui
regnare facit hominē ypocritā: ppter pcca
populi. Quia ergo ego locutus sū ad deū:
te qz nō phibebo. Si erraui tu doce me. Si
iniquitatē locutus sū: vltra nō addā. Nū-
quid a te deus expetit eā: quia displicuit tibi?
Tu enim cepisti loqui et non ego. Quod si
quid nosti melius loquere. Viri intelligētes
loquantur michi: et vir sapiens audiet me.
Iob autē stulte locutus ē: et verba illius nō
sonant disciplinā. Pater mi: pbetur iob usqz
ad finē. Ne desinas ab homine iniquitatis:

qui addit sup peccata sua blasphemiā. Inter
nos interim cōstringatur: et tūc ad iudicium
puocet sermonibus suis deum. XXXV

Igitur heliu hec rursū locutus ē. Nūquid equ
videtur tibi tua cogitacō: ut diceres iustior
deo sum? Dixisti enim. Nō tibi placet quod
rectum ē: Vel quid tibi pderit: si ego pecca-
uero? Itaqz ego rn̄debo sermonibus tuis: et
amicis tuis tecū. Suspice celū et intuere: et
contemplare ethera quod altior te sit. Si pecca-
ueris: quid ei nocebis? Et si multiplicate fu-
erint iniquitates tue: quid facies contra eū?
Porro si iuste egeris: quid donabis ei: aut
quid de manū tua accipiet? Homini qui silis
tui est nocebit impietas tua: et filiū hominis
adiuuabit iusticia tua. Propter multitudi-
nē calūniatorum clamabūt: et eiulabūt ppter
vim brachij tyrannorum. Et non dixit vbi ē
deus qui fecit me: qui dedit carmina in nocte.
Qui docet nos sup iumēta terre: et sup vo-
lucres celi erudit nos. Ibi clamabūt et non
exaudiet ppter supbiam malorum. Nō ergo
frustra audiet deus: et omnipotēs causas sin-
gulorum intuebitur. Etiam cū dixeris nō con-
siderat: iudicare coram illo: et exspecta eum.
Nūc eni non infert furorē suū: nec vlciscitur
scelus valde. Ergo iob frustra apit os suū:
et absqz sciētia verba multiplicat. XXXVI

Addens quoqz heliu hec locutus ē. Susti-
ne me paululum: et indicabo tibi. Ad-
huc enim habeo quod p deo loquar. Repetam
scientiam meam a principio: et operatorem
meū pbabo iustū. Vere enim absqz menda-
cio sermones mei: et pfecta sciētia pbabitur
tibi. Deus potentes nō abicit cum et ipse sit po-
tens: sed nō saluat impios: et iudiciū paupe-
ribus tribuit. Nō auferet a iusto oculos su-
os: et reges in solio collocat in ppetuū: et illic
erigūtur. Et si fuerint in cathenis et vinciātur
funibus pauptatis: indicabit eis opera eorum
et scelera eorum: quia violēti fuerunt. Reuelabit
quoqz aurem eorum ut corripiat: et loquetur ut re-
uertantur ab iniquitate. Si audierint et obs-
uauerint complebunt dies suos in bono: et
annos suos in gloria. Si aūt nō audierint
transibūt p gladiū: et consumētur in stulticia.
Simulatores et callidi puocant irā dei: neqz
clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in

tempestate anima eoꝝ: et vita eoꝝ inter ef-
feminatos. Eripiet de angustia sua paupe-
rem: et reuelabit in tribulacõe aurem eius.
Igitur saluabit te de ore ãgusto latissime:
et nõ habẽte fundamentũ subter se. Requies
aũt mense tue erit plena pinguedine. Cau-
sa tua quasi impij iudicata est: causam iudi-
ciũq; recipies. Nõ te ergo supet ira ut ali-
quẽ opprimas: nec multitudo donoꝝ inclinet
te. Depone magnitudinẽ tuã absq; tribula-
tione: ꝛ oĩes robustos fortitudine. Ne
ꝓtrahas noctẽ: ut ascendant ppli pro eis.
Caue ne declines ad iniquitatẽ. Hãc enim
cepisti sequi post miseriam. Ecce deus excel-
sus in fortitudine sua: et nullus ei similis in
legislatoribꝰ. Quis poterit scrutari vias
eius: aut quis potest ei dicere operatus es
iniquitatẽ? Memẽto ꝙ ignores opus eius:
de quo cecinerũt viri. Oĩes homines vidẽt
eũ: vnusquisq; intuetur ꝓcul. Ecce deus ma-
gnus vincens sciẽtiã nostrã. Numerus
annoꝝ eius inestimabilis. Qui aufert stel-
las pluuie ꝛ effundit imbres ad instar gur-
gitum. Qui de nubibꝰ fluũt: que ꝑtexunt
cuncta desup. Si voluerit extendere nubes
quasi tentoriũ suũ ꝛ fulgurare lumine suo
desup: cardines quoq; maris operiet. Per hec enĩ
iudicat populos: et dat escam multis morta-
libꝰ. In manibꝰ abscondit lucẽ: ꝛ ꝑcepit
ei ut rursus adueniat. Annũciat de ea amico
suo ꝙ possessio eiꝰ sit: ꝛ ad eã possit ascẽdẽ.

XXXVII

Super hoc expauit
cor meũ: et emotũ est de loco suo. Au-
diet auditionẽ in terrore vocis eius: ꝛ sonũ
de ore illius ꝓcedentẽ. Subter oẽs celos
ipse considerat: ꝛ lumẽ illius sup terminos
terre. Post eũ rugiet sonitus: tonabit voce
magnitudinis sue: et nõ inuestigabitur cũ
audita fuerit vox eius. Tonabit deus in vo-
ce sua mirabiliter: qui facit magna ꝛ inscru-
tabilia. Qui ꝑcipit niui ut descendat ĩ ter-
ram: et hiemis pluuijs ꝛ imbri fortitudinis
sue. Qui in manu omniũ hominũ signat: ut
nouerint singuli opera sua. Ingredietur be-
stia latibulũ suũ: et in antro suo morabitur.
Ab interioribꝰ ingrediet̃ tempestas: et ab
arcturo frigus. Flãte deo concrescit gelu: ꝛ
rursum latissime fundũtur aque. Frumentũ
desiderat nubes: ꝛ nubes spargũt lumẽ suũ.
Que lustrant cũcta p circuitũ quocũq; eas
voluntas gubernãtis duxerit ad oĩe quod
ꝑceperit illis sup faciẽ orbis terraꝝ: siue in
vna tribu siue in terra sua. siue in quocũq;
loco misericordie sue eas iusserit inueniri.
Ausculta hec iob: sta ꝛ ꝯsidera mirabilia dei.
Nũquid scis qñ ꝑcepit deus pluuijs: ut osten-
derẽt lucẽ nubiũ eius? Nũquid nosti semitas
nubiũ magnas: ꝛ ꝑfectas sciẽtias? Nõne
vestimẽta tua calida sũt cũ ꝑflata fuerit terra
austro? Tu forsitã cũ eo fabricatus es celos:
qui solidissimi quasi ere fusi sũt. Ostende no-
bis quid dicamus illi. Nos quippe inuol-
uimur tenebris. Quis narrabit ei q̃ loquor?
Etiã si locutus fuerit homo deuorabitur: at
nũc non vidẽt lucẽ. Subito aer cogetur in
nubes: et ventus transiẽs fugabit eas. Ab aq̃-
lone aurũ veit: ꝛ a deo formidolosa laudacõ.
Digne eũ inuenire nõ possumus. Magnus
fortitudine ꝛ iudicio ꝛ iusticia: ꝛ enarrari nõ
potest. Ideo timebũt eũ viri: ꝛ nõ audebũt cõ-
tẽplari oĩes qui sibi videntur esse sapientes.

XXXVIII

Respondẽs autẽ dñs
iob de turbine dixit. Quis est iste in-
uoluens sentẽtias sermonibꝰ imperitis? Ac-
cinge sicut vir lũbos tuos: interrogabo te: ꝛ
respõde michi. Ubi eras quando ponebam
fundamẽta terre? Indica michi si habes in-
telligentiã. Quis posuit mensuras eius si
nosti: vel quis tetendit sup eam lineã? Su-
per quo bases illius solidate sũt? Aut quis
demisit lapidẽ angularẽ eius cũ me lauda-
rent simul astra matutina: et iubilarẽt oĩes
filij dei? Quis conclusit ostijs mare quãdo
erumpebat quasi de vulua ꝓcedẽs: cũ pone-
rem nubem vestimentũ eius. ꝛ caligine illud
quasi pãnis infantie obuoluerẽ? Circũdedi
illud terminis meis: et posui vectẽ ꝛ ostia: et
dixi. Usq; huc venies ꝛ nõ ꝓcedes ãplius:
et hic ꝯfringes tumẽtes fluctus tuos. Nũ-
quid post ortũ tuũ ꝑcepisti diluculo ꝛ osten-
disti aurore locũ suũ: et tenuisti concutiens
extrema terre: ꝛ excussisti impios ex ea? Re-
stituetur ut lutũ signaculũ: et stabit sicut ve-
stimentũ. Auferetur ab impijs lux sua: ꝛ bra-
chiũ excelsum ꝯfringetur. Nũquid ingres-
sus es ꝓfundũ maris: et in nouissimis abissi

deambulasti? Nunquid aperte sunt tibi
porte mortis: et hostia tenebrosa vidisti? Nū-
quid considerasti latitudinē terre? Indica
michi si nosti oīa in q̄ via lux habitet: et te-
nebrarum quis locus sit: ut ducas vnūquod-
que ad terminos suos. et intelligas semitas
domus eius. Sciebas tūc quod nasciturus esses:
et numerū dierum tuorum noueras? Nūquid
ingressus es thesauros niuis aut thesauros
grandinis aspexisti: que preparaui in tempus
hostis. in diē pugne et belli? Per quam viā
spergitur lux. diuiditur estus super terrā?
Quis dedit vehementissimo imbri cursū et
viam sonātis tonitrui: ut plueret sup terrā
absque homie in deserto vbi nullus mortaliū
commoratur: ut impleret inuiā et desolatā. et
produceret herbas virētes? Quis ē pluuie
pater: vel quis genuit stillas roris? De cuius
vtero egressa ē glacies: et gelu de celo quis
genuit? In similitudinē lapidis aque durā-
tur: et supficies abissi constringitur. Nūquid
coniungere valebis micantes stellas plia-
des: aut girū arcturi poteris dissipare? Nū-
quid producis luciferū in tempore suo: et ve-
sperū sup filios terre consurgē facis? Nū-
quid nosti ordinē celi: et pones rationē eius
in terra? Nunquid eleuabis in nebula vo-
cem tuā: et impetus aquarum operiet te? Nun-
quid mittes fulgura et ibunt: et reuertentia
dicent tibi assumus? Quis posuit in visce-
ribus hominis sapiētiā: vel quis dedit gallo
intelligentiā? Quis enarrabit celorum ratio-
nem: et concentū celi quis dormire faciet?
Quando fundabatur puluis in terrā: et glebe
cōpingebāntur? Nūquid capies leene predā:
et animā catulorum eius implebis: quādo cu-
bant in antris et in specubus insidiātur? Quis
preparat coruo escam suā: quādo pulli eius cla-
mānt ad deū vagātes eo quod nō habeānt cibos?

XXXIX

Nunquid nosti tēpus
partus ibicū in petris: vel parturiētes
ceruas obseruasti? Dinumerasti mēses con-
ceptus earum: et scisti tempus partus earum? Incuruā-
tur ad fetū et pariūt: et rugitus emittūt. Se-
parāntur filii earum et pergūt ad pastū: egrediūtur
et nō reuertentur ad eas. Quis dimisit onagrū
liberū: et vincula eius quis soluit? Cui dedi
in solitudine domum: et tabernacula eius in
terra salsuginis. Contēnit multitudinē ciui-
tatis: clamorē exactoris non audit. Circum-
spicit mōtes pascue sue: et virētia queque per-
quirit. Nūquid volet rinoceros seruire tibi:
aut morabitur ad presepe tuū? Nūquid alliga-
bis rinocerota ad arandū loro tuo: aut con-
fringet glebas valliū post te? Nūquid fiduci-
am habebis in magna fortitudine eius? Et
derelinques ei labores tuos? Nūquid credes
illi quoniā sementē reddat tibi: et areā tuā
congreget? Penna strutionis similis ē pen-
nis herodii et accipitris. Quādo derelinquit
oua sua in terra: tu forsitan in puluere calefa-
cies ea? Obliuiscitur quod pes conculcet ea: aut
bestia agri conterat. Duratur ad filios suos
quasi nō sint sui: frustra laborauit nullo timore
cogēte. Priuauit enim eā deus sapiētia: nec
dedit illi intelligentiā. Cū tempus fuerit in altū
alas erigit: deridet equū et ascensorem eius.
Nūquid prebebis equo fortitudinē: aut circū-
dabis collo eius hinnitū? Nūquid suscitabis
eū quasi locustas? Gloria nariū eius terror:
terram vngula fodit. Exultat audacter: in
occursū pergit armatis. Contēmnit pauorē: nec
cedit gladio. Sup ipsū sonabit pharetra:
vibrabit hasta et clipeus. Feruēs et fremēs
sorbet terrā: nec reputat tube sonare clāgo-
rem. Vbi audierit bucinā dicit vah: procul
odoratur bellū exhortationē ducū. et vlulatū
exercitus. Nūquid per sapiētiā tuā plumescit
accipiter: expandēs alas suas ad austrū?
Nūquid ad preceptū tuū eleuabitur aquila:
et in arduis ponet nidū suū? In petris manet.
in preruptis silicibus commoratur: atque inaccessis
rupibus. Inde contemplatur escam: et de longe
oculi eius prospiciūt. Pulli eius lambūt san-
guinē: et vbicūque cadauer fuerit statim adest.
Et adiecit dominus: et locutus est ad iob. Nun-
quid qui contēdit cū deo: tam facile conquie-
scit? Utique qui arguit deū: debet et respondere ei.
Respondens autē iob domino dixit. Qui le-
uiter locutus sū. respondere quid possum? Ma-
num meam ponam sup os meū. Vnū locu-
tus sū: quod vtinam non dixissem: et alterū:
quibus vltra non addam.

XL

Respondēs autem dominus iob de turbine
dixit. Accinge sicut vir lūbos tuos: interrogabo
te: et indica michi. Nūquid irritum facies

iudiciũ meũ: ⁊ ɔdẽnabis me ut iustificeris? Et si habes brachiũ sicut deus ⁊ voce simili tonas: circũda tibi decorẽ ⁊ in sblime erigẽ: et esto gloriosus ⁊ speciosus induẽ vestib**ꝫ**. Dispge supbos in furore tuo ⁊ ɔfunde eos: ⁊ respiciẽs oẽm arrogantẽ humilia. Respice cũctos supbos et confunde eos: et contere impios in loco suo. Absconde eos in pulueẽ simul: et facies eo**ꝝ** demerge in foueam: et ego ɔfitebor: q**ꝛ** saluare te possit dextera tua.

II Ecce behemoth quẽ feci tecũ: fenũ quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius: et virtus illius in vmbilico ventris ei**ꝰ**. Stringit caudã suã quasi cedrũ: nerui testiculo**ꝝ** eius ꝯplexi sũt. Ossa eius velut fistule eris: cartilago illius quasi lamie ferree. Ipse ẽ pñcipiũ via**ꝝ** dei. Qui fecit eũ applicabit gladiũ eius: huic montes herbas ferũt. Omes bestie agri ludẽt ibi: sub vmbra dormit in secreto calami: in locis humẽtib**ꝫ**. Protegunt vmbre vmbrã eius: circũdabũt eũ salices torrẽtis. Ecce absorbebit fluuiũ ⁊ nõ mirabitur: et habet fiduciã q**ꝛ** influat iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eũ: et in sudib**ꝫ** pforabit nares eius.

III An extrahere poteris leuiathan hamo: et fune ligabis linguã eius? Nũquid pones circulũ in narib**ꝫ** eius: aut armilla pforabis maxillã eius? Nũquid multiplicabit ad te preces: aut loquet**ᷣ** tibi mollia? Nũquid feriet tecũ pactũ: et accipies eum seruũ sempiternũ? Nũquid illudes ei quasi aui: aut ligabis eum ancillis tuis? Concidẽt eum amici: diuidẽt illũ negociatores? Nũquid implebis sagenas pelle eius: et gurgustiũ piscíũ capite illius? Pones sup eũ manũ tuã? Memẽto belli: nec vltra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum: et videntib**ꝫ** cunctis

XLI

Non quasi ꝑcipitabitur. Non quasi crudelis suscitabo eũ. Quis enim resistere potest vultui meo: et quis ante dedit michi ut reddã ei? Omia que sub celo sunt mea sũt. Non parcam ei verbis potẽtib**ꝫ**: ⁊ ad dep̃candũ compositis.

IIII Quis reuelabit faciem indumẽti eius? Et in mediũ oris ei**ꝰ** quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per girũ dentiũ eius formido: corpus illius quasi scuta fusilia. ɔpactũ squamis se p̃mentib**ꝫ**. Vna vni coniũgitur: ⁊ ne spiraculũ quidem incedit p eas. Vna alteri adherebit: ⁊ tenẽtes se nequaq̃ sepabũt**ᷣ**. Sternutatio eius splendor ignis. et oculi eius ut palpebre diluculi. De ore eius lãpades ꝓcedũt. sicut tede ignis accense de narib**ꝫ** eius ꝓcedit fumus: sicut olle succense atq**ꝫ** feruẽtis. Halitus eius prunas ardere facit: et flamma de ore eius egredit**ᷣ**. In collo ei**ꝰ** morabitur fortitudo: et faciem eius precedit egestas. Mẽbra carniũ eius coherentia sibi. Mittet contra eũ fulmina. et ad locũ aliũ nõ ferentur. Cor eius indurabit**ᷣ** tanq̃ lapis: et stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit timebũt angeli: ⁊ territi purgabũtur. Cum apphenderit eũ gladius subsistere nõ poterit: neq**ꝫ** hasta neq**ꝫ** torax.

V Reputabit enim quasi paleas ferrũ: et quasi lignũ putridũ es. Non fugabit eũ vir sagittarius: in stipulã versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulã estimabit malleũ: ⁊ deridebit vibrantẽ hastã. Sub ip̃o erunt radij solis: et sternet sibi aurũ quasi lutũ. Feruescere faciet quasi ollam pfundũ maris: ponet quasi cũ vngenta bulliũt. Post eũ lucebit semita: estimabit abissum quasi senescentẽ. Non ẽ sup terrã ptãs que comparetur ei: qui fc̃us est ut nullũ timeret. Oĩe sblime videt: ip̃e ẽ rex sup vniuersos filios supbie.

VI XLII

Respondẽs aũt iob dño dixit. Scio q**ꝛ** omnia potes: ⁊ nulla te latet cogitacõ. Quis est iste qui celat cõsiliũ absq**ꝫ** sciẽtia? Ideo insipienter locutus sum: et que vltra modũ excederent sciẽtiam meã. Audi ⁊ ego loquar: interrogabo te ⁊ rñde michi. Auditu auris audiui te: nũc autẽ oculus meus videt te. Idcirco ipse me rep̃hendo: et ago penitentiã in fauilla ⁊ cinere.

C Postq̃ aũt locutus ẽ deus v̾ba hec ad iob: dixit ad eliphaz themaniten. Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos: quoniã non estis locuti coram me rectũ sicut seruus meus iob. Sumite ergo vobis septẽ thauros ⁊ septẽ arietes: et ite ad seruũ meũ iob: ⁊ offerte olocaustum p vobis. Iob autẽ seruus meus orabit p vobis. Faciem eius suscipiã: ut nõ vobis imputetur stulticiã. Neq**ꝫ** enim locuti estis ad me recta: sicut seruus meus iob.

VII Abierũt

VIII

ergo eliphas themanites et baldath suites et sophar naamatites et fecerunt sicut locutus fuerat dñs ad eos: et suscepit deus faciem iob. Dñs quoq; conuersus est ad penitentiam iob: cum oraret pro amicis suis. Et addidit dominus om̄ia quecūq; fuerāt iob duplicia. Venerūt autem ad eū om̄es fratres sui et vniuerse sorores sue et cūcti qui nouerāt eū prius: et comederūt cū eo panem in domo eius. Et nouerūt sup eū caput: et consolati sunt eū sup om̄i malo quod intulerat dñs sup eū: et dederūt ei vnusquisq; ouem vnā et inaurem auream vnā. Dñs autē benedixit nouissimis iob magis q̄ principio eius. Et facta sūt ei quatuordecim milia ouiū et sex milia camelorū: et mille iuga boū. et mille asine: et fuerūt ei septē filij et tres filie. Et vocauit nomē vnius diē: et nomē scd̄e cassiā: et nomen tercie cornustibij. Non sūt autē inuente mulieres speciose sicut filie iob in vniūsa terra. Deditq; eis pater suus hereditatē inter frēs eaꝝ. Dixit autē iob post hec centū quadragita ānis: et vidit filios suos et filios filioꝝ suoꝝ usq; ad quartā gn̄ationem: et mortuus ē senex et plenus dieꝝ.

Explic̄ liber Job. Incipit ꝓlogus beati Jeronimi presbiteri in psalteriū.

Psalteriū rome dudū posit9 emēdarā: et iuxta septuaginta interp̄tes. licet cursim. magna tamē ex parte correxeram. Sꝫ quia rursū videtis o paula et eustochiū scriptoꝝ vicio deprauatū. plusq; antiquū errorē q̄ nouā emendacōem valere: me cogitis ut veluti quodā nouali. scissuz iā aruū exerceā. et obliquis sulcis renascētes spinas eradicem. equū esse dicētes. ut quod crebro pullulat crebrius succidatur. Vnde consueta p̄facōe com̄oneo. tam vos quib9 forte labor iste desudat. q̄ eos q̄ exēplaria istiusmodi habere voluerit: ut que diligenter emēdaui: cū cura et diligētia trāsscribantur. Notet sibi vnusquisq; vel iacētem lineā. vel radiantia signa. idest obelos. vel asteriscos: et vbicūq; viderit virgulam p̄cedentē. ab ea usq; ad duo puncta q̄ impressimus. sciat in septuaginta trāslatorib9 plus haberi: vbi autē ꝓspexerit stelle similitudinē de hebreis voluminib9 additū nouerit eque usq; ad duo pūcta. iuxta theodotionis dumtaxat edicōnem: qui simplicitate sermonis a septuaginta interp̄tib9 nō discordat. Hec ergo et vob et studioso cuiq; fecisse me sciens. non ambigo multos fore. qui vel inuidia vel supercilio malent contemnere et videre preclara q̄ discere: et de turbulento magis riuo q̄ de purissimo fonte potare.

Explicit ꝓlogus. Incipit liber ymnoꝝ vel soliloquioꝝ.

Psal. I

Expectans expectaui dominū: et intendit michi. Et exaudiuit p̄ces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit sup petrā pedes meos: et direxit gressus meos. Et immisit in os meū canticū nouū: carmē deo nr̄o. Videbūt multi et timebūt: et sperabūt in domino. Beatus vir cuius est nomē dn̄i spes eius: et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitacōibꝰ tuis nō est q̄ similis sit tibi. Annūciaui et locutus sū: multiplicati sūt sup numerū. Sacrificiū et oblationē noluisti: aures autem pfecisti michi. Holocaustū et ꝓ peccō non postulasti: tūc dixi ecce venio. In capite libri scriptū est de me ut facerem voluntatem tuā: deus meus volui et legē tuā in medio cordis mei. Annunciaui iusticiā tuam in eccia magna: ecce labia mea non ꝓhibebo dn̄e tu scisti. Iusticiam tuā nō abscondi in corde meo: veritatē tuā et salutare tuū dixi. Non abscondi misericordiā tuā et veritatem tuā: a cōsilio multo. Tu aūt domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua sp susceperunt me. Quoniā circūdederūt me mala quorū non ē numerus: cōphenderūt me iniq̄tates mee: et nō potui ut viderē. Multiplicate sunt sup capillos capitis mei: et cor meū dereliquit me. Complaceat tibi dn̄e ut eruas me: domine ad adiuuandū me respice. Confundant̄ et reuereātur simul: q̄ querūt animā meā ut auferant eam. Auertantur retrorsum et reuereātur: qui volūt michi mala. Ferant confestim confusionem suā: qui dicūt michi euge euge. Exultent et letentur sup te omnes querentes te: et dicant semp magnificet̄ dn̄s qui diligūt salutare tuū. Ego autem mendicus sum et pauper: dn̄s sollicitus est mei. Adiutor meus et ꝓtector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

In finē psalmus dd· intellectus filijs chore

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eū dn̄s.

Dominus conseruet eum et viuificet eū: et beatū faciat eū in terra: et nō tradat eum in animā inimicoꝝ eius. Dominus opem ferat illi sup lectū doloris eius: vniūsum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dn̄e miserere mei: sana animā meam q2 peccaui tibi. Inimici mei dixerūt mala michi: quādo morietur et peribit nomē eius? Et si ingrediebatur ut videret vana loq̄batur cor eius: cōgregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras: et loquebat᷑ in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: adūsum me cogitabāt mala michi. Verbuȝ iniquū constituerūt adūsum me: nūquid qui dormit nō adiciet ut resurgat? Etenim homo pacis mee in quo speraui: q̄ edebat panes meos magnificauit sup me supplantationē. Tu autē dn̄e miserere mei: et resuscita me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui qm̄ voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus sup me. Me aūt propter innocentiā suscepisti: et ꝯfirmasti me in cōspectu tuo in eternū. Benedictus dominus deus isrl̄ a seculo in seculum: fiat fiat.

In finē intellectus filijs chore psalmus dd̄.

Queadmodū desiderat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deū fortem viuū: quādo veniam et apparebo ante faciem dei? Fuerūt michi lacrime mee panes die ac nocte: dū dicit᷑ michi quotidie vbi est deus tuus. Hec recordatus sum et effudi in me animā meā: qm̄ transibo in locū tabernaculi ammirabilis usq3 ad domū dei. In voce exultacōnis ⁊ ꝯfessionis: sonus epulantis. Quare tristis es anima mea: et quare cōturbas me? Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsū anima mea cōturbata est: ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis ⁊ hermoniim a mōte modico. Abissus abissum inuocat: in voce catharactarū tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui: sup me transierūt. In die mandauit dn̄s misericordiā suā: et nocte canticū eius. Apud me oratio deo vite mee: dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare cōtristatus incedo dū affligit me inimicus? Dū ꝯfringunt᷑ ossa mea: exprobrauerūt michi q̄ tribulāt me inimici mei. Dū dicūt michi p singulos dies vbi ē deus tuus: q̄re tristis es aīa mea et q̄re cōturbas me? Spera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

In finē psalmus

Iudica me deus et discerne causam meā de gente nō sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti ⁊ quare tristis incedo dū affligit me inimicus? Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā: ipa me deduxerūt ⁊ adduxerūt in montē sanctū et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutē meā. Confitebor tibi in cithara deus deus meus: quare tristis es aīa mea ⁊ quare cōturbas me? Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei et deus meus.

In finē p filijs chore intellect᷒ psalmus dd̄.

Deus auribus nostris audiuimus: patres nr̄i annūciauerūt nobis. Opus qd̄ operatus es in diebus eoꝝ: et in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit et plantasti eos: afflixisti populos ⁊ expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederūt terram: et brachiū eorum non saluauit eos. Sed dextra tua et brachiū tuū et illuminatio vultus tui: quoniā ꝯplacuisti in eis. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob. In te inimicos nr̄os ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgētes in nobis. Non enī in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentib᷒ nos: et odiētes nos confudisti. In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur in seculū. Nunc aūt repulisti et confudisti nos: et non egredieris in virtutibus nostris. Auertisti nos retrorsū post inimicos nr̄os: et qui oderūt nos diripiebāt sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarū: et in gentib᷒ dispsisti nos. Vendidisti populū tuū sine precio: et non fuit multitudo in commutacōnib᷒ eoꝝ. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationē et derisum hijs qui sūt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinē gentibus: commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est: et

confusio faciei mee cooperuit me. A voce exprobrantis ⁊ obloquētis: a facie inimici et ꝑsequētis. Hec oīa venerūt super nos nec obliti sumus te: ⁊ inique nō egimus in testamēto tuo. Et nō recessit retro cor nostrū: et declinasti semitas nostras a via tua. Quoniā humiliasti nos in loco afflictiōis: et cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deū alienū. Nōne deus reqret ista: ipse enim nouit abscondita cordis. Qm̄ ꝓpter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Exsurge quare obdormis dn̄e: exsurge et ne repellas in finē. Quare faciem tuā auertis obliuisceris inopie nr̄e: et tribulacōnis nr̄e. Qm̄ humiliata est in puluere aīa nr̄a: conglutinatus ē in terra vēter nr̄. Exsurge dn̄e adiuua nos: ⁊ redime nos ꝓpter nomē tuū.

In finem pro hijs qui cōmutabuntur filijs chore ad intellectum canticum pro dilecto.

44. 45. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe: velociter scribentis. Speciosus forma p̄ filijs hominū: diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo: sup femur tuū potentissime. Specie tua ⁊ pulcritudine tua: intēde ꝓspere ꝓcede ⁊ regna. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorꝫ regis. Sedes tua deus in seculū seculi: virga directiōnis virga regni tui. Dilexisti iusticiā ⁊ odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Mirra ⁊ gutta ⁊ casia a vestimētis tuis: a domibus eburneis ex quibus delectauerūt te filie regū in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā: et obliuiscere populū tuum et domū patris tui. Et concupiscet rex decorē tuū: quoniam ipse est dominus deus tuus ⁊ adorabūt eū. Et filie tyri in muneribus: vultum tuū deꝓcabūtur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis abintus: in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam: proxime eius afferētur tibi. Afferētur in leticia ⁊ exultatione: adducētur in templū regis. Pro patribus tuis nati sūt tibi filij: constitues eos principes sup oīnez terrā. Memor ero nois tui domine: in oīni generacōne ⁊ generacōe. Propterea ꝓpli ꝯfitebūtur tibi in eternū: et in sc̄lm̄ sc̄li.

In finem filijs chore ꝓ archanis.

45. 46. Deus noster refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulacōnibus q̄ inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebimus dū turbabitur terra: ⁊ transferētur mōtes in cor maris. Sonauerūt ⁊ turbate sūt aque eorꝫ: conturbati sūt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Deus in medio eius nō ꝯmouebitur: adiuuabit eā deus mane diluculo. Conturbate sūt gentes ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocem suā mota est terra. Dn̄s virtutū nobiscum: susceptor nr̄ deus iacob. Venite ⁊ videte opera domini que posuit ꝓdigia sup terram: auferens bella usqꝫ ad finem terre. Arcum conteret et confringet arma: et scuta ꝯburet igni. Vacate ⁊ videte quoniā ego sū deus: exaltabor in gentibus ⁊ exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

In finē ꝓ filijs chore. psalmus dauid

46. 47. Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultacōnis. Qm̄ dn̄s excelsus terribilis: rex magnus sup omnē terram. Subiecit ꝓplos nobis: ⁊ gētes sub pedibus nostris. Elegit nobis hereditatē suam: speciem iacob quam dilexit. Ascendit deus in iubilo: et dn̄s in voce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nr̄o psallite. Quoniā rex oīnis terre deus: psallite sapiēter. Regnabit deus sup gētes: deus sedet sup sedem sanctā suā. Principes populorum congregati sunt cum deo abrahā: quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt.

Psalmus cātici filijs chore secūda sabbati.

47. 48. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultacōne vniuse terre: mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur: cū suscipiet eam. Qm̄ ecce reges terre congregati

sunt: cõuenerũt in vnũ. Ipsi videntes sic ã-
mirati sũt: cõturbati sũt commoti sũt: tremor
apprehẽdit eos. Ibi dolores ut parturiẽtis:
in spũ vehemẽti cõteres naues tharsis. Sic
audiuimus sic vidimus in ciuitate domini
virtutũ in ciuitate dei nostri: deus fundauit eã
in eternũ. Suscepimus deus misericordiaʒ tuã:
in medio templi tui. Secundũ nomẽ tuũ
deus sic et laus tua in fines terre: iusticia ple-
na est dextera tua. Letetur mõs syon et ex-
ultẽt filie iude: propter iudicia tua dñe. Cir-
cũdate syon et cõplectimini eã: narrate in tur-
ribus eius. Ponite corda vestra in virtute
eius: et distribuite domos eius ut enarretis
in progenie altera. Quoniam hic est deus deus noster
in eternũ et in seculũ seculi: ipse reget nos in
secula. In finẽ pro filiis chore. psalmus dauid

Audite hec omnes gentes: auribus percipi-
te omnes qui habitatis orbem. Quiqȝ
terrigene et filii hominũ: simul in vnũ diues
et pauper. Os meũ loquetur sapientiam: et
meditatio cordis mei prudẽtiaʒ. Inclina-
bo in parabolã aurem meã: aperiam in psal-
terio propositionem meã. Cur timebo in die
mala: iniquitas calcanei mei circũdabit me.
Qui cõfidũt in virtute sua: et in multitudine
diuitiarum suarum gloriãtur. Frater nõ redi-
mit redimet homo: nõ dabit deo placacõeʒ
suã. Et preciũ redempcõnis anime sue: et
laborabit in eternũ et viuet et adhuc in finẽ.
Non videbit interitũ cũ viderit sapientes
morientes: simul insipiẽs et stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias suas: et se-
pulcra eorum domus illorum in eternũ. Taber-
nacula eorum in progenie et progenie: vocauerũt
nomina sua in terris suis. Et homo cũ in
honore esset nõ intellexit: cõparatus ẽ iumẽ-
tis insipiẽtibus: et similis factus ẽ illis. Hec
via illorum scandalũ ipsis: et postea in ore suo
complacebũt. Sicut oues in inferno positi
sũt: mors depascet eos. Et dominabũtur
eorum iusti in matutino: et auxiliũ eorum vetera-
scet in inferno a gloria eorum. Veruntamẽ
deus redimet animã meã de manũ inferi: cum
acceperit me. Ne timueris cũ diues factus
fuerit homo: et cũ multiplicata fuerit gloria
domus eius. Quoniam cum interierit nõ sumet
omnia: neqȝ descendet cũ eo gloria eius. Quia
anima eius in vita ipsius benedicetur: cõfitebitur
tibi cũ benefeceris ei. Introibit usqȝ in progeni-
es patrũ suorum: usqȝ in eternũ nõ videbit lu-
mẽ. Homo cũ in honore esset nõ intellexit: cõpara-
tus ẽ iumẽtis insipiẽtibus: et similis factus est illis.

Deus deorum dñs locutus Psalmus asaph.
est: et vocauit terrã. A solis ortu usqȝ
ad occasũ: ex syon species decoris eius. De-
us manifeste veniet: deus noster et nõ silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: et in
circuitu eius tẽpestas valida. Aduocauit
celũ desursũ: et terrã discernere populũ suũ.
Congregate illi sanctos eius: qui ordinãt
testamentũ eius super sacrificia. Et annũcia-
bũt celi iusticiã eius: quoniam deus iudex ẽ. Au-
di populus meus et loquar: israhel et testifica-
bor tibi: deus deus tuus ego sũ. Nõ in sacri-
ficiis tuis arguã te: olocausta autem tua in
conspectu meo sũt semper. Non accipiã de
domo tua vitulos: neqȝ de gregibus tuis hir-
cos. Quoniã mee sũt omnes fere siluarum: iu-
menta in montibus et boues. Cognoui omnia
volatilia celi: et pulcritudo agri mecum est.
Si esuriero non dicam tibi: meus est enim
orbis terre et plenitudo eius. Nũquid mã-
ducabo carnes taurorum: aut sanguinẽ hir-
corũ potabo? Immola deo sacrificium lau-
dis: et redde altissimo vota tua. Et inuoca
me in die tribulacõnis: eruã te et honorificabis
me. Peccatori autem dixit deus quare tu e-
narras iusticias meas: et assumis testamẽtũ
meũ per os tuũ? Tu vero odisti disciplinam:
et proiecisti sermones meos retrorsũ. Si vide-
bas furem currebas cũ eo: et cum adulteris
porcõem tuã ponebas. Os tuum abũdauit
malicia: et lingua tua cõcinnabat dolos. Se-
dens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris: et ad-
uersũ filiũ matris tue ponebas scandalũ: hec fe-
cisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui
similis: arguã te et statuã cõtra faciẽ tuã. In-
telligite hec qui obliuiscimini deũ: nequando
rapiat et nõ sit qui eripiat. Sacrificiũ laudis
honorificabit me: et illic iter quo ostẽdã illi
salutare dei. Psalmus dauid cũ venit ad eũ
nathan propheta quando intrauit bethsabee.

Miserere mei deus: secundum magnã miseri-
cordiã tuã. Et secundũ multitudinẽ
miseracõnum tuarum dele iniquitatẽ meã. Amplius

laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatē meam ego cognosco: et pcc̄m meū ꝯtra me est semper. Tibi soli peccaui et malū coram te feci: ut iustificeris in sermonibꝰ tuis et vincas cum iudicaris. Ecce eni in iniq̄tatibꝰ ꝯceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatē dilexisti: incerta et occulta sapie tue manifestasti michi. Asperges me ysopo ꝛ mūdabor: lauabis me et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū ꝛ leticiā: et exultabūt ossa hūiliata. Auerte faciem tuā a peccatis meis: ꝛ oēs iniquitates meas dele. Cor mūdum crea in me deus: spiritū rectū innoua in visceribꝰ meis. Ne proicias me a facie tua: et spiritū sanctū tuū ne auferas a me. Redde michi leticiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuētentur. Libera me de sanguinibꝰ deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiā tuam. Dn̄e labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuam. Quoniam si voluisses sacrificiū dedissem vtiqꝫ: olocaustis nō delectaberis. Sacrificiū deo spūs ꝯtribulatus: cor contritū et humiliatū deus non despicies. Benigne fac dn̄e in bona volūtate tua syon: et edificentur muri ihrlm. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes ꝛ olocausta: tunc imponent sup altare tuū vitulos.

In finē intellectus dauid cū venit ad eū doech ꝑdumeus ꝛ nūciasset sauli venit dd in domū abimelech.

Quid gloriaris in malicia: qui potens es in iniquitate? Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua: sicͭ nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti maliciā super benignitatē: iniquitatē magis q̄ꝫ loqui equitatem. Dilexisti omnia verba ꝑcipitacōis: lingua dolosa. Propterea deus destruet te in finē: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicem tuā de terra viuētiū. Videbūt iusti et timebūt: et sup eum ridebūt et dicent: ecce homo qui nō posuit deū adiutorem suū. Sed sperauit in multitudine diuiciaꝝ suaꝝ: et preualuit in vanitate sua. Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei: sperauit in misericordia dei in eternū et in seculū seculi. Confitebor tibi in seculū quia fecisti: et exspectabo nomē tuū quoniā bonū in conspectu sanctoꝝ tuoꝝ.

In finem intellectus dauid pro amalech.

Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sūt et abominabiles facti sūt in iniquitatibꝰ: nō est qui faciat bonū. Deus de celo prospexit super filios hominū: ut videat si est intelligens aut requirens deū. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sūt: non est qui faciat bonū non est usqꝫ ad vnū. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatē: qui deuorant plebem meā ut cibū panis? Deum nō inuocauerūt: illic trepidauerūt timore vbi nō fuit timor. Quoniam deus dissipauit ossa eoꝝ qui hominibꝰ placent: confusi sūt quoniā deus spreuit eos. Quis dabit ex syon salutare isrl̄: cū ꝯuerterit deus captiuitatē plebis sue exultabit iacob et letabitur isrl̄.

In finē in carminibꝰ intellectus dauid cū venissent cyphei ꝛ nūciassent sauli nōne dauid absconditus ē apud nos.

Deus in nomine tuo saluū me fac: et in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationē meā: auribꝰ percipe verba oris mei. Quoniā alieni insurrexerūt aduśum me: et fortes quesierūt animā meā: et nō ꝓposuerūt deum ante conspectū suū. Ecce enim deus adiuuat me et dn̄s susceptor est anime mee. Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disꝑde illos. Volūtarie sacrificabo tibi: et cōfitebor nomini tuo domine qm̄ bonū est. Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me: et sup inimicos meos despexit oculus meus.

In finem in carminibus intellectus dauid.

Exaudi deus orationē meā: et ne despexeris depcationē meā: intende michi et exaudi me. Contristatus sū in exercitatione mea: et conturbatus sū a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Quoniā declinauerūt in me iniquitates: et in ira molesti erāt michi. Cor meū ꝯturbatū est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor ꝛ tremor venerūt sup me: et contexerūt me tenebre. Et dixi q̄s dabit michi pēnas sicut columbe: et volabo et requiescā. Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine. Expectabā

eum q̃ saluũ me fecit: a pusillanimitate spũs et tẽpestate. Precipita dñe diuide linguas eoꝝ: quoniã vidi iniquitatẽ ⁊ ɔtradictõez in ciuitate. Die ac nocte circũdabit eam sup muros eius iniquitas: ⁊ labor in medio eius ⁊ iniusticia. Et non defecit de plateis eius: vsura ⁊ dolus. Quoniam si inimicus meus maledixissȝ michi: sustinuissem vtiqȝ. Et si is qui oderat me sup me magna locutus fuissȝ: abscondissem me forsitã ab eo. Tu vero homo vnanimis: dux meus ⁊ notus me⁹. Qui simul mecũ dulces capiebas cibos: in domo dei ãbulauimus cũ consensu. Veniat mors sup illos: et descendãt in infernũ viuẽtes. Quoniã nequicie in habitaculis eoꝝ: in medio eoꝝ. Ego autem ad deum clamaui: et dñs saluauit me. Vespe et mane ⁊ meridie narrabo ⁊ annũciabo: et exaudiet vocẽ meã. Redimet in pace aĩaȝ meã ab hys qui appropinquãt michi: qm̃ inter multos erãt mecũ. Exaudiet deus et humiliabit illos: qui est ante secula. Non enim est illis ɔmutatio ⁊ non timuerũt deũ: extendit manũ suã in retribuẽdo. Contaminauerũt testamentũ eius: diuisi sunt ab ira vultus eius: et appropinquauit cor illi⁹. Molliti sũt sermones eius sup oleũ: et ipsi sunt iacula. Iacta sup dominũ curam tuã et ipe te enutriet: et non dabit in eternũ fluctuacõez iusto. Tu vero de⁹: deduces eos in puteũ interitus. Viri sanguinũ ⁊ dolosi nõ dimidiabũt dies suos: ego autem sperabo in te domine.

In finem pro ꝑplõ qui a sanctis longe factus est in tituli inscripcõe ipi dauid cum tenerent eum allophili in geth.

55 Miserere mei deus quoniã conculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me. Cõculcauerũt me inimici mei tota die: quoniã multi bellantes aduersuȝ me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. In deo laudabo ſmones meos: in deo speraui non timebo quid faciat michi caro. Tota die verba mea execrabãtur: aduersũ me omes cogitacõnes eoꝝ in maluȝ. Inhabitabũt ⁊ abscondẽt: ipsi calcaneũ meũ obseruabũt. Sicut sustinuerũt aĩam meam ꝓ nichilo saluos facies illos: in ira ꝑplos ɔfringes. Deus vitã meã ãnũciaui tibi: posuisti lacrimas meas in ɔspectu tuo. Sicut ⁊ in ꝓmissione tua: tunc ɔuertentur inimici mei retrorsũ. In quacũqȝ die inuocauero te: ecce cognoui quoniã deus meus es. In deo laudabo verbũ: in dño laudabo sermonẽ: in deo speraui non timebo quid faciat michi hõ. In me sunt deus vota tua: que reddã laudacões tibi. Qm̃ eripuisti animam meam de morte: et pedes meos de lapsu: ut placeã corã deo in lumine viuentiũ.

In finẽ ne disperdas dauid in tituli inscripcõne cũ fugeret a facie saul regis isrl' in spelũca.

56 Miserere mei deus miserere mei: qm̃ in te confidit anima mea. Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ sperabo: donec transeat iniq̃tas. Clamabo ad deũ altissimũ: deũ qui benefecit michi. Misit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriũ ɔculcãtes me. Misit deus misericordiam suam ⁊ veritatẽ suã: et eripuit aĩaȝ meã de medio catuloꝝ leonũ: dormiui cõturbatus. Filij hominũ dentes eoꝝ arma et sagitte: et lingua eoꝝ gladius acutus. Exaltare sup celos deus: et in omi terra gloria tua. Laqueũ parauerũt pedib⁹ meis: ⁊ incuruauerũt animam meã. Foderunt ante faciem meam foueam: et inciderunt in eam. Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ: cãtabo ⁊ psalmũ dicam. Exsurge gloria mea exsurge psalteriũ ⁊ cithara: exsurgã diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et psalmũ dicam tibi in gentib⁹. Quoniã magnificata est usqȝ ad celos misericordia tua: et usqȝ ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: et super omem terrã gloria tua.

In finem ne disperdas in tituli inscriptione.

57 Si vere vtiqȝ iusticiam loquimini: recte iudicate filij hominũ. Etenim ĩ corde iniq̃tates operamini in terra: iniusticias manus vestre concinnãt. Alienati sũt peccores a vulua: errauerũt ab vtero: locuti sũt falsa. Furor illis scđm similitudinẽ serpentis: sicut aspidis surde ⁊ obturãtis aures suas. Que non exaudiet vocem incantantiũ: et venefici incantantis sapienter. Deus ɔteret dẽtes eoꝝ ĩ ore ipoꝝ: molas leonũ ɔfringet dñs. Ad nichilũ deuenient tanq̃ aqua decurrẽs: intendit arcũ suũ donec infirmẽtur. Sicut cera que fluit auferẽtur: sup cecidit ignis et

non viderūt solē. Priusq̄ intelligerēt spi-
ne vr̄e ramū: sicut viuētes sicut in ira absor-
bet eos. Letabitur iustus cum viderit vin-
dictā: manus suas lauabit in sanguine pec-
catoris. Et dicet homo si vtiq̄ʒ est fructus
iusto: vtiq̄ʒ est deus iudicans eos in terra.
In finē ne disperdas dauid in tituli inscripcō-
ne quādo misit saul et custodiuit domū ei⁹ ut interficerē eū.

58 Eripe me de inimicis
meis deus meus: et ab insurgentib⁹
in me libera me. Eripe me de operātib⁹ iniq̄-
tatē: et de viris sanguinū salua me. Quia
ecce ceperūt animā meā: irruerunt in me for-
tes. Neq̄ʒ iniquitas mea neq̄ʒ peccatū meū
domine: sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Ex-
surge in occursū meū ⁊ vide: et tu domine de-
us virtutū deus israhel. Intēde ad visitā-
das omnes gentes: non miserearis omni-
bus qui operantur iniquitatē. Conūten-
tur ad vesperam ⁊ famē patiētur ut canes:
et circuibūt ciuitatē. Ecce loquētur in ore
suo: ⁊ gladius in labijs eorū: quoniā quis
audiuit? Et tu domine deridebis eos: ad ni-
chilū deduces oīes gentes. Fortitudinē
meā ad te custodiā: q͛ de⁹ susceptor meus:
deus meus misericordia eius p̄ueniet me. De⁹
ostendit michi super inimicos meos: ne oc-
cidas eos nequando obliuiscant͛ ppli mei.
Disperge illos in virtute tua: et depone eos
protector meus domine. Delictū oris eoꝝ:
sermonē labiorum ipsorū: et cōprehendantur
in superbia sua. Et de execracōe ⁊ menda-
cio annūciabūtur in consūmacōne: in ira cō-
sūmacōnis ⁊ nō erūt. Et scient quia deus
dominabitur iacob: et finium terre. Con-
uertent͛ ad vesperā ⁊ famē patiēt͛ ut canes:
et circuibūt ciuitatē. Ipsi dispergent͛ ad
manducandū: si vero non fuerint saturati et
murmurabūt. Ego autē cantabo fortitudi-
nā tuā: et exaltabo mane misericordiā tuā.
Quia factus es susceptor meus: ⁊ refugiū
meum in die tribulationis mee. Adiutor
meus tibi psallam: quia deus susceptor
meus es: deus meus misericordia mea.
In finē p̄ hijs q̄ cōmutabūt͛ in tituli inscriptio-
ne ipsi dd in doctrinā. cum succēdit mesopo-
tamiā syrie et sobal. et cōuertit ioab et percus-
sit edom in valle saliuarū duodecim milia.

59 Deus repulisti nos et destruxisti nos:
iratus es ⁊ misertus es nobis. Com-
mouisti terrā ⁊ cōturbasti eā: sana cōtricōnes
eius quia commota est. Ostendisti poplō
tuo dura: potasti nos vino cōpūctionis. De-
disti metuētib⁹ te significacōnem: ut fugiāt
a facie arcus. Ut liberētur dilecti tui: saluū
fac dextera tua ⁊ exaudi me. Deus locutus
est in sancto suo: letabor ⁊ partibor sichimā:
et conuallem tabernaculoꝝ metibor. Meus
est galaad ⁊ meus ē manasses: et ephraim
fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: mo-
ab olla spei mee. In ydumeā extendā calci-
amentū meū: michi alienigene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē munitā: quis
deducet me vsq̄ʒ in ydumeā? Nōne tu deus
qui repulisti nos? et nō egredieris deus in
virtutib⁹ nostris. Da nobis auxiliū de tri-
bulacōe: et vana salus hominis. In deo fa-
ciemus virtutē: ⁊ ipse ad nichilū deducet tri-
bulātes nos. In finē in ympnis psalmus dd.

60 Exaudi deus deprecacōem meā: intēde
orationi mee. A finib⁹ terre ad te cla-
maui dū anxiaret͛ cor meū: in petra exaltasti
me. Deduxisti me q͛ factus es spes mea:
turris fortitudinis a facie inimici. Inhabi-
tabo in tabernaculo tuo in secula: p̄tegar in
velamēto alaꝝ tuaꝝ. Quoniā tu deus meus
exaudisti orationē meā: dedisti hereditatē
timentib⁹ nomen tuū. Dies super dies re-
gis adicies: annos eius vsq̄ʒ in diē genera-
tionis ⁊ generacōnis. Permanet in eternū
in conspectu dei: misericordiā ⁊ veritatē eius
quis requiret? Sic psalmū dicā nomini tuo
in seculū sc̄li: ut reddā vota mea de die i diē.
In finē p̄ ydithun ps̄ dd.

61 Nonne deo
subiecta erit aīa mea? ab ip̄o enī salu-
tare meū. Nam ⁊ ipse deus meus ⁊ salutaris
meus: susceptor meus nō mouebor amplius.
Quousq̄ʒ irruitis in hoīeʒ: interficitis vniūsi
vos tāq̄ parieti inclinato ⁊ macerie depul-
se? Veruntamen preciū meū cogitauerūt
repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebāt
et corde suo maledicebāt. Verūtamē deo
subiecta esto anima mea: quoniam ab ip̄o
paciētia mea. Quia ip̄e deus meus ⁊ salua-
tor meus: adiutor meus non emigrabo. In
deo salutare meū ⁊ gloria mea: deus auxilii

mei ⁊ spes mea in deo ē. Sperate in eo oīs congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: deus adiutor noster in eternū. Veruntamē vani filij hominū: mendaces filij hominū in stateris: ut decipiāt ipsi de vanitate in idipsū. Nolite sperare in iniq̄tate. ⁊ rapinas nolite ꝯcupiscē: diuitie si affluāt. nolite cor apponere. Semel locutus ē deus duo hec audiui: q꞉ ptās dei ē ⁊ tibi dñe misericordia: q꞉ tu reddis vnicuiq꞉ iuxͣ opa sua.

Psalmus dauid cū esset in deserto ydumee.

62\. Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta ⁊ inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut viderem virtutē tuam ⁊ gloriam tuā. Quoniā melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabūt te. Sic benedicā te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe ⁊ pinguedīe repleat̄ anima mea: et labijs exultacōis laudabit os meū. Si memor fui tui sup stratū meū: in matutinis meditabor in te: q꞉ fuisti adiutor meus. Et in velamēto alaꝝ tuaꝝ exultabo: adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero in uanū quesierūt aīaʒ meā: introibūt in inferiora terre: tradētur ī man⁹ gladij. partes vulpiū erūt. Rex vero letabitur in deo: laudabūt̄ oīes qui iurant in eo: quia obstructū est os loquentiū iniqua.

63\. Exaudi deus orationem meā cum deprecor: a timore inimici eripe animā meā. **In finē psalmus dd.** Protexisti me a conuentu malignantiū: a multitudine operātiū iniq̄tatē. Quia exacuerūt ut gladiū linguas suas: intenderūt arcum rem amaram: ut sagittent in occultis immaculatū. Subito sagittabūt eū ⁊ nō timebūt: firmauerunt sibi sermonē nequā. Narrauerūt ut absconderēt laqueos: dixerūt q̄s videbit eos. Scrutati sūt iniq̄tates: defecerūt scrutātes scrutinia. Accedet homo ad cor altū: et exaltabit̄ deus. Sagitte paruuloꝝ facte sūt plage eoꝝ: et infirmate sūt ꝯtra eos lingue eoꝝ. Conturbati sunt oīes qui videbāt eos: et timuit omnis homo. Annunciauerunt opera dei: et facta eius intellexerunt. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

In finem psalmus dauid canticū aggei iere-mie et ezechiel de verbo peregrinationis et de ꝓplo trāsmigratiōnis cū inciperēt ꝓficisci.

64\. Te decet ymnus deus in syon: ⁊ tibi reddetur votum in iherusalē. Exaudi orationē meā: ad te oīnis caro veniet. Verba iniquoꝝ ꝓualuerūt sup nos: et impietatib⁹ nr̄is tu ꝓpitiaberis. Beatus quē elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue: sanctum est templū tuū mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster: spes omniū finiū terre ⁊ in mari longe. Preparās mōtes in virtute tua accinctus potentia: qui ꝯturbas ꝓfundū maris sonū fluctuū eius. Turbabuntur gentes ⁊ timebunt qui habitāt terminos a signis tuis: exitus matutini et vespi delectabis. Visitasti terrā ⁊ inebriasti eā: multiplicasti locupletare eā. Flumen dei repletū est aquis: parasti cibū illoꝝ q̄m ita est ꝑparatio ei⁹. Riuos eius inebria: multiplica genimīa eius: in stillicidijs eius letabit̄ germinās. Benedices corone āni benignitatis tue: ⁊ cāpi tui replebūtur vbtate. Pinguescēt speciosa deserti: ⁊ exultacōe colles accingētur. Induti sūt arietes ouiū: ⁊ valles abundabūt frumēto: clamabūt eteni ymnū dicēt. **In finē canticū psalmi resurrectionis.**

65\. Iubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriā laudi eius. Dicite deo q̄ terribilia sūt opera tua domine: in multitudine virtutis tue mētient̄ tibi inimici tui. Omnis terra adoret te ⁊ psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo. Venite ⁊ videte opera dei: terribilis in consilijs sup filios hominū. Qui ꝯuertit mare in aridā: in flumine ptransibūt pede: ibi letabimur in ipso. Qui dominat̄ in virtute sua in eternū: oculi eius sup gentes respiciūt: q̄ exasperāt non exaltētur in semetipsis. Benedicite gētes deū nostrū: et auditā facite vocē laudis eius. Qui posuit animā meā ad vitā: ⁊ non dedit in commotionē pedes meos. Quoniā ꝓbasti nos deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentū. Induxisti nos in laqueū: posuisti tribulacōes in dorso nr̄o: imposuisti homies sup capita nr̄a. Transiuimus

per ignem et aquã: et eduxisti nos in refri-
geriũ. Introibo in domũ tuam in olocau-
stis: reddã tibi vota mea que distinxerũt
labia mea. Et locutũ est os meũ: in tribu-
latiõne mea. Holocausta medullata offerã
tibi cũ incensu arietũ: offeram tibi boues cũ
hircis. Venite audite et narrabo omẽs q̃
timetis deum: quãta fecit anime mee. Ad
ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lin-
gua mea. Iniquitatem si aspexi in corde
meo: non exaudiet dñs. Propterea exau-
diuit deus: et attẽdit voci dep̃cationis mee.
Benedictus deus: qui non amouit oratio-
onem meam et misericordiam suam a me.

In finem in ymnis psalmus cantici dauid.

66. Deus misereatur nostri et benedicat no-
bis: illuminet vultũ suũ sup nos: et mi-
sereatur nostri. Ut cognoscamus in terra
viam tuã: in omnib⁹ gentib⁹ salutare tuũ.
Confiteant̃ tibi populi deus: confiteantur
tibi populi omẽs. Letent̃ et exultent gẽ-
tes: q̃m iudicas populos in equitate: et gẽ-
tes in terra dirigis. Confiteant̃ tibi popu-
li deus: confiteant̃ tibi populi omnes: terra
dedit fructũ suũ. Benedicat nos deus de-
us noster bñdicat nos deus: et metuant eũ
omẽs fines terre. In finẽ psalmus dd̃ cãtici

67. Exurgat deus et dissipentur inimici
eius: et fugiant qui oderũt eum a fa-
cie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut
fluit cera a facie ignis sic p̃eant peccatores
a facie dei. Et iusti epulẽtur et exultent in
conspectu dei: et delectent̃ in leticia. Can-
tate deo psalmũ dicite nomini eius: iter fa-
cite ei qui ascendit sup occasũ: dñs nomen
illi. Exultate in ɔspectu eius: turbabũtur
a facie eius patris orphanoꝝ et iudicis vi-
duaꝝ. Deus in loco sancto suo: deus q̃ in-
habitare facit vnius moris in domo. Qui
educit vinctos in fortitudine: similiter eos
qui exasperãt q̃ habitãt in sepulcris. De-
us cũ egredereris in ɔspectu populi tui: cũ
pertransires in deserto. Terra mota est: et-
enim celi distillauerũt a facie dei synai a fa-
cie dei israhel. Pluuiã volũtariã segrega-
bis deus hereditati tue: et infirmata est: tu
vero perfecisti eam. Animalia tua habita-
bũt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi

deus. Dñs dabit verbũ euãgelizantib⁹ vir-
tute multa. Rex virtutum dilecti dilecti: et
speciei domus diuidere spolia. Si dormia-
tis inter medios cleros penne colũbe dear-
gentate: et posteriora dorsi eius in pallore
auri. Dum discernit celestis reges sup eã
niue dealbabũtur in selmon: mons dei mons
pinguis. Mons coagulatus mõs pinguis:
ut quid suspicamini montes coagulatos.
Mons in quo bñplacitũ est deo habitare
in eo: etenim dñs habitabit in finẽ. Currus
dei decem milibus multiplex: milia letantiũ:
dñs in eis in synai in sancto. Ascendisti in
altũ cepisti captiuitatẽ: accepisti dona in ho-
minib⁹. Etenim nõ credentes: inhabitare
dñm deum. Benedictus dñs die quotidie:
prosperũ iter faciet nobis deus salutarium
nostroꝝ. Deus noster deus saluos facien-
di: et dñi dñi exitus mortis. Uerũtamẽ de⁹
confringet capita inimicoꝝ suoꝝ: verticem
capilli pambulantiũ in delictis suis. Dixit
dñs ex basan conũtam: conũtam in p̃fundũ
maris. Ut intinguatur pes tuus in sangui-
ne: lingua canũ tuoꝝ ex inimicis ab ipo. Vi-
derũt ingressus tuos deus: ingressus dei mei
regis mei qui est in sancto. Preuenerunt
principes coniũcti psallentib⁹: in medio iu-
uencularum timpanistriarum. In ecclesijs
benedicite deo: dño de fontib⁹ israhel. Ibi
beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes iuda duces eoꝝ: principes za-
bulon et principes neptalim. Manda deus
virtuti tue: confirma hoc deus q̃d operatus
es in nobis. A templo tuo in ihrlm: tibi of-
ferent reges munera. Increpa feras arũ-
dinis: congregatio thauroꝝ in vaccis popu-
loꝝ: ut excludant eos qui probati sunt ar-
gento. Dissipa gentes que bella volũt: ve-
nient legati ex egipto: ethiopia preueniet
manus eius deo. Regna terre cãtate deo:
psallite dño. Psallite deo: qui ascendit su-
per celum celi ad orientẽ. Ecce dabit voci
sue vocem virtutis: date gloriam deo super
israhel: magnificentia eius et virtus eius in
nubib⁹. Mirabilis deus in sanctis suis: deus
israhel ipse dabit virtutem et fortitudinẽ ple-
bi sue: benedictus deus. In finem pro hijs
qui commutabuntur psalmus ipsi dauid.

Saluũ me fac deus: qm̃ intra
uerunt aque uſq; ad animã
meã. Infixus ſum in limo
ꝓfundi: et non ẽ ſubſtantia.
Veni in altitudinẽ maris:
et tempeſtas dimerſit me. Laboraui cla=
mans rauce facte ſũt fauces mee: defecerũt
oculi mei dũ ſpero in deum meũ. Multipli=
cati ſũt ſup capillos capitis mei: q̃ oderunt
me gratis. Confortati ſũt qui pſecuti ſunt
me inimici mei iniuſte: que non rapui tunc
exſoluebam. Deus tu ſcis inſipiẽtiã meã:
et delicta mea a te non ſũt abſcõdita. Non
erubeſcant in me q̃ exſpectãt te dñe: dñe vir=
tutũ. Non ↄfundãtur ſup me: qui querũt
te deus iſrahel. Quoniã ꝓpter te ſuſtinui op=
probriũ: operuit ↄfuſio faciẽ meã. Extra=
neus factus ſũ fratribꝰ meis: et pegrinus
filijs matris mee. Quoniam zelus domus
tue comedit me: et opprobria exprobrãtiũ
tibi ceciderũt ſup me. Et operui in ieiunio
animã meã: et factũ eſt in opprobriũ michi.
Et poſui veſtimentũ meũ ciliciũ: et factus
ſum illis in parabolam. Aduerſum me lo=
quebant' qui ſedebãt in porta: et in me pſal=
lebant qui bibebãt vinũ. Ego vero orõe;
meam ad te dñe: tempus beneplaciti deus.
In multitudine miſericordie tue: exaudi
me in veritate ſalutis tue. Eripe me de lu=
to ut nõ infigar: libera me ab hijs q̃ oderũt
me ⁊ de ꝓfundis aquaꝝ. Nõ me demergat
tẽpeſtas aque: neq; abſorbeat me ꝓfundũ:
neq; vrgeat ſup me puteus os ſuũ. Exau=
di me dñe quoniã benigna ẽ miſericordia
tua: ſecundũ multitudinẽ miſerationũ tuaꝝ
reſpice me. Et ne auertas faciẽ tuã a pue=
ro tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me.
Intẽde anime mee ⁊ libera eã: ꝓpter inimi=
cos meos eripe me. Tu ſcis improperium
meũ ⁊ ↄfuſionẽ meã: et reuerentiã meã. In
conſpectu tuo ſũt omẽs qui tribulant me:
improperiũ exſpectauit cor meũ ⁊ miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul ↄtriſtaretur et non
fuit: et qui ↄſolaret' et nõ inueni. Et dede=
rũt in eſcam meã fel: et in ſiti mea potauerũt
me aceto. Fiat menſa eoꝝ coram ipſis in
laqueum: et in retribucõnes et in ſcandalũ.
Obſcurẽtur oculi eoꝝ ne videãt: ⁊ dorſũ
eoꝝ ſemp incurua. Effunde ſup eos iram
tuam: et furor ire tue ↄphendat eos. Fiat
habitatio eoꝝ deſerta: et in tabernaculis eoꝝ
non ſit qui inhabitet. Quoniam quẽ tu per=
cuſſiſti pſecuti ſũt: ⁊ ſup dolorẽ vulnerũ eoꝝ
addiderũt. Appone iniquitatẽ ſup iniq̃ta=
tem eoꝝ: et non intrẽt in iuſticiã tuã. Dele=
antur de libro viuentiũ: ⁊ cũ iuſtis nõ ſcribã=
tur. Ego ſũ paup ⁊ dolens: ſalus tua deus
ſuſcepit me. Laudabo nomẽ dei cũ cãtico:
et magnificabo eũ in laude. Et placebit deo
ſuper vitulũ nouellũ: cornua ꝓducentẽ ⁊ vn=
gulas. Videãt pauperes ⁊ letẽtur: querite
deum ⁊ viuet anima veſtra. Quoniã exaudi=
uit paupes dominus: et vinctos ſuos non
deſpexit. Laudent illũ celi ⁊ terra: mare et
omnia reptilia in eis. Quoniã deus ſaluã fa=
ciet ſyõ: et edificabũt' ciuitates iude. Et in=
habitabũt ibi: ⁊ hereditate acq̃rent eã. Et
ſemẽ ſeruoꝝ eius poſſidebit eã: et q̃ diligũt
nomẽ eius habitabũt in ea. In finẽ pſalmus
dd in rememoratione q' ſaluũ fecit eũ dñs.

69

Deus in adiutoriũ meũ intẽde: domine
ad adiuuandũ me feſtina. Cõfundã=
tur ⁊ reuereantur: qui querũt animam meã.
Auertãtur retrorſũ ⁊ erubeſcant: qui volũt
michi mala. Auertant' ſtatim ⁊ erubeſcen=
tes: qui dicũt michi euge euge. Exultent
et letẽtur in te omẽs qui querũt te: et dicant
ſemp magnificetur dominus qui diligunt
ſalutare tuum. Ego vero egenus et pau=
per ſum: deus adiuua me. Adiutor meus
et liberator meus es tu: domine ne moreris.
Pſ dd filioꝝ ionadab et prioꝝ captiuoꝝ.

70

In te domine ſperaui nõ confundar in eter=
nũ: in iuſticia tua libera me ⁊ eripe me. In=
clina ad me aurem tuam: ⁊ ſalua me. Eſto
michi in deum ꝓtectorẽ ⁊ in locũ munitũ: ut
ſaluũ me facias. Quoniã firmamentũ meũ:
et refugiũ meũ es tu. Deus meus eripe me
de manu peccatoris: et de manũ contra legem
agentis ⁊ iniqui. Quoniam tu es patiẽtia
mea domine: domine ſpes mea a iuuẽtute
mea. In te ↄfirmatus ſum ex vtero: de ven=
tre matris mee tu es protector meus. In te
cantatio mea ſemp: tanq̃ ꝓdigiũ factus ſũ
multis et tu adiutor fortis. Repleatur os
meũ laude ut cantem gloriã tuam: tota die

magnitudinē tuam. Ne proiicias me in tē-
pore senectutis: cū deficiet virtus mea ne de-
relinquas me. Quia dixerunt inimici mei
michi: et qui custodiebāt animā meā ɔsiliū
fecerūt in vnū. Dicentes deus dereliquit
eum: ꝑsequimini et cōprehendite eū: quia nō
est qui eripiat. Deus ne elongeris a me:
deus meus in auxiliū meū respice. Confun-
dantur ⁊ deficiant detrahentes anime mee:
operiant᷑ confusione ⁊ pudore qui querūt
mala michi. Ego aūt semꝑ sperabo: et adi-
ciam suꝑ omnē laudez tuā. Os meū annū-
ciabit iusticiā tuam: tota die salutare tuum.
Quoniā non cognoui litteraturā introibo
in potentiā dñi: dñe memorabor iusticie tue
solius. Deus docuisti me a iuuentute mea
et usqꝫ nūc: pronūciabo mirabilia tua. Et
usqꝫ in senectā ⁊ seniū: deus ne derelinquas
me. Donec annūciem brachiū tuū: gene-
rationi omni que ventura est. Potentiam
tuā et iusticiā tuā deus usqꝫ in altissima que
fecisti magnalia: deus quis similis sit tibi?
Quantas ostendisti michi tribulationes
multas ⁊ malas: et conuīsus viuificasti me:
et de abissis terre iterū reduxisti me. Mul-
tiplicasti magnificentiā tuā: et conuīsus con-
solatus es me. Nam ⁊ ego confitebor tibi
in vasis psalmi veritatē tuā deus: psallam ti-
bi in cythara sanctus israhel. Exultabūt
labia mea cū cantauero tibi: et anima mea
quā redemisti. Sed ⁊ lingua mea tota die
meditabit᷑ iusticiā tuā: cū confusi ⁊ reueriti
fuerint q̄ querūt mala michi. In salomonē

Deus iudiciū tuū regi da: et iusticiā tu-
am filio regis. Iudicare populū tu-
um in iusticia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: et col-
les iusticiā. Iudicabit pauperes populi
et saluos faciet filios pauperū: et humilia-
bit calūniatorem. Et ꝑmanebit cū sole et
ante lunā: in generationē et generationem.
Descendet sicͭ pluuia in vellus: et sicut stil-
licidia stillātia suꝑ terrā. Orietur in dieb⁹
eius iusticia et abūdantia pacis: donec au-
feratur luna. Et dñabitur a mari usqꝫ ad
mare: et a flumine usqꝫ ad terminos orbis
terraꝝ. Coram illo ꝓcident ethiopes: et
inimici eius terrā lingent. Reges tharsis
et insule munera offerent: reges arabū et sa-
ba dona adducent. Et adorabūt eū oēs
reges: oēs gentes seruient ei. Quia libe-
rabit pauperē a potente: et pauperē cui nō
erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et
animas pauperū saluas faciet. Ex vsuris
et iniquitate redimet animas eoꝝ: et hono-
rabile nomē eoꝝ coram illo. Et viuet ⁊ da-
bitur ei de auro arabie: et adorabūt de ipso
semꝑ: tota die bñdicent ei. Erit firmamē-
tum in terra in sūmis montiuꝫ: superextolle-
tur suꝑ libanū fluctus eius: et florebūnt de
ciuitate sicut fenū terre. Sit nomē eius be-
nedictū in secula: ante solē ꝑmanet nomen
ei⁹. Et bñdicent᷑ in ip̄o oēs trib⁹ terre:
oēs gētes magnificabūt eū. Bñdictus
dñs deus isrl̄: qui facit mirabilia solus. Et
bñdictū nomē maiestatis eius in eternū: ⁊
replebit᷑ maiestate eius oīs terra: fiat fiat.
Defecerūt ymni dd̄ filij iesse Psalmus asaph.

Quam bonus israhel deus: hijs qui re-
cto sūt corde. Mei autē pene moti sūt
pedes: pene effusi sūt gressus mei. Quia ze-
laui suꝑ iniquos: pacem peccatorū videns.
Quia nō est respectus morti eoꝝ: et firma-
mentū in plaga eoꝝ. In labore hoīm non
sūt: et cū hominib⁹ nō flagellabūtur. Ideo
tenuit eos suꝑbia: opti sūt iniq̄tate ⁊ impie-
tate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas
eoꝝ: transierūt in affectū cordis. Cogita-
uerūt et locuti sūt nequiciā: iniquitatē in ex-
celso locuti sūt. Posuerūt in celū os suū: et
lingua eoꝝ transiuit in terra. Ideo ɔuer-
tetur populus meus hic: et dies pleni inue-
nientur in eis. Et dixerūt quō scit deus: et
si est scientia in excelso? Ecce ipsi pccores
et abūdantes in seculo: obtinuerūt diuicias.
Et dixi ergo sine causa iustificaui cor meū:
et laui inter innocentes manus meas. Et
fui flagellatus tota die: et castigatio mea in
matutinis. Si dicebam narrabo sic: ecce na-
tionē filioꝝ tuoꝝ reprobaui. Existimabā
ut cognoscerē: hoc labor est ante me. Do-
nec intrem in sanctuariū dei: et intelligam
in nouissimis eoꝝ. Veruntamen propter
dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleua-
rentur. Quomō facti sunt in desolationem:
subito defecerūt: perierūt ꝓpter iniquitatem

suam. Velut sompnū surgentiū: dñe in ciui-
tate tua imaginē ipsoꝝ ad nichilū rediges.
Quia inflammatū est cor meū: et renes mei
commutati sūt: ⁊ ad nichilū redactus sum
et nesciui. Vt iumentū factus sū apud te:
et ego semp tecū. Tenuisti manū dexterā
meā: et in voluntate tua deduxisti me: et cum
gloria suscepisti me. Quid enim michi est
in celo: et a te quid volui sup terram? De-
fecit caro mea ⁊ cor meū: deus cordis mei et
pars mea deus in eternum. Quia ecce qui
elongant se a te peribūt: pdidisti omnes q̄
fornicāt abs te. Michi autē adherere deo
bonū est: ponere in domino deo spem meam.
Ut annūciem omēs predicacōes tuas: in
portis filie syon. In finem intellectus asaph.

73. Ut quid deus repulisti in finē: iratus
est furor tuus sup oues pascue tue?
Memor esto congregacōnis tue: quā pos-
sedisti ab inicio. Redemisti virgā heredi-
tatis tue: mons syon in quo habitasti in eo.
Leua manus tuas in superbias eoꝝ in fi-
nē: quāta malignatus est inimicus in scō.
Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio
solēnitatis tue. Posuerūt signa sua signa
et nō cognouerūt: sicut in exitu sup summū.
Quasi in silua lignoꝝ securibꝫ exciderūt
ianuas eius in idipm: in securi ⁊ ascia deiece-
rūt eam. Incenderūt igni sanctuariū tuū
in terra: polluerūt tabernaculū nominis tui.
Dixerūt in corde suo cognatio eoꝝ simul:
quiescere faciamus omēs dies festos dei a
terra. Signa nostra nō vidimus: iam non
est pphta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo deus improperabit inimicus:
irritat aduersarius nomen tuū in finē. Ut
quid auertis manū tuā ⁊ dexterā tuā: de me-
dio sinu tuo in finē. Deus autē rex noster
ante secula: operatus est salutem in medio
terre. Tu ɔfirmasti in virtute tua mare: cō-
tribulasti capita draconū in aquis. Tu cō-
fregisti capita draconis: dedisti eum escam
populis ethiopum. Tu dirupisti fontes ⁊
torrētes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus
est dies ⁊ tua est nox: tu fabricatus es au-
roram ⁊ solem. Tu fecisti omēs terminos
terre: estatē et ver tu plasmasti ea. Memor
esto huius: inimicus improperauit dn̄o: et
populus insipiēs incitauit nomen tuū. Ne
tradas bestijs animā confitentē tibi: ⁊ aīas
pauperū tuoꝝ ne obliuiscaris in finē. Re-
spice in testamentū tuū: quia repleti sūt qui
obscurati sūt terre domibꝫ iniquitatū. Ne
auertat humilis factus confusus: paup et
inops laudabūt nomē tuū. Exurge deus
iudica causā tuā: memor esto improperioꝝ
tuoꝝ eorum qui ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum tuoꝝ:
supbia eoꝝ qui te oderunt ascendit semp.
In finē ne corrūpas psalmus cantici asaph.

74 Confitebimur tibi deus confitebimur:
et inuocabimus nomē tuū. Narrabi-
mus mirabilia tua: cū accepero tempus ego
iusticias iudicabo. Liquefacta est terra et
omnes qui habitant in ea: ego confirmaui
colūnas eius. Dixi iniquis nolite inique a-
gere: et delinquentibꝫ nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altū cornu vestrū: nolite
loqui aduersum deū iniquitatē. Quia neqꝫ
ab oriente neqꝫ ab occidēte neqꝫ a desertis
montibꝫ: quoniam deus iudex est. Hunc
humiliat ⁊ hūc exaltat: qꝛ calix ī manu dn̄i
vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex
hoc in hoc: verūtamē fex eius nō est exinani-
ta: bibēt ex eo omēs peccatores terre. Ego
autem annūciabo in seculū: cātabo deo iacob.
Et omnia cornua peccatoꝝ confringam: et
exaltabūt cornua iusti. In finē in carminibꝫ
canticū assirioꝝ psalm⁹ asaph.

75. Notus in iudea deus: in israhel magnū nomē
eius. Et factus est in pace locus eius: et
habitatio eius in syon. Ibi ɔfregit potēti-
as arcuū: scutū gladiū ⁊ bellū. Illuminās
tu mirabiliter a montibꝫ eternis: turbati sūt
omēs insipiētes corde. Dormierūt sompnū
suū: et nichil inuenerunt viri diuitiaꝝ in ma-
bus suis. Ab increpacōe tua deus iacob:
dormitauerūt qui ascenderūt equos. Tu
terribilis es ⁊ quis resistet tibi: ex tunc ira
tua. De celo auditum fecisti iudiciū: terra
tremuit ⁊ quieuit. Cum exurgeret in iudi-
cium deus: ut saluos faceret omēs mansue
tos terre. Quoniam cogitatio hominis cō-
fitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem
festū agēt tibi. Vouete ⁊ reddite domino
deo vestro: omēs qui in circuitu eius affertis

munera. Terribili et ei qui aufert spiritū
principū: terribili apud om̄es reges terre.

76. Voce mea ad dn̄m *In finē p ydithun*
clamaui: voce mea ad deū ꝛ intendit
michi. In die tribulacōnis mee deū exq̄si-
ui manibꝫ meis nocte contra eū: ꝛ non sum
deceptus. Renuit ꝯsolari anima mea: me-
mor fui dei ꝛ delectatus sum: et exercitatus
sū et defecit spūs meus. Anticipauerūt vi-
gilias oculi mei: turbatus sū ꝛ nō sū locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eter-
nos in mente habui. Et meditatus sum
nocte cū corde meo: et exercitabar ꝛ scopebā
spiritū meū. Nunquid in eternū proiciet
deus: aut non apponet ut ꝯplacitior sit ad-
huc? Aut in finē misericordiam suā absci-
det: a generacōne in generationē? Aut ob-
liuiscetur misereri deus: aut continebit ī ira
sua misericordias suas? Et dixi nūc cepi:
hec mutacō dextere excelsi. Memor fui ope-
rum dn̄i: qꝛ memor ero ab inicio mirabiliū
tuorū. Et meditabor in om̄ibꝫ opibꝫ tuis:
et in adinuentionibꝫ tuis exercebor. Deus
in sancto via tua: quis deus magnus sicut
deus noster? tu es deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutē tuā: rede-
misti in brachio tuo poplm̄ tuū: filios iacob
et ioseph. Viderūt te aque deus viderūt
te aque ꝛ timuerunt: et turbate sunt abissi.
Multitudo sonitus aquaꝝ: vocē dederūt
nubes. Etenim sagitte tue transeunt: vox
tonitrui tui in rota. Illuxerūt chorusca-
tiones tue orbi terre: commota est et contre-
muit terra. In mari via tua et semite tue
in aquis multis: et vestigia tua non cogno-
scentur. Deduxisti sicut oues populū tuū:
in manu moysi et aaron. *intellect9 asaph.*

77. Attendite popule meus legem meā:
inclinate aurē vestrā in v̄ba oris mei.
Aperiā in parabolis os meū: loquar ꝓposi-
tiones ab inicio. Quāta audiuimus et co-
gnouimus ea: et patres nostri narrauerūt
nobis. Non sunt occultata a filijs eoꝝ: in
generacōne altera. Narrātes laudes dn̄i
et virtutes eius: et mirabilia eius que fecit.
Et suscitauit testimoniū in iacob: et legē
posuit in israhel. Quanta mandauit prībꝫ
